E a *Totum ſpiri. ſuum.* Impatientia impellente, totus ſpiritus foras prorumpit, quem nulla intus diſciplina ſapientiæ concludit. Sapien. differt, & defer. in poſte. Læſus enim in præſens ſe vlciſci non deſiderat, quia etiam tolerãs parci optat, ſed tamen iudicanda omnia in iudicio non ignorat. Hæc antiqua translatio. Totam iram ſuam profert impius. Sapiens autem diſpenſat per partes, quia ſtultus ad vltionem ſuam, iræ perturbatione ſuccenditur. Sapiens autem paulatim eam maturitate conſilij extenuat, & expellit.

b *Pauper & cre. ob.* Pauper eſt humilis auditor. Creditor, prædicator: qui verbi pecuniam committit. Qui obuiant ſibi cum in vnam pietatis gratiam cõueniunt: Vtriuſq; illuminator eſt dominus, quia nec ille prædicat, nec ille credit ſine Dei munere. vnde: Sine me nihil poteſtis facere. *Iohan. 15. a*

*Nona quando deficient ſacerdotes.* c *Cum pro.* Cum ſacerdotis eruditio ceſſauerit, ſoluetur continuò diſciplina diuinæ legis: qua ad beatitudinis præmia pertingere debuerat.

d *Vidiſti ho.* Graue quidem vitium ſtultitiæ, ſed non leuius verboſitatis. Nam ſæpe contingit, vt idiota aliquis citius verba correctionis accipiat, quàm qui ſua quæ nouit, vel noſſe putat, magis iactat quàm aliorum monita audiat. *† correptio*

e *Qui del. à pue.* Alia translatio pulchrè. Qui deliciatur à pueritia ſua, ſeruus erit: nouiſſimè autem contriſtabitur. Serò enim malorum pœnitet qui in tenera ætate noluit.

*Ira omnium vitiorum eſt ianua* f *Vir iracundus prouocat ri.* Ianua omnium vitiorum iracundia: qua clauſa, virtutibus intrinſecus dabitur quies, aperta ad omne facinus armabitur animus.

g *Qui cum fure par. odit ani. ſuam adiu. au.* Non ſolum à peccato, ſed etiam à cõ-
F ſenſu abſtinere docet ſapientia, ne audiat à diſtricto iudice. Si videbas furem, currebas cum eo &c. *Pſal. 49. c* Non enim fur ſolum, ſed & ille reus tenetur, qui furti conſcius quærente poſſeſſore non indicat. Et ne metu perſonæ potentioris ſe excuſet, addit: Qui timet hominem &c. *· Quod dicis*

¶ Impatientia impellente.

ſiue iraſcatur ſiue rideat; non in- a b
uenict requiem. Viri ſanguinum c d
oderunt ſimplicem: iuſti autem e f
a quærũt animam eius. Totum ſpi- g
ritum ſuum profert ſtultus: ſa- h

a ¶ Ad literam: Hic dicitur qui pro Deo pauperi in pecuniam commodauit. Qui dicuntur ſibi obuiaſſe, quia pauperrimo Deus reddet ſibi bonum.

piens differt, & reſeruat in poſte-
rum. Princeps qui libenter audit i
verba mendacij, omnes miniſtros k
b habet impios. Pauper & † credi- l
tor obuiauerunt ſibi *: vtriuſque m

¶ Virga æquitatis virga regni tui.

illuminator eſt dominus. Rex qui n
iudicat in veritate pauperes, thro-

a ¶ Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi.

nus eius in æternum firmabitur.

a ¶ Vultis in virga veniam ad nos, an in charitate?

Virga atq; † correctio, tribuit ſa- o

a ¶ Populus Dei.

pientiam: puer autem qui dimit- p

a ¶ Sine correctione. ¶ Vnde ſubditur: Cum prophetia defe. b ¶ Nomen Dei blaſphematur per vos in gentibus.

titur voluntati ſuæ, cõfundet ma q

a ¶ Eccleſiam.

trem ſuam. In multiplicatione im- r
piorum multiplicabuntur † ſcele- s
ra, & iuſti ruinas eorum vide- t
bunt. Erudi filium tuum, & † re-
frigerabit te, & dabit delicias ani-
c mæ tuæ. Cum prophetia defe- u
cerit, diſſipabitur populus: qui ve- x
rò cuſtodit legem, beatus eſt: Ser- y
uus verbis nõ poteſt erudiri: quia

¶ Obedire.

quod dicis intelligit, & reſponde
d re contemnit. Vidiſti hominem z
velocem ad loquendum; ſtulti-
tia magis ſperanda eſt, quàm il-
e lius correctio. Qui delicatè à pue- a

a ¶ Corpus quod debuerat rationi ſubiugari. ¶ Rationis. b ¶ In adoleſcentia.

ritia nutrit ſeruum ſuum, poſtea

a ¶ Laſciuum indomabilem.

f illum ſentiet contumacem. Vir b
iracundus prouocat rixas, & qui c
ad indignandum facilis eſt, † erit d
ad peccata procliuior. † Super- e
bum ſequitur humilitas, & humi
g lem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Qui g

¶ Conſenſu etiam.

cum fure participat, odit animã h
ſuam: † adiurantem audit, & non i k

a ¶ Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt.

indicat. Qui timet hominem, ci- l

a ¶ Spes autem non confundit.

tò corruet: qui ſperat in domi- m n

a ¶ In cœlum.

mino, ſubleuabitur. Multi requi o
runt faciem principis, & iudiciũ p
à domino egreditur ſingulorum.
Abominantur iuſti virum impiũ q
& abominantur impij eos, qui in

## NIC. DE LYRA.

a Siue ira. *Ipſe ſapiens ſtultum acriter arguendo.*

*b* Siue rideat. *Ipſum dulciter monendo.*

*c* Non inueniet requiem *i. ſtulti emendatio nem, & ſic perdit laborem.*

*d* Viri ſan. *i. effuſores multi ſanguinis.*

*e* Oderunt ſimplicem. *i. ſine plica doloſitatis inceaentem.*

*f* Iuſti autem quær. ani. *i. eius vitam ſaluare, ſicut Iſmahel & ſocij eius interfecerunt Godoliam & plures alios ſimplices, Iohanna verò filius Charee, & alij qui cum eo erant, quærebant vitam eius ſaluare.* *Ier. 41. a* *Ier. 40. d*

*g* Totum ſpiritum. *Quia neſcit aliquid celare.*

*b* Sapiens differt. *vſque ad tempus opportunum.* *† maledictionem*

*i* Princeps qui libe. audit. *i. adulationis & detractionis.*

K Omnes miniſtros. *Quia quærentes ſibi placere de talibus ſeruiunt ei, ſicut patet de Saule, qui adulationibus, & detractionibus Doeg & aliorum ſimilium, perſequebatur Dauid iuſtum.* *1. Reg. à 18. vſq; ad finẽ.*

*l* Pauper & creditor obuiauerunt ſibi. *Tũc enim ſibi obuiant propriè, quando creditor liberaliter ſibi commodat in ſua paupertate.*

*m* Vtriuſq; il. *Quando diuiti inſpirat voluntatem ſubleuandi pauperem, & pauperi orare pro diuite.*

*n* Rex qui iu. *Sicut patet de throno Dauid, de quo dicitur pſal. Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo &c.* G *Pſal.*

*o* Vir. atq; cor. *Diſpoſitiuè, ſed Deus effectiuè principaliter, & pædagogus & doctor miniſterialiter.*

*p* Puer autem qui di. *Quæ vaga eſt, & ad inſolentias prona.*

*q* Confun. ma *Quia de fatuitatibus eius patitur erubeſcentiam.*

*r* In mul. im. *Vt patet 1. Macha. 1. vbi dicitur, quòd multiplicatis impijs declinauit populus ad ritum Gentilium.*

*s* Et iuſti rui. *Quia Mathatias & filij eius ruinas eorum viderunt.*

*t* Erudi filium tuum & re. *i. conſolabitur te.*

*u* Cum pro. de. *Sicut patet de populo Iudæorum, qui diſſipatus eſt per orbem terrarũ, eò quòd abiecerit à ſe doctrinam propheticam Chriſti, & apoſtolorum, & aliorum doctorum.*

*x* Qui verò cu. le. bea. *in ſpe Matt. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.*

*y* Seruus. *contumax & rebellis. verbis non po. Cuius cauſa ſubditur: Quia quod dicis &c. & patet.*

*z* Vidiſti ho. ve. *Lingua enim, eò quòd ſita eſt in lubrico malè corrigibilis eſt à multiloquio: & per conſequens à ſtultitia, ſicut dictum eſt ſupra. In multiloquio peccatum non deerit.*

*a* Qui de. à pue. nutrit ſer. *Hoc patet de Siba ſeruo Miphiboſeth, quem contempſit, & mendaciter accuſauit. Fuerat tamen ſatis delicatè nutritus in domo ſua & in domo patris ſui Saul à iuuentute.*

*b* Vir ira. pro. *Quia pronus eſt ad inferendũ iniurias, ex quibus oriuntur rixæ.*

*c* Et qui ad in. *Ex leui cauſa.*

*d* Erit ad pec. pro. *quia principium omnis peccati eſt ſuperbia.*

*e* Superbum ſe. hu. *ſicut patet 3. Regum de Adonia qui elatus in ſuperbiam voluit regnare.*

*f* Et hu. ſpi. ſu. *ideſt honor in publico exhibitus, ſicut patet de Salomone humiliter ſe tenente: quamuis Dauid decreuiſſet ipſum poſt ſe regnare, & gloriam regni obtinuit, Adonia deiecto.*

*g* Qui cum fure par. *Iſta participatio fit nouem modis. Vno modo præcipiendo ſeruo, vel ſubdito, quòd furetur. Secundò conſulendo furtum ſibi non ſubdito. Tertiò conſentiendo, ita quòd furtum non fieret ſine conſenſu ſuo. Quartò adulando captori vel furi vtpote cõmendando eum de probitate ſi fieret tale factum: & ex hoc inducitur ille ad faciendum. Quintò modo latronem, vel eius latrocinium receptando. Sextò furto ipſius participando vtpotè partem ipſius accipiendo. Septimò tacendo quando videt fieri furtum, quod loquendo vel exclamando poterat impedire. Octauò ſe non opponendo, vel impediendo quando ad hoc tenetur, ſicut iudex vel cuſtos terræ. Nonò quando poſt furtum factum inquiritur de ipſo vt inueniatur, & aliquis ſcit, & non indicat: vnde verſus: Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus. Participans mutus non obſtans, non manifeſtans.* H

*h* Odit animam ſuam. *Quia quilibet iſtorum facit peccatum, & tenetur ad reſtitutionem.*

*i* Adiurantem au. *ideſt inquirentem furtum ſub pœna excommunicationis, vel alio modo.*

K Et non indicat. *Iſte eſt nonus modus participandi cum fure prædictus.*

*l* Qui timet ho. *Timore mundano.*

*m* Cito cor. *A rectitudine iuſtitiæ.*

*n* Qui ſperat. *Ad ſtandum conſtanter pro veritate.*

*o* Multi requirunt. *Deſiderantes eius familiaritatem & aſſiſtentiam.*

*p* Et iudicium à domino egreditur &c. *Quia diſcernit intentiones eorum, ſcilicet vtrum hoc faciant amore boni communis vel proprij.*

*q* Abominan. iu. *Quia ſimilitudo eſt cauſa dilectionis, ita diſſimilitudo cauſa odij, & abominationis.*



¶ Non eſt.

rectã ſũt via. Verbũ cuſtodiẽs filius a

¶ De textu.

extra perditionem erit.

## NIC. DE LYRA.

A a Verbum cuſtodiens filius extra perditionem erit. *Iſte verſus non eſt in Hebræo, patet tamen ſententia.* C

## GLO. ORDIN. CAP. XXX.

VErba congregantis. Hucuſque parabolæ Salomonis, quas tranſtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda. Hinc rurſus verba Salomonis, quod perpenditur ab ipſo nomine quo Græcè ἐκκλησιαστής. Latinè cõgregãs. Eccleſia. n. cõuocatio.

b *Viſio quam locutus eſt vir.* Viſio quam locutus eſt, quia quod vidit apud Deũ ſecretiora cõtẽplãdo, patefecit hoĩb*. Quiſquis. n. ſpiritu Dei confortatus eſt, quæ ſequũtur humili corde dicit: Stultiſſi. ſum virorum, &c. *erat*

## CAP. XXX.

a ¶ Hic eſt titulus. ¶ Eructantis bona.

a b V † Erbã congregantis filij vomentis. Viſio a b
quam locutus eſt vir, cum quo † eſt Deus: c d e

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXX.

VErba congreg. *Superius poſita eſt eruditio Salomonis actiua, hic ponitur eius eruditio paſſiua, & primò à Deo, ſecundò ab homine, ſequenti ca. Prima diuiditur in duas partes: quia primò ponitur quædã breuis præfatio, ſecundò ſubditur narratio, ibi: viſio. Circa primum ſciendum, quod ſcriptura ve. teſt. frequenter vtitur nomine filiationis ad denotandum proprietatem aliquam ſicut. 1. Reg. Filius vnius anni erat Saul, cum regnare cœpiſſet, ad denotandum eius humilitatem. Et 2. Reg. Viuit dominus. quoniam filius mortis eſt vir qui fecerit hoc, ad denotandam eius malitiam morte dignam: & hoc modo Salomon dicitur hic filius congregans & vomens. Filius congregans, ad denotandum magnitudinem ſapientiæ in eo congregatæ, partim ex infuſione Dei, vt patet. 3. Reg. & partim ab exercitatione ſtudij. Similiter dicitur filius vomens, ad denotandum excellentiam ſuæ doctrinæ. Vnde dixit regina Saba. Beati viri tui, qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam. Eſt igitur ſenſus: Verba. ſ. quæ ſequuntur, ſunt.*

*b* Congre. *i. ipſius Salomonis qui dicitur filius congregans & vomens modo prædicto. qualiter autẽ ſint eius verba, magis explicabitur poſtea.*

*c* Viſio. *Hic conſequenter ponitur narratio. Circa quod ſciendum, quòd ſecundum Heb. Salomon hic loquitur de ſeipſo quaſi de alio loquens in tertia perſona, cum dicitur: Viſio quam lo. eſt. Ad cuius intellectum ſciendum, quòd in Deut. dixit Moyſes de rege inſtituendo ſuper Iſrael: Non multiplicabit ſibi equos &c. & ſequitur: Non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri immenſa pondera. Salomon autem de ſua ſapientia confidens nimis multiplicauit ſibi equos & auri & argenti immenſos theſauros, & etiam vxores multas, etiam alienigenas, æſtimans quod non eleuaretur in ſuperbiam ex multitudine equorum & auri & argenti, & quòd non alienaretur animus eius à Deo per vxores alienigenas: quod tamen fuit falſum, vt patet. 3. Reg. 11. vbi dicitur quòd deceptus ab eis ædificauit templa idolorum. Dicunt tamẽ Hebræi, quòd poſtea peccatum ſuum cognouit & pœnituit: & ſecundum hoc loquitur hic, & eſt talis litera Hebraica. Prophetia ſupple eſt quod ſubditur. Dixit vir. i. Salomon. Mecum Deus, per plenitudinem ſapientiæ. Mecum Deus, per plenitudinem potentiæ. Vtrunq; enim habuit Salomon à Deo. Et potero ſcilicet multiplicare mihi equos, aurum, & argentum, & vxores abſque tranſgreſſione. Veruntamen quia tranſgreſſus fuit & poſtea peccatum ſuum cognoſcens pœnituit, Ideo ſubduntur verba ipſius pœnitentis: Stultiſſimus ſum virorum, qui credebar eſſe ſapientiſſimus. Et ſapientia hominum, qua cauent à tranſgreſſione diuinorum præceptorum: Non eſt mecum, & ad idem pertinet quod ſubditur: Non didici ſapientiam. ſ. prædictam exequendo eam in opere. Et noui. reſumitur li non: quod ponitur in clauſula immediatè præcedenti ſic: Et noui ſanctorum ſcientiam, qua cauent ab offenſa diuina, & eſt repetitio eiuſdem ſententiæ ad maiorem exaggerationem, ſicut ſolent facere pœnitentes, errorem ſuum confitentes. Et ſubditur huius erroris declaratio, cùm dicitur: Quis aſcendit in cœlum atque deſcendit ſicut fecit Moyſes, qui aſcendit ſuper montem Sinai in cœlum Sydereũ ad dominum, & inde deſcendit ad populum, vt habetur in Exo. Quis continuit ſpiritum in manibus ſuis, ſicut fecit Moyſes qui cineres ardentes de camino accepit in manibus ſuis. Quis colligauit aquas quaſi in veſtimento, ſicut fecit Moyſes in mari rubro: quia merito ipſius aquæ fuerunt diuiſæ, vt tranſiret populus Iſrael: & aquæ erãt ei quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris. Quis ſuſcitauit oẽs terminos terræ, ſicut Moyſes qui in erectione tabernaculi ſuis meritis immiſit terrorem omnibus gentibus in omnibus finibus terræ promiſſionis, & circa habitantibus, ſicut dicitur in Deu. Hodie incipiam mittere terrorem tuum atque formidinem tuam in populos, &c. Quod nomen eſt eius, quaſi diceret, ſi dicatur quòd alius ante Moyſen fuit qui talia fecit, dicatur quis fuit ille, & quod fuit nomen eius? et ſi dicatur, mortuus eſt, & nomen eius datum eſt obliuioni, dicatur: Quod nomen filij eius, id eſt quæ generatio manſit ab eo, ex qua poſſit haberi notitia aliqua de ipſo: quod cùm non inueniatur, reſtat quòd non fuit aliquis ſibi in magnitudine ſimilis, & ideo cùm ille prohibuerit regem Iſrael multiplicare ſibi equos, aurum, & argentum, & vxores, & ego Salomon feci contrarium, patet quòd in hoc fui ſtultiſſimus virorum, & maximè quia Moyſes ex ore domini loquebatur. Ideo ſubditur: Omnis ſermo Dei ignitus. i. ab omni ſuperfluitate & falſitate depuratus. Clypeus eſt contra inſultum tentationum. Sperantibus in ſe. i. in domino, & non præſumentibus de ſua ſapientia, ſicut ego præſumpſi propter quod erraui, ideo ſubdit alios monendo: Ne addas quicquam verbis illius & arguaris de tranſgreſſione legis, quæ hoc prohibet, Deut. 4. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, neque auferetis ex eo. Inueniariſq; mendax ex tua additione. Hæc expoſitio Hebr. videtur in pluribus deficere. Primò quantum ad eius fundamentum, ſci. quòd Salomon in fine verè pœnituerit, & ſic præmiſſa verba protulerit: Stultiſſimus ſum virorum, &c. quia ſi verè pœnituiſſet, cùm eſſet rex potentiſſimus, templa idolorum quæ conſtruxerat deſtruxiſſet, quod tamen non fecit, quia ſteterunt vſque ad tempus Ioſiæ. Secundò deficit, quia in multis videtur falſa & extorta. Primò, quia præmittitur ĩ textu prophetia, vbi litera noſtra habet viſio. Si enim Salomon pœnitens de ſuis tranſgreſſionibus præteritis locutus eſt dicens: Stultiſſimus ſum virorum, &c. in hoc non loquebatur propheticè, vt dicit expoſitio hæc, ſed magis hiſtoricè confitendo facta ſua præterita. Similiter nec in hoc quod ſubditur de Moyſe. Quis aſcendit in cœlum, &c. ſed referebat per modum admirationis ſeu quæſtionis illud quod de Moyſe legerat in Exo. Similiter quod dicit illa expoſitio: Et noui ſanctorum ſcientiam, quòd li non præcedentis clauſulæ eſt hic reſumendum, vt ſit ſenſus: Et non noui ſanctorum ſcientiam, hæc expoſitio videtur extorta, quia non probatur ab eis per ſimilem modum loquendi alibi ſcriptura, & ideo ſi eſſet talis intellectus, vt dicunt ſcriptura ſic loqueretur: Neque noui ſanctorum ſcientiam. Item quod ſubditur: Quis continuit ſpiritum in manibus ſuis, quod exponunt de cineribus à Moyſe in camino acceptis, videtur falſum: quia ſpiritus in ſcriptura frequenter accipitur pro Angelo, anima & vento: ſed quòd accipiatur pro cineribus non inuenitur in aliquo loco: D nec poteſt dici quod propter hoc dicuntur ſpiritus, quia accepti fuerunt ad cauſandum ventum: quia ſcriptura non dicit hoc, ſed ſolum quod ad earum ſparſionem factæ fuerunt veſicæ turgentes in hominibus & iumentis. Item quod ſubditur: Quis ſuſcitauit omnes terminos terræ: quod exponunt de tabernaculi erectione, eſt omnino fictitium, & ſcriptura quam allegant ad hoc Deu. non eſt ad propoſitum, ſed magis ad oppoſitum: quia illud verbum fuit dictum in tranſitu torrentis Arnon, vt patet ibidem, quod fuit per 40. vel 39. annos poſt erectionem tabernaculi. quia Moyſes erexit tabernaculum prima die anni ſecundi egreſſionis de Aegypto, Exod. 40. Moyſes autem protulit iſta verba poſt exitum de deſerto, in quo fuerunt. 40. annis: propter quod litera iſta eſt aliter exponenda. Et diuiditur reſiduum huius capituli in duas partes. In prima declaratur æterna filij Dei generatio, & ſecundò eius incarnatio, ibi: Tria ſunt. Prima in duas: quia primò quod dictum eſt oſtenditur, ſecundò ſcriptura ad communem modum docendi reuertitur, ibi Duo rogaui te. Circa primum ſciendum, quod licet Salomon in ſenectute grauiſſimè peccauerit, tamen ante ſpiritumſanctum habuit, aliter eius libri non ponerentur in canone, & tunc in ſpirituſancto præuidit tempore Chriſti futuro homines ſimplices & illiteratos illuminandos à Deo de his quæ pertinẽt ad ſalutem, vt patet de Apoſtolis & pluribus alijs. Vnde in concilio Niceno, (vt refert Ruffinus) fuit quidam philoſophus in philoſophia & dialectica valde inſtructus, qui doctores Chriſtianos cõfutabat: cui quidam catholicus vir ſimplex & ignarus ſe oppoſuit, dicens: In nomine domini Ieſu Chriſti audi philoſophe quæ vera ſunt: Deus vnus eſt, qui omnia quæ videntur virtute verbi ſui creauit, & ſpiritus ſui operatione firmauit: hoc verbum quem nos Dei filium dicimus, humanos miſeratus errores ex virgine natus eſt, & morte ſua nos à morte perpetua liberauit, quem expectamus iam reſuſcitatum iudicem omnium quæ gerimus eſſe venturum. Credis hoc ita philoſophe? At ille: ac ſi nuſquàm vllum ſermonem contradicendi didiciſſet, hoc ſolum potuit reſpondere, ita ſibi videri, nec aliud verum eſſe: & conuerſus ad diſcipulos ſuos & ad eos qui audiendi gratia conuenerant: Audite, inquit, ò eruditi viri: donec verbis mecum geſta res eſt, verba verbis oppoſui, & quæ dicebantur, dicendi arte ſubuerti: vbi verò pro verbis virtus acceſſit ex ore dicentis, non potuerunt reſiſtere verba virtuti. Et ſubditur: Itaque philoſophus Chriſtianus effectus ſe victum gratulabatur. Hæc igitur & conſimilia præuidens Salomon in ſpirituſancto, dixit: Vi. quam locu. eſt. i. loquetur, quia prophetia frequenter loquitur de futuro per modum præteriti, vt frequenter. ſup. dictum eſt.*

*Deut. 5. a* *Hebræorum expoſitio hic annihilatur.* *4. Reg. 23. b. c* *Deut. 2. c* *Exodi 40. b* *Ruffinus in hiſt. eccleſ. Nota de philoſopho in concilio Niceno per hominem ſimplicem victo inſpirato.*

*d* Vir. *ſcilicet virtuoſus.*

*e* Cum quo eſt Deus. *Per ſpecialem illuſtrationem, & non per humanam inſtructionem, & ſic verba illa non ſunt Salomonis niſi relatiuè.*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Stultiſſimus.* Filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua. Et Apoſtolus: Si quis videtur eſſe ſapiẽs in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens.
b *Non didici ab ho* ſed donante Deo, vt ſanctorum ſcientiam noſcam. Et Apoſt. Nos ſtulti pp Chrĩm. Iterum ait: Sapiẽtiã autem loquimur inter perfectos. Sapientiam verò non hominum ſcilicet neque principũ huius ſeculi, qui deſtruuntur.

Luc.16.c · 1.Cor.3.d · Ibidem 4.c · Ibidem 2.b

c *Quis aſcendit in cælum.* Filius Dei poſt reſurrectionem, & noſtrę reſurrectionis tempore deſcẽſurus eſt ad iudicium.
d *Quis continuit.* Omnis ſpiritus, angelorum, hominum, animaliũ, & procellarum, ne deficiat Dei potentia continetur.
e *Quis ſuſcitauit omnes.* Et nunc oĩa quę per orbem viuunt & creſcũt, hoĩes animantia, germina, Deus, vt ſua vita ſubſiſtant, excitat, & in die iudicij genus humanũ à quatuor ventis à morte excitabit. (Apoc.7.a)
f *Quod nomen.* Dei patris & filij nomẽ dicit, cuius myſteriũ ſecularis ſcientia naturaliter ſcire non potuit, quamuis eſſe Deũ qui oĩa fecerit, per facta intelligere poſſit.
g *Si noſti.* tu ſcilicet qui tuã ſapiẽtiam iactãs, noſtræ fidei myſteria ſtultitiam vocas. († Pſal.118.a)
h *Omnis ſermo.* Proprietatẽ Græci nominis qd eſt, πεπυρωμένος vnum verbũ Latinũ non explicat. Vñ aliquando ignitũ, aliqñ igne examinatũ transferũt. Pyromenos ergo ſignificat, qd tanq̃ conflatũ igne purgatũ ſit. Sicut n. metalla igne conflata, ſordẽ in ſe alienã atq; inutilem nõ retinẽt, & qcquid ĩ his reſidet, verũ & pfectũ, & oĩ ſorde purgatũ eſt: Ita eloquiũ dñi æternorum in ſe bonorũ fidem teſtans. Inde iota vnum aut vnus apex nõ præteribit à lege, donec omnia fiant. Vera enim omnia & ignita. (Pyromenos · †ſaturatus · Pſal.11.b · Apoc.2.b · Matt.5.c)
i *Clypeus eſt.* i. protector oĩum ſperantiũ in ſe. Clypeus contra hoſtium inſidias & omnia aduerſa. (Pſal.17.e)
K *Duo rogaui te.* Hæc adhuc vir cũ quo erat Deus, ſermonis eius igne radiatus, ad ipſum Deũ cõuerſus, obſecrans ne vanitatem ſeculi iniquam, verba mẽdacia veritati prę ponat ſcripturarum, nec rurſum copia vel inopia tranſeuntiũ rerũ in obliuionem decidat ęternorũ. (tamen)
l *Generatio quæ pa.* Superius vitę puritatem à dño petebat, nunc conuertens intuitũ ad contemplandã prauorũ nequitiã, quãtis hæc ſit inuoluta miſerijs: & quàm longè à veritate inſinuat, dicens: Generatio eſt neſandorum, quæ etſi bona agit: qa honorẽ non defert parentibus, perdit. Hæ gñationes, congregationes ſunt Iudæorũ, & hæreticorũ. Iudæorum gñatio, patri ſuo maledicit, q ait: Hic eſt filius meus primogenitus Iſrael: quando filium eius venientem in carne negauit, & matri ſuæ non benedixit. i. ſynagogæ, cuius priſcę fidei quam in prophetis de Chriſto habuerat, detraxit. Nouatianorum generatio. videt ſibi mũda, dicens ſe pœnitentia opus non habere. Generatio Arrianorum excelſos habet oculos, & palpebras ſuper dominũ erectas, dicens: Si natus eſt, fuit tempus quando non fuit filius. (Exo.4.f · Nouatiani)

a Generatio

& qui Deo ſecum morante confortatus

a ¶ Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam.

ait: Stultiſſimus ſum virorum, & ſapientia hominum non eſt mecum. Non didici ſapientiam, & noui ſcientiam ſan-

a ¶ Ego Salomon. · a ¶ Hęc eſt ſanctorum ſcientia quæ ſtultitia mundo.

ctorum. Quis aſcendit in cœlum, atque deſcendit? Quis continuit ſpiritum in

¶ Fortitate. · a ¶ Congregans ſicut in vtre aquas maris.

manibus ſuis? Quis colligauit aquas, quaſi in veſtimento? Quis ſuſcitauit om-

a Hoc maximè nouerunt qui terrenę ſuperbię faſtum contemnunt.

nes terminos terræ? Quod nomen eſt

a ¶ Patris.

eius, & quod nomen filij eius, ſi noſti?

a ¶ Eloquia Domini igne examinata. b ¶ Pyromenos. ¶ Charitate accendit, ſcientia illuſtrat, ſordes vitiorum excoquit.

† Omnis ſermo Dei † ignitus, clypeus eſt ſperantibus in ſe. † Ne addas quic-

a ¶ Vt hęretici qui corrumpunt ſcripturas, ne eis contaminentur. b ¶ De additis. ¶ E. ſis

quam verbis illius, & arguaris, inueniariſque mendax. Duo rogaui te, ne deneges mihi, antè quàm moriar. Vanitatem & verba mendacia longè fac à me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantùm victui meo neceſſaria, ne fortè † ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis eſt dominus? † aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei. Ne accuſes ſeruum ad dominũ ſuum: ne fortè maledicat tibi, &

a ¶ Et. ¶ Deus diſſipat oſſa eorum qui hominibus placent.

corruas. Generatio quæ patri ſuo maledicit, & quæ matri ſuæ non benedicit. Generatio quæ munda ſibi videtur, & tamen non eſt lota à ſordibus

a ¶ Contra quod: Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei.

ſuis. Generatio cuius excelſi ſunt oculi, & palpebræ eius in alta † ſurrectæ.

## NICO. DE LYRA.

¶ a Et qui Deo ſecum morante confortatus. *ad commendationem ſapientiæ diuinæ & contemptum humanæ, ait:*
b Stultiſſimus ſum virorum. *i. illiteratus & ſimplex.*
c Et ſapientia homi. *i. ſapientia politica, qua reguntur res humanæ.*
d Non eſt mecũ. *ita dicit Philo. 5. Metaph. qd eremita nõ eſt bonus neque malus, loquẽdo de bonitate & malitia politica, quia refugit talia.* (Ariſt. 5. Metaph.)
e Non didici ſapientiam. *id eſt philoſophicam ſcientiam.*
f Et non noui ſcientiam ſanctorum. *quæ diſponit ad ſalutem æternã. Ita dicebat Amos propheta. Non ſum propheta, nõ ſum filius prophetæ, ſed armentarius ego ſum vellicans ſycomoros. Et Apoſtolus. Non enim indicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi tantum Ieſum Chriſtum et hunc crucifixum. Licet enim haberet ſcientiam acquiſitam, illam tamen pro nihilo computabat.* (Amos 7.d · 1.Cor.2.a)
g Quis aſcendit in cęlũ atq; deſcendit? *Quaſi dicat: O tu philoſophe innitens ſcientiæ humanæ, quis gubernat cęleſtia & infima terræ, p ſcientiam tuã nõ potes dicere: quia philoſophi maximè vñr negaſſe: Dei ſcientiã et prouidentiam ad iſta minima ſe extendere. Videbatur enim eis, q vileſceret intellectus eius, vt dr 12. Metaph. quod tñ eſt falſum: quia tantò perfectior eſt ſcientia quãtò magis ſe extendit ad cognoſcendũ res vſq; ad minima: qa cognitio q̃ tñ eſt vniuerſalis, eſt impfecta. 1. Phyſico. Ad hanc aũt qõnem rñdet ſacra ſcriptura. Exaltare ſup cęlos Deus, & ſup oẽm terrã gloria tua, qa in cęleſtibus relucet eius maieſtas, et in inferioribus eius poteſtas.*
h Quis continuit ſpiri. *id eſt ventum.*
i In manibus ſuis. *De hoc non pñt rñdere philoſophi perfectè. quia de ventis locuti ſunt valde ſuperficialiter & imperfectè, vt patet ij. Meteororum, ſed hoc facit Deus, vt dicit pſal. Qui pducit vẽtos de theſauris ſuis, quia retinet eos, et facit flare ſcdm beneplacitũ voluntatis ſuæ.*
k Quis col. aq. *in mari magno.*
l Quaſi in ueſtimen. *i. nõ exeuntes terminum ſibi præfixum à Deo. q. d. p ſcientiam philoſophicã hoc non hr, ſcdm quã elementum aquæ deberet totam terram circũdare, cum aquã ſit leuior terra. Sed hoc fit diuina voluntate, vt habetur in Gen. Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ ſub cęlo ſunt in locum vnum, vt appareat arida. ideo ſubditur:* (Gen.)
m Quis ſuſci. *i. ſuper aquam erexit.*
n Oẽs ter. *i. partes terrę ſupeminentes, & patet ex prędictis quod ſolus Deus.*
o Qd no. &c. *q. d. non poteſt hoc dicere philoſophus, qui non hẽt notitiã de diuinis, niſi ex creaturis, quas in infinitũ excellit diuina eſſentia, & ſic eſt à philoſophis innominabilis. propter quod dicitur 22. propoſitione libri de cauſis: Cauſa prima eſt ſuper omne nomen, quod nominatur de ipſa.*
p Et quod no. fi. e. ſit n. *q. d. p ſapiẽtiã humanam nũquam potuit cognoſci in diuinis diſtinctio patris & filij, quæ tamen per diuinam cognoſcitur ſapientiam.*
q Oĩs ſer. &c. *i. ab oĩ falſitate purificat.*
r Clypeus eſt. *contra oẽs tentationes.*
s Sperantibus in ſe. *per veram fidem, & dilectionem.*
t Ne addas quicquam uer. il. *quod ſit eis contrarium. poſſunt tamen bene et meritoriè addi illa quæ faciunt ad Dei verba declaranda. Eccle. Qui elucidant me, vitam æternam ha.*
u Et arguaris inueniariſq; men. *quia cum Deus ſit ipſa veritas, quicquid diſſonum eſt verbis illius, eſt falſum.*
x Duo. *Hic conſequenter Salomon reuertitur ad modum communẽ docendi. & loquitur hic in perſona infirmi, qui neſcit bene vti fortunis proſperis vel aduerſis: quia proſperis nimis eleuatur, & aduerſis per impatientiam frangitur, & ideo tali magis eſt eligibilis ſtatus mediocris, & ſecundum hoc dicit: Duo rogaui te Domine.*
y Vanitatem. *quæ eſt annexa proſperæ fortunæ.*
z Et uer. men. *quæ frequenter annectuntur aduerſæ.*
a Longe fac à me. *& idem repetit per alia verba.*
b Mendicitatem & diuitias ne dede. mi. *& ſubditur cauſa.*
c Ne forte ſatiatus. *id eſt bonis temporalibus repletus.*
d Illiciar ad negandum. *Dei maieſtatem præ ſuperbia. Sic n. dicebat Pharao. Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius.*
e Aut egeſtate compulſus. *id eſt per impatientiam fractus.*
f Furer & periurem nomen Dei mei. *Quia prorumpere in blaſphemiam, ſeu periurium eſt quædam furia.*
g Ne accuſes ſer. ad Do. ſuum. *niſi cauſa iuſta & rationabili.*
h Ne forte maledicat tibi et corruas. *per infortunium, eò quòd malè accuſaſti eum.*
i Generatio q̃ patri ſuo maledicit. *ſupple eſt deteſtanda, quia parentibus debetur honor & reuerentia.*
K Generatio quæ ſibi munda uidetur. *vnde dicit Hieron. Simulata ſanctitas, duplex eſt iniquitas.*
l Generatio cuius excelſi ſunt oculi. *id eſt cuius ſuperbia cordis manifeſtè apparet exterius in oculis & labijs.*

¶ a Generatio



a *Generatio quæ pro dentibus gladios habet.* Hæc eſt quæ ſuã perfidiam alijs immittere conatur, & ſicut corpora à gladijs, ita audientium animas veneno allocutionis occidit.
b *Sanguiſuga.* Diabolus, qui ſiti peccandi, & peccata ſuadendi perpetuò ardet. Duæ filiæ quæ eius imitantur ardorem, luxuria & philargiria. Nam luxuriæ quo liberius frena laxantur, eò noxius delectatur. & Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.
c *Tria ſunt inſa.* Infernus nunquam redundat, meretrix habet ſimilia. Corpus non ſatiatur delicijs, & auarus non dicit, ſufficit. Alij infernum dicunt diabolum, qui non ſatiatur ſeductione humana.
d *Os vuluæ & ter. &c.* vt ſuprà ignem incendium gehẽnæ, qui nunquam deſinit.
e *Ocu. qui ſub.* Qui diuina iudicia reprehendũt, ſubſannant patrem, & hæretici dũ prædicationem ſanctæ eccleſiæ irrident, partum matris deſpiciunt: quia de ipſa exeunt qui cõtra eam loquuntur. Ex nobis enim exierunt, ſed non erant ex nobis. Quorũ intentionem dum prædicatores de fluentis ſcripturarum procedentes increpãdo vincunt, quaſi oculum nefandum corui de torrentibus effodiunt, & filij aquilæ eum comedunt. Corui dicuntur doctores, qui peccati nigredinem humiliter confitentur.
f *Filij aquilæ.* quia per gratiã eius ſũt renati, qui in carne ad cęlũ trãſuolauit, qui alibi filij ſponſi dicuntur.
g *Tria ſunt mi. dif.* Ita eſt ad literam. Scilicet via aquilæ in cęlo, id eſt ſubtilitas diaboli q circa corda ſanctorum volitat, magno labore dephenditur. Similiter & via colubri ſuper petram, hoſtis. ſc. venenati aſtutia inſidiari non deſinit eis, quos in petra fundatos eſſe cõſpicit. Via nauis in mari, via eſt iniquitatis, que per amatos ſeculi fluctus diaboli flatibus agitata tanta ſubtilitate diſcurrit, vt vix aut nũquam poſſit iter eius deprehendi. Quòd aquila diabolum ſignificet, oſtendit propheta: Velociores perſecutores veſtri fuerũt aquilis cęli, id eſt inimici noſtri ipſis dæmonibus crudeliores videbantur. Quòd ſerpens diabolum ſignificet, in primi hominis tranſgreſſione probatum eſt Ideo quidam ait: Quaſi à facie colubri fuge peccatum. Quòd autem nauis leuitatem eorũ deſignet, qui omni vento doctrinæ circũferuntur, demonſtrat ppheta. Et Chaldæos in nauibus ſuis gloriantes. Sicut hæc tria talia ſunt, vt inueniri nequeant, ſic difficile eſt ſcire quot cogitationibus iuuenis agitetur, qui viam veritatis deſerit.
h *Talis eſt via mu. ad.* Adultera quoque mens, vt ea quæ commemorauit, ſemper vaga eſt, quæ vbi celare peccata poterit, negat ſe aliquid patraſſe mali.
i *Quatuor.* Minores videntur iuſti in terra, quàm reprobi. i. abiectiores, ſed tamen ſapientiores ſunt ſapiẽtibus mundi, quia æterna quærunt, & pro his pati deſiderant.

a Formicæ

a ¶ Filij hominum, dentes eorum arma & ſagittę. & lingua eorum gladius acutus.

Generatio quę pro dentibus gladios habet, & cõmandit molaribus ſuis,

a ¶ Ad hoc. b ¶ Deuoret. c ¶ Innocentes. ¶ Humiles.

ut comedat inopes de terra & pauperes ex hominibus. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, dicentes: Affer, affer. Tria ſunt † inſatiabilia, & quartum quod nunquam dicit, ſufficit. † Infernus, & os vuluæ, & terra quæ non ſatiatur aqua: ignis verò nunquam dicit, ſufficit. Oculũ qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit † partum matris ſuæ. † ſuffodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. Tria ſunt † difficilia mihi, &

a ¶ Subtilitatem diaboli.

quartũ penitus ignoro. Viam aquilæ in cœlo, viam colubri ſuper petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in † adoleſcentia. Talis eſt & via mulieris adulteræ, quæ comedit & tergens os ſuum, dicit: Non ſum operata malũ. Per tria † mouetur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere. Per ſeruum cùm regnauerit, per ſtultum cùm ſaturatus fuerit cibo, & per odioſam mulierẽ cùm in matrimoniũ fuerit aſſumpta, & per ancillam, cùm fuerit hæres dñę ſuæ. Quatuor ſunt minima terræ & ipſa

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Generatio quæ pro dentibus gladios habet. *Hæc eſt generatio raptorum & homicidarum, qui rapiunt bona pauperum.*
b Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ. *ſcilicet luxuria & auaritia.*
c Dicentes affer af. *Auaritia enim ex acquiſitis non ſatiatur, ſed ſemper ad acquirendum plus anhelat, nec luxuria ex delicijs, quia etſi ad horam ſatiatur, poſt modicum tamen ad appetendum arctius inflammatur.*
d Tria ſunt inſa. *& quæ ſunt illa ſubditur:*
e Infernus. *id eſt diabolus, qui ſemper plus & plus nititur ad ſe trahere peccatores.*
f Et os vuluæ. *ſcilicet mulieris incontinentis.*
g Et terra quæ nunquam ſatiatur aqua. *cuiuſmodi eſt terra ſabuloſa.*
h Ignis verò nunquam dicit, ſufficit. *quia ex appoſitione combuſtibilium ſemper creſcit virtus eius ad amplius comburendum.*
i Oculum qui ſubſannat patrem. *cum deridendo. Dicitur autem ſubſannatio quidam modus deridendi cum rugatione naſi.*
k Et qui deſpicit partum matris ſuæ. *In Hebræo habetur: Rugas matris ſuæ, quæ accelerantur in facie mulieris ex frequenti partu.*
l Suffodiant eum corui. *i. careat in morte ſepultura. ita quòd cadauer eius relinquatur beſtijs & auibus lacerandum.*
m Tria ſunt diffi. mi. *Superius Salomon deſcripſit myſteriũ æternę generationis filij, hic conſequenter deſcribit myſterium ſuæ incarnationis. Et diuiditur in duas partes, quia primò qd dictum eſt facit, ſecundò ad cõem modum docendi redit, ibi: Per tria. Prima adhuc in duas partes: quia primò deſcribit incarnationis myſterium, ſecundò infert quoddam correlarium, ibi: Talis eſt. Circa primum incipit ab vltimo, ſcilicet ab eius aſcenſione reuertendo ad eius incarnationem in virginali vtero. Et loquitur hic parabolicè, ſicut et communiter in iſto libro. Dicit igitur: Tria ſunt difficilia mihi. i. capacitatẽ intellectus tranſcendentia. Et quæ ſunt illa, ſubditur:* (Diuiſio. · Diuiſio.)
n Viam aqui. in cę. *Hãc viam tenuit Chriſtus in ſua aſcenſione.* († Su.27.c)
o Viam colu. ſu. pe. *Hanc viã tenuit Chriſtus in ſua reſurrectione: Chriſtus enim paſſus per ſerpentem vel colubrum deſignatur, ſecundum quod dicit Ioh. Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in deſerto, ſic exaltari oportet filium hominis. Chriſtus autem paſſus, & ſepultus in ſepulchro lapideo, inde mirabiliter exijt in ſua reſurrectione clauſo ſepulchro, & ſic tenuit viam colubri ſuper lapidem.* (†obedientiam · Iohan. 3.d · †abſcõdita à me,)
p Viam nauis in medio mari. *Hanc viã tenuit Chriſtus in ſua conuerſatione, quia in hoc mundo tanq̃ in mari procelloſo expoſitus fuit preſſuris & tribulationibus.*
q Et uiam uiri. *ſcilicet perfecti.*
r In adoleſcentula. *Hęc eſt vera lr̃a, quia ſic eſt in Hebræo, & dicitur hic adoleſcentula beata virgo Maria, quæ in iuuentute Chriſtũ concepit Spũſancti virtute, quod fuit valde mirabile. Propter qd dicit Iere. Nouũ creauit Dñs ſuper terrã, mulier circundabit virũ. Quia Chriſtus in vtero virginis fuit vir pfectus ſciẽtijs & virtutibus ab inſtanti conceptionis, & in natiuitate exijt de clauſo vtero virginis: & ideo de hac via viri in adoleſcentula dicit Salomon, hoc eſſe quartũ qd penitus ignorat. Vñ dicit Hie. in ſerm. de Aſſump. virg. Mariæ: igitur quod natura non habuit, vſus neſciuit, ignorauit rõ, mens nõ capit humana, pauet cęlũ, ſtupet terra, creatura oĩs, & cęleſtis miratur, hoc totũ eſt qd p Gabrielẽ Mariæ pmittĩ, & p Spũmſãctũ adimplet. De nulla aũt alia uia viri in adoleſcẽtula põt rõnabiliter dici, qd fuerit Salomoni totaliter ignota, cũ habuerit ſcientiã infuſam de naturis hoĩum, aĩalium et plantarũ vſq; ad minima.* († perturbatur · Ierem. 30.d · Hier. in ſermo. de Aſſump. Virg. Mariæ. · 3.Reg. 4.d)
s Talis eſt. *Hic ex dictis concludit quoddam correlarium id eſt malitiã plebis Iudaicæ eſſe mirabilem: quæ hic metaphoricè deſignatur ſub nomine mulieris adulteræ, cum dicitur: Talis eſt via. i. mirabilis ſicut prædicta, propter eius malitiam exceſſiuam.*
t Mulieris adulteræ. *i. ſynagogæ, quæ Deo deſponſata in monte Sinai in legis ſuſceptione ſtatim declinauit à Deo per idololatriam in adoratione vituli, & poſtea in innumerabilibus idololatris, vt patet ex decurſu libri Iudicum, Regum, & Paral. & ad vltimum Deum incarnatum coram Pilato negauit & cruci affixit.* (Libri Iudicum, Regũ, Paralip.)
u Quæ come. & ter. os &c. *In hoc proſequitur metaphoram mulieris adulteræ, quæ à viro eiecta efficitur inuerecunda, & viuens publicè de meretricio, reputat totum ſibi licere, & ita plebs Iudaica viuit de uſura, & in Chriſtum negat ſe peccaſſe.* (Per totum.)
x Per tria. *Hic Salomon reuertitur ad communem docendi modum. Et diuiditur in tres partes, ſecundum tres quaternarios, primum ponitur cum dicitur. Per tria mo. ter. id eſt conturbantur homines habitantes in ea. Et quæ ſunt illa ſubditur:* (Diuiſio.)
y Per ſeruum cum regnauerit. *Sicut patet de Ieroboã, qui fuerat ſeruus Salomonis, & factus rex ſuper decem tribus, induxit populum ad idololatriam.* (3 Reg. 12.e)
z Per ſtultum, cum ſatu. fue. ci. *& cum cibo intelligitur vinum. Tales enim ſolent mouere rixas & diſſenſiones.*
a Et p o. mulierem. *quia efficitur vna caro cum viro. Habere aũt ſecũ inſeparabiliter perſonam odioſam, eſt magis mors quàm vita: non ſolùm viro ſuo, ſed etiam toti familiæ & amicis.*
b Et per ancillam cum fue. hæres dominæ ſuæ. *i. amata & honorata ſicut domina, & ipſa domina repudiata & ancilla. Iſtud eſt quartum, de quo dicitur, quòd terra non poteſt hoc ſuſtinere, quia hoc nullo modo eſt ſuſtinendum, quando poteſt emendari.*
c Quatuor. *Hic ponit ſcdm quaternariũ de aĩalibus paruæ reputationis, q̃ tñ hñt induſtriam naturalẽ: ex qua debent hoĩes moueri ad prudenter agendum, ſecundũ quod dicitur in Iob. Interroga iumenta, & docebunt te, &c. Et quæ ſunt illa quatuor genera animaliũ ſubditur, cdm dr:* (Iob 12.b)



¶ a Formicæ

a *Formicæ populus infir.* Et eccleſię populus, vt fortitudinẽ mẽtis cuſtodiat, oſtendit ſe tpaliter aduerſarijs ſeuiẽtibus oſtẽdit: vñ: Ego aũt dico vobis, non reſiſtere malo: Si quis te pcuſſerit in vnã max. præbe ei & aliã. Hic in hac vita præparat ſibi fructus bonorum operum, quibus viuat in æternum. (Matt. 5.)

b *Lepuſculus.* alij chirogylius, aial nõ minus hericio ſiſe muri & vrſo, cuius in Paleſtina magna copia in cauernis petrarũ, & in foueis. Et ĩ pſ. vbi dicim⁹: Petra refugiũ herinacijs, alij leporibus, alij chirogylijs. Sed hic qdã ꝓ lepuſculo hericium hñt. *Hier.* Hñt.n. Hebræũ verbũ ſaphã, murẽ & chirogyliũ & leporẽ & hericium interpretaẽ. Lepuſculus, &c. Hæc eſt plebs eccłię q̃ inualida, qa iniurias ſuas vlciſci nõ q̃rit, & quia nõ ſuis viribus, ſed in Dei auxilio ſperare ſalutẽ didicit, qđ eſt cubile hr̃e in petra: vñ dicit cũ Pſalmiſta: Eſto mihi in lapidẽ fortiſſimũ ĩ domũ munitã, vt ſalues me, qa petra mea & munitio mea es tu. (Pſal. 70. a; † Cuniculus; † Arena)

c *Regem locu.* Locuſta, gẽtes quõdã ſine rege Chr̃o, ſine propheta, ſine doctore, nũc in vnitate fidei cõgregatę ad ſpũalẽ pugnã ꝯ diabolũ ꝓperãt. Vel Anachoritarũ concors vnitas, q̃ cũ nullo pcepto hoĩs ĩ ſuis latibulis regaẽ, tñ inſtanter in ſuis locis Chr̃o militare, & germina carnaliũ ꝯſueuit abſumere voluptatũ. (Anachoritæ)

d *Stellio mani.* Stellio alas nõ hẽt, & iõ manibus nititur & moraẽ in ædibus, ꝗ illorũ humilitatẽ ſignat, qui natura tardi ingenio, ſolertia tñ induſtriæ ſuæ, vel ad diuinarũ notitiã ſcripturarũ, vel ad virtutũ gr̃am q̃bus cęlum mereanẽ, attingunt. Plerunq;.n. aues pennatæ in imo reſident, & ſtellio qui pẽnas non hẽt, nitẽs manibus regni ędificia tenet. Sic ingenioſi dũ p negligentiã in malis remanent, & ſimplices quos ingenij pẽna nõ adiuuat, ad obtinenda æterni regni mœnia virtus operationis leuat.

c *Tria ſunt quæ gradi.* Non nos moueat qđ dixit, & quartũ incedit feliciter. Tria.n. bene incedere dicit, & quartũ feliciter. Nõ.n. oẽ qđ incedit feliciter, bene: neq; in hac vita oẽ quod bene, feliciter. Nã leo & gallus & aries bene incedũt, ſed nõ feliciter: qa pſecutionẽ patiuntur. Quartum verò feliciter, & nõ bene incedit: quia in fallacia ſua ad tempus Antichriſtus proſperatur.

f *Gallus.* ſ. prædicatores, inter huius ſeculi tenebras verũ mane nũciãtes.

g *Et ari.* Prim⁹ ordo ſacerdotũ, qui p ſua exẽpla gradientẽ pplm vt ſub ſequentẽ ouiũ gregẽ trahunt, qbus ſpũaliter recteq; viuẽtibus, nõ eſt q reſiſtat eis, qa eorũ intẽtionẽ nullus pſecutor ppedire põt. Et quia poſt hęc Antichriſtus apparebit. Subdit quartum dicens, qđ incedit feliciter, & qui ſtultus apparuerit poſtq̃ eleuatus eſt in ſublime.

h *Qui au.* vbera fortiter premis, dũ ſacri eloquij verba ſubtili ĩtellectu pẽſas, qua preſſione, dum lac quęritur, butyrũ inuenit: quia dũ nutriri vel tenui intellectu q̃rimus, vbertate internę pinguedinis vngimur: quod nec ſemp nec vnq̃ faciendũ, ne dũ lac q̃riẽ, ſanguis ſequaẽ: qa dũ verba diuina vltra modũ diſcutiuntur in carnalem intellectum cadũt. Sanguinem enim elicit, qui vehementer emungit, quia carnale efficitur hoc quod nimia diſcuſſione ſentitur.

i *Et qui prouo. iras produ.* Quid prior parabola ad lr̃am ſignificet, aperit: quia qui modeſtè proximũ allocutus, gratum accipit reſponſum, quaſi de vberibus in quibus lac quærebat, butyrum exprimit. At qui inepto verbo, iram & diſcordiam fraterno ex corde prouocat, quaſi vltra modum emungens vbera, elicit ſanguinem.

a ſunt ſapientiora ſapiẽtibus. † Formicæ ^a populus infirmus, qui pparat ĩ † meſſe ^b cibũ ſibi. † Lepuſculus plebs ĩualida, q ^c collocat in petra cubile ſuũ. Regẽ locuſta nõ hẽt, ^d & egredit̃ vniuerſa p turmas ^e ſuas. † Stellio manibus nititur, ^f & mora ^g tur in ædibus regis. Tria ſunt q̃ bene ^h gradiunt̃, & quartum qđ incedit feliciter. ^i Lẽo fortiſſimus beſtiarũ, ãd nulli⁹ pauebit occurſum. Gallus ſuccinctus ^k lumbos, & arĩes, † nec eſt rex qui reſi- ^l ſtat ei. Et qui ſtultus apparuerit, poſtq̃ ^m eleuatus eſt in ſublime. ſi enim intel- ^n lexiſſet, ori ſuo ĩpoſuiſſet manũ. † Qui ^o ^p aũt fortiter pmit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrũ, & qui vehemẽter ^q emungit, elicit ſanguinem, & qui pro- ^r ^s uocat iras, producit diſcordias. ^t

a ¶Vicit leo de tribu Iuda. ¶Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. b ¶Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.
a ¶Id eſt luxuriam reſtringens.
a ¶Sacerdotes: Afferte domino filij ari.
a ¶Antichriſtus in ſublime erit, cum ſe Deum mentietur, ſed tunc ſtultus apparebit, cum per aduentum veri iudicis deficiet.
a ¶Supplicium dum ſuperbiret. ¶Præuidiſſet.
b ¶Ne in tantam inſtantiam elevaretur.

F

## NICOLAVS DE LYRA.

a Formicæ populus infir. *Id eſt debilis congregatio.*

b Qui præparat. *Hoc patet ad ſenſum.*

c Lepuſculus. *Qui in petra cubile ſuum collocat. i. in loco inacceſſibili hominibus, vt dormiat ibi ſecurus.*

d Regem lo. non ha. *Qui dirigat eam.*

e Et egreditur vni. per tur. *ordinatè diſpoſitas.*

f Stellio mani. ni. *Eſt autem ſtellio ſpecies reptilis habentis maculas in cute lucentes. In Hebræo hr̃ aranea manibus nititur. i. pedibus quibus ꝓ manibus vtitur, quibus adhæret parietibus, & telam operatur.* (Stellionis natura.)

g Et mo. in ædi. re. *Ibi.n. facit telam ſuam, & locum ad manendũ ſicut in alijs locis. Stellio verò non moratur in ædibus regum in terris iſtis, ſed magis in ſyluis. Sequendo tñ tranſlationem noſtrã põt dici, ꝙ habitat in ædibus regum in regionibus calidis, cuiuſmodi eſt terra promiſſionis. Per prædicta intelligitur ꝙ hõ debet eſſe ſolicitus de prouiſione cibi exẽplo formicæ, & de ſecuritate loci exemplo lepuſculi, & de ordinata diſpõne ad bellũ exẽplo locuſtarum, & ſubtilitate operandi ad modum araneæ.*

h Tria ſunt. *Hic ponitur tertius quaternarius, & dicit Ra. Salo. ꝙ hic eſt prophetica locutio, tamen ſub metaphora quatuor regnorum quæ in paruo tpe fuerunt valde proſperata, quartũ tñ multò plus pcedentibus. Primum autem regnum eſt Babylonicum, quod notatur cum dicitur:* (Monarchiæ quatuor mundi principia.)

i Leo fortiſ. be. *Nabuchodonoſor .n. rex Babylonis vocaẽ leo. in Iere. Surrexit leo de cubili ſuo. Scđm fuit regnum Perſarum, qđ notaẽ ibi:* (Ierem. 4. b)

K Gallus ſuc. lum. *In Heb. tamen non eſt gallus. Cyrus autẽ & Darius armis accincti interfecerunt Balthaſar, & regnum Babyloniæ tranſtulerunt ad Medos & Perſas.* (Dan. 5. g)

l Et aries. *per quem intelligitur Alexander Magnus, qui regnum Medorum & Perſarum ſubiecit regno Græcorum, & in paruo tpe multum proſperatus fuit. Et rex, contra quem non leuabit: ſic eſt in Heb. i. contra quem nullus reſiſtere poterit: in quo deſignatur regnum Romanorum: quod fuit fortius præcedentibus: vnde dicitur ferreum, Dan. 2. quia ſicut ferrum domat omnia, ita regnum Romanum domauit alia regna.*

m Et qui ſtul. ap. *Hic reuertitur ad cõem modũ docendi. Et ponunẽ hic duo documenta. Primum eſt diſſuadens promotionem ſtulti, quia magis cedit ad confuſionẽ ſuam, quàm ad honorẽ. & ſcđm hoc dicitur: Et q ſtultus ap. Sciendum tamen ꝙ ly &, non eſt in Heb. quia ſñia huius verſus non copulatur præcedẽti, ſed eſt omnino alia, & eſt ſenſus, ꝙ ſtultitia alicuius magis apparet, quando poſitus eſt in ſtatu ſublimi, ſicut turpitudo ſimiæ magis apparet quando aſcendit in altum. ideo ſubditur:*

n Si enim intel. ſci. *ſic promotus vel promouens eum, ꝙ hoc cederet ad vtriuſque vituperium.*

o Ori ſuo impoſuiſſet ma. *i. tacuiſſet de tali promotione procuranda. Secundum documentum reprimit in omnibus exceſſum, cum dicitur:*

p Qui au. exprimit butyrum. *i. materiam lacte ſolidiorem, quæ non eſſet exprimenda, ſed magis dimittenda.*

q Et qui vehementer emun. *ſcilicet naſum.*

r Elicit ſanguinem. *faciens ipſum effluere, quod magis vertitur in nocumentum.*

s Et qui prouo. iras. *aliquorum inter ſe.*

t Producit diſ. *quia aliquando protenduntur ad omnes amicos eorũ, & aliquando ad totam ciuitatem & regnum.*

## GLOS. ORD. CAP. XXXI.

VErba Lamuelis. Lamuel in quo eſt Deus de quo ſuprà interpretatio. Viſio quã locutus eſt vir, cũ quo eſt Deus. Mr̃ Dei, gr̃a, quæ illũ erudit intellectu ſapientiæ: quam fortis hominibus ipſe miniſtret, q̃uis ad lr̃am, hoc mater, Salomonis docuiſſe poſſit intelligi, q̃ quia ipſe ſapiẽter dicta cognouit, operi parabolarum ſuarũ inſerere voluit: & ideo poſtquam dictũ eſt in titulo, verba Lamuelis regis, additum eſt: Viſio quam erudiuit cũ mr̃ ſua, qa cũ in regnũ vnctus, ſpũ ſapiẽtiæ accepit, per ſpũm vidit quàm prudenter ſe mater ſua docuerit. († quam)

## CAP. XXXI.

VErba Lamuelis regis. Viſio, † qua erudiuit eũ

## NICO. DE LY. CAP. XXXI.

VErba lamuelis. *Hic cõſequenter ponitur inſtructio Salomonis paſſiua à matre ſua. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponit exhortatio matris, ſcđò commendatio fortis mulieris, ibi: Mulierẽ fortẽ. Prima adhuc in duas, ſ. præfationem, & proſecutionẽ, ibi. Quid dilecte. Circa primum per modum cuiuſdam prologi præmittitur:* (Diuiſio.)

a Verba La. reg. *ſ. ſupple ſunt q̃ ſequuntur. Et dicit hic Salomõ Lamuel, qđ interpretaẽ, cũ quo Deus: qa Deus fuit cũ Salomone in principio regni ſui, vt declaratũ eſt cap. præced. Sciendum tamen, ꝙ verba q̃ ſequuntur in principio huius capituli, non ſunt Salomonis, niſi vt referẽtis, ſed ſunt verba matris ſuæ ipſum exhortantis. ideo ſubditur:*

x Viſio. *i. inſtructio ſeu increpatio. Qua erudiuit eum mater ſua.*



a *Et diuitias tuas.* Hoc eſt, noli terrenis delicijs hoĩum corda corrũpere, ne cęleſtia q̃rat in qbus ppetuò regnent cũ dño. Delent.n. reges per diuitias, qñ ſummi regis corpori adunati pfidẽ, p illecebras ſeculi merent̃ eradicari de terra viuentiũ.

b *Noli regibus.* Hæc & ſequẽtia ad lr̃am patent. Allego. autẽ pcipit, ne vino ĩ quo ẽ luxuria, inebriẽtur mẽtes fideliũ, qui ſunt membra regis æterni: qa nullũ ſecretum eſt vbi regnat ebrietas: nil de cęleſtib. cogitatur, vbi regnat voluptas carnalis, ſed ea ſolũ quæ ſunt viſibilia, carnales ſcrutanẽ.

c *Date ſic. mę.* Vinũ & ſicera, diuinę ſapientiæ cõſolatio, q̃ illis debeẽ, qui ĩ infimis cõſolari refugiunt, & qcquid in pñti occurrerit amaro aĩo ſuſcipiunt, cęleſtibus tota mẽte inhęrẽtes: vñ: Negauit cõſolari aĩa mea, memor fui Dei, & delectatus ſum. Item date ſicerã &c. pęnitentibus .ſ. qui priſtinorũ actuum mœrore atq; triſtitia deprimunt̃, ſpũalis ſciẽtiæ iucũditatẽ, vt vinũ, qđ lætificat cor hoĩs affluẽter infundite, ne abũdãtiori triſtitia abſorbeanẽ, q hmõi ſunt.

d *Ape. os.* Pro cauſa pauperis quæ p ſe in iudicio loq nõ valet, ipſe loq memẽto, & eos defende, q p̃riæ cęleſtis intuitu huius vitæ viã citius tranſeunt. Vel, os aperire muto, gentibus verbũ pdicationis prædicare, qui diuina eloqa pri⁹ pſonare neſciebant, & non tñ Iudęis, ſed & cunctis per orbem nationibus curam ſalutis impendere.

e *Aperi os.* Sicut pro cauſa pauperis & ereptione os aperire pcepit, ita vbi errauerit, iuſtè caſtigare admonet ac iudicare. Et Moyſes: Pauperis in iudicio nõ miſereberis. Quod vtrũq; dñm facere propheta dicit: Sed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate ꝓ manſuetis terræ.

l *Mulie. fortem.* Hucuſq; verba Lamuelis regis, hinc Salomõ paucis verſibus, ſed pleniſſima veritate decãtat laudes eccleſiæ. Conſtat eñ hoc carmen verſibus. 22. per ordinẽ Hebræi alphabeti, & ſinguli verſus ſingulis incipiunt literis, vbi innuitur q̃ plenè hic, vel aĩæ vniuſcuiuſq; fidelis, vel totius eccleſiæ ſanctæ, quæ ex oĩbus electis vna perficiẽ catholica, virtutes deſcribanẽ ac pmia. Mulierem fortẽ quis inuẽ. Mulier fortis ſancta eccleſia, qa ex aqua & Spirituſancto Deo filios ſpũales gignit. Fortis, quia cuncta aduerſa vel proſpera ſeculi pro Dei amore contẽnit, quam ipſe in carne apparens, infirmã inuenit & fortem fecit. Vnde ad cęlos rediens, ait angelis: Congratulamini mihi, quia in. d. q. per. Vidẽs ergo Salomõ humanum genus innumeris implicatum erroribus, & qđ ad eius ſalutationẽ nullus niſi ſolus mediator Dei & hoĩum ſufficiat, ait: Mulierem fortẽ qs inueniet. Acſi apertè futurã Dei gr̃am admiretur. Quis talis? quis tantus? q de tot incredulis mũdi nationibus vnam ſibi electorũ eccleſiã congreget, q̃ ſua gr̃a fortẽ & inſuperabilem efficiat? Nõ nr̃i ſimilis, non nr̃i tpis, ſed in fine ſeculorũ Deus hõ futurus, & nos ſua paſſione à morte redẽpturus. Hoc.n. eſt qđ ait: Procul & de vlti. fi. pre. eius. Procul interuallo tpis à Salomone vſq; ad partum virginis. De vltimis autẽ finibus: qa à ſummo cęlo egreſſio eius. Nõ eñ aliud pretium ꝓ nobis dedit q̃ ſeipſum. Vñ: Qui dilexit nos, & tradidit ſemetipſũ ꝓ nobis, &c. Quãuis & ita rectè poſſet intelligi, pretiũ ſanctæ eccłiæ ꝓcul poſitũ fuiſſe, qa verbi ĩcarnatio inter hoĩes ꝯuerſatio, paſſio, reſurrectio, lõgè à natura nr̃a remota. Ille.n. qñ voluit, & de qua voluit mr̃e natus eſt, & ſine pctõ uixit in mũdo, & qñ voluit, & q̃uo voluit mortuus eſt, & qñ voluit & q̃uo voluit reſurrexit, & aſcẽdit, & cætera hmõi, in qbus tã ꝓcul à nobis, q̃ cœlum à terra. Quia verò eccłiam q̃ redemit dñs, nõ ſolum verbum ſalutis ſuſcipere, ſed & cõſtãter ꝓ illo certare, p mundum pdicare donauit, addidit: Confidit in ea cor vi. ſcilicet. Vir redemptor. Vnde: Deſpondi enim vos vni vi. virg. ca. exhib. Chriſto. Quod ergo dicit: Cõfidit in ea cor. vi. ſui. Ab humana ſimilitudine tractum eſt. Sicut enim qui fortem fidelemque, & caſtam habet coniugem, confidit in ea: quia nihil contra voluntatem ſuam agit, nec ſaltem adulterij cogitatione polluitur, cuncta pro amore ſuo tolerabit libenter: & quos ualebit, ad amicitiam ſuam conuertet. Sic Deus in eccleſia confidit. Nouit enim ſpiritum gratiæ quem dedit, nouit uirtutem cha (Luc. 15. b; Pſal. 18. b; Galat. 2; 2. Cor. 11. a)

mr̃ ſua. Qũid † dilecte mi? quid ^a dilecte vteri mei? q̃uid dilecte vo ^b ^c torũ meorum? Nẽ dederis mu- ^d lieribus ſubſtãntiam tuam, & di ^e uitias tuas ad delendos reges. No ^f li regib⁹ ò Lamuel, noli regibus ^g dare vinũm: † quia nullum ſecre- ^h tum eſt, vbi regnat ebrietas: ne ^i forte bibãnt, & obliuiſcãtur iu- ^k diciorum, & mutẽt cauſam * fi- ^l liorum pãuperis. Date ſiceram ^m † mœrentibus, & vinum his qui ^n amaro ſunt animo: bibãt & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & dolores non recordentur amplius. Aperi os tuum muto, † & cauſis ^o ^p omniũ filiorum qui pertranſeũt. ^q Aperi os tuum, decerne quod ^r ^s iuſtum eſt, & † vindica inopẽ & ^t pauperem. ℵ Alẽph. Mulierem ^u

a ¶Dicam tibi: O.
a ¶Qui de vtero natus electus es in regnum. b ¶Qui charus es in hoc, quod vot⸗ omnibus deſiderabam.
a ¶Ad literam pater. b ¶Corruptionibus vitiorum.
a ¶Virtutum tuarum.
a ¶In quo eſt luxuria.
a ¶De carnis illecebris. b ¶Abs beneficiorum tuorũ.
a ¶Chriſti, qui pauper pro nobis.
a ¶Idest doctrina. b ¶Eccleſiam filios Dei generãtem.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Quid dilecte mi? *Hic ſubditur proſecutio inſtructionis, quę eſt de duobus. ſ. de vitanda carnalitate, & de proſequenda æquitate. ſcđa ibi: Aperi os tuum. Circa primum ſciendũ, ꝙ Hebræi dñt Salomonem nocte ſequenti diẽ deſponſationis filiæ Pharaonis nimis vigilaſſe, & per conſequens in mane nimis dormiuiſſe, intantum ꝙ tranſibat hora offerendi iuge ſacrificium matutinum, & claues templi erant ſub ceruicali Salomonis: propter quod mater ſua intrauit eius cubile, & incepit eũ arguere, dicens. Quid dile. mi. i. quid feciſti ex carnalitate tua impediens diuina ſacrificia.*

b Quid dile. vte. m. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem exaggerationem.*

c Quid dilecte votorum meorum. *q. d. ſuper oĩa deſideraui, quod bene regeres regnũ tuum, & iam in aliquo feciſti contrarium nimis carnaliter cum vxore tua dormiendo, ideo ſubditur:*

d Ne dederis mulie. ſub. tuam. *nimis ardenter eas amãdo, & eis nimis carnaliter adhærendo. Et quia ad nimiam carnalitatem cum mulieribus inducunt deliciæ cibi & potus, ideo ſubditur:*

e Et diuitias tuas ad delendos reges. *Hebræi dñt ad impugnandũ reges. Et cauſa huius diuerſitatis eſt: quia verbum Hebraicum hic poſitum æquiuocum eſt ad delere & ad impugnare: ſed litera ſequẽs videtur magis conſonare dicto Hebræorum, quia ſubditur:*

f Noli regibus ò Lamuel. *ideſt Salomon.*

g Noli regibus dare vinum. *immoderatè bibendum. Et dicitur hic reges ipſe Salomon principaliter, et ſecundario alij iudices ad regendum populum conſtituti. Et ſubditur cauſa dictæ prohibitionis, cum dicitur:*

h Quia nul. ſecre. eſt vbi regnat ebri. *Hoc patẽt vnicuique, et per hoc quòd dicitur hic ebrietas, patet quod non diſſuadetur hic potio vini regibus et principibus temperata, ſed potio immoderata quæ aufert debitam diſcretionem, ideo ſubditur:*

i Ne forte bibant. *ſcilicet immoderatè.*

K Et obliuiſ. iu. *in lege Domini ſcriptorum.*

l Et mutent cauſam filiorum pau. *id eſt pauperum nimis fauendo parti diuitum. Conſequenter oſtenditur, quibus ſit dandus potus inebriatiuus, cum dicitur:*

m Date ſi. *i. potum inebriatiuum, & ſic ſonat litera Hebraica.*

n Mœrentibus. *ideſt exiſtentibus in luctu & amaritudine: quia potio vini fortis multiplicat ſpiritus, & ſic eſt remedium contra dolorem animi & corporis. Occaſione autem huius verbi ſapientes Iudæorum ſtatuerunt, vt perſonis ad mortem condemnatis, daretur potio vini fortis, vt ſic facilius tolerarent dolorem mortis imminentis.* (Vinum bibere damnatis conſtit.)

o Aperi os. *Hic ponitur ſecundum documentum, quod eſt de exequenda iuſtitiæ æquitate, cùm dicitur: Aperi os tuum muto. allegãdo iuſtitiã pro eo qui neſcit eam proponere in cauſa ſua, ſicut eſt homo ſimplex & ignarus, vel pauper qui non habet aduocatum pro ſe loquentem.*

p Et cauſ. *ideſt pro cauſis.*

q Omnium filiorum qui pertran. *ideſt hominum extraneorũ per terram tranſeuntium, qui frequenter non inueniunt qui pro ſe allegent, eò quod ſunt extranei, & tamen indigent celeriter expediri.*

r Aperi os tuum. *celeriter.*

s Decerne quod iuſtum eſt. *non differendo ſententiam propter aduerſæ partis potentiam.*

t Et iudica inopem & pau. *ideſt exequere iuſtitiam pro inopibus & pauperibus, quando habent iuſtam cauſam.*

u Aleph. Mulie. for. *In vltima parte huius libri ponitur cõmendatio fortis mulieris. Et exponitur cõiter à doctoribus noſtris de eccleſia, quæ metaphoricè dr̃ fortis mulier & ſponſus eius Chriſtus. Filij aũt eius & filiæ populus Chriſtianus in vtroque ſexu, & dñt quòd iſte eſt ſenſus literalis, ſicut Iudic. 9. dicit: Ierunt ligna ad rhãnum, &c. ſenſus literalis nõ eſt de lignis materialibus, ſed de Abimelech, & Sichimitis eum ſuper ſe regem inungentibus. Et licet hæc expoſitio ſit rõnabilis, & cõis, tamen eam non proſequor: quia ſatis diffuſè traditur in gloſſis & cõibus poſtillis. Ra. Sa. verò conuenit cum doctoribus catholicis, quantum ad hoc, qđ hic eſt metaphorica locutio, ſed dicit quod per mulierem fortem intelligitur ſacra ſcriptura. & hanc expoſitionem intendo proſequi: quia rationabilis videtur, nec cõiter habetur, in aliquibus tñ intendo aliter dicere quàm ipſe, prout eſt conſonũ fidei noſtræ, maximè quia ſacram ſcripturã vocat ſolum vetus teſtamentũ, ego aũt vtrunque. ſ. vetus & nouum. Sponſum autem & maritum huius mulieris accipio doctorem in ſacra ſcriptura expertum, & prolem eius, populum catholicum in ſacra ſcriptura ſtudioſum in ſexu maſculino ſeu fœminino: quia aliquãdo inuentæ ſunt aliquæ* (Iudic. 9. b)



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tē charitatis,q̄ eius p̄cordijs infudit. Iōq; nō dubitat nō ſolū eā à ſuę fidei integritate nō poſſe corrūpi, ſed & pſeuerāter īſiſtere, vt plures ad fidei cognitionē & vnitatē cōgreget. & hoc eſt: Spolijs non indigebit. Spoliat.n. diabolum eccleſia, cùm per prædicatores quos deceperat, ad veritatē reuocat.

a *Et ſpo.non indi.* Quia nunq̄ ceſſabit eccleſia deceptas à diabolo aīas Chri fidei reſtituere, donec mūdi curſu finito numerus iuſtorū cōpleat. Sed quia quicquid boni ſācta eccleſia vel fidelis aīa agit, deſup accipit, rectè ſubditur:

b *Reddet ei &c.* Reddet aīa Chrō bonū, cū p̄ceptis vitæ muneribus rectè viuēdo rīdet, & ea q̄ ſcit vī facit, alijs ītimare ſatagit. Cū aūt dixit: Reddet ei bonū addidit, & nō ma. quia quidā acceptis à Deo bonis mala repēdūt: vel myſteria fidei q̄ perceperūt in hereſim vertunt, vel fidē q̄ verbis fatent factis negant, vel bonos mores p colloquia mala corrūpūt. vel in bono ꝑpoſito vſq; ad finē non pſeuerant. vñ cum dixiſſet, reddet ei bo. & nō ma. vt pſeuerantiā neceſſariam oſtenderet, adiunxit: omnibus di. vi. ſuæ. cui ſimile: Seruiamus illi in ſan. & iuſti. &c.

† libenter manibus ſuis

*Iacob. 1. d*

*Luc. 1. g*

c *Quæſiuit.* Quibus opibus, quibus iuſtitiæ vel ſanctitatis fructibus ſit potius inſiſtēdū ei q qd̄ accipit, repēdere q̄rit, ſic dicit: Quæſiuit la. Hæc ſācta eccleſia, & ad lrām facit, ſcdm illud Eſa. Cū videris nudū, operi eū, & car. tu. ne de. Operat aūt nō inconſultè, ſed cōſilio, vt à viro ſuo Chro mercat iudicio audire: Nudus fui &c. Et q̄diu feciſti vni ex mi. iſtis & mi fe. Manuū ſuarum. i. earū pſonarū p quas eleemoſynas pauperib. tribuit, in quorū ope deuoto ſaluberrimo vtit cōſilio, vt cū diſpgit, det pauperibus: nō vt ab hoibus laudet ad tp̄s, ſed vt iuſtitia eius maneat in ſeculū ſeculi. Myſticè aūt in lana, q̄ habitus eſt ouium, pietatis & ſimplicitatis opa q̄ proximis impendūtur, accipimus. In lino qd̄ ex terra virens orit, ſed multo & lōgo exercitio amittit humorē natiuū, & ad grām noui candoris puenit, caſtigatio carnis nr̄æ intelligit. Dum.n. ingenitas vitiorū ſordes p cōtinentiā excoqmus, dignā veſtē qua Chriſtū induamus, efficimus. vñ: Quotquot baptizati eſtis, Chrm induiſtis. Quærit ergo fortis mulier lanā & linum, & operata eſt conſilio manuū ſuarum: cū eccleſia ſolicitè pquirit, quibus ſe pietatis fructibus exerceat, quo à carnalibus illecebris emundet, & hoc conſilio prudentiſſimo. i. ſupernæ tñ retributionis intuitu. De hac retributione apertius ſubditur.

*Eſa. 58. c*

*Matt. 25. c*

*Myſticè*

F

*Gal. 3. d*

d *Facta eſt qua.na.in.de lon.* Nauigator dr̄ inſtitor, eò q acquirendis mercibus ſedulus inſtat. Sicut ergo inſtitoris nauis onerata mercimonijs, q̄ in pria ſua abundant, per mare portat, vt venditis q̄ attulerat cariora domū reportet: ſic eccleſia, ſic aīa perfecta virtutū diuitijs gaudet onuſtari, quibus maiora diuinæ grǽ dona mercetur. Optimū.n. cōmercium cum bona quæ valemus operantes: primùm hanc mercedē à Dño recipimus, vt ad maiora ſemp agenda pficiamus, deinde vitam æternā. Sic ſancta aīa quaſi nauis inſtitoris, quæ tranſit deſiderio fluctus ſeculi, ſola quæ in cęlis ſperat gaudia, meditat æterna, p quibus abundātius adipiſcendis, quicquid valet, inſtanter agit: quicquid occurrit aduerſi, ſuperare cōtendit. Quę delonge portat pa. ſuū, quia in cunctis quæ agit, æternā tñ retributionem expectat, ſolā viui panis ſaturitatē deſiderat, q dicit: Venite ad me oēs q labo. & one. e. & ego re. vos. In pximo panē recipit, qui in eo qd̄ iuſtè agit, humani tñ fauoris prēmia petit, nullo vitæ æternę intuitu: de quibus dicitur: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.

G

*Matt.*

*Ibidem*

a ¶Facientem. b ¶Qualis quantus. c ¶Sibi. ¶Cōgreget.

fortem quis inueniet? † procul & de

a ¶Scilicet inuentoris:

vltimis finibus pretium eius.

a ¶Id eſt con iugio.

a ב Beth. Confidit in ea cor viri ſui, & b c

a ¶Id eſt bona retributio.

b ſpolijs nō indigebit. ג Gimel. Red- d

der ei bonum & nō malum omni- e

a ¶Id eſt timor.

c bus diebus vitæ ſuę. ד Daleth. Quę f

ſiuit lanam & linum, & operata eſt

a ¶Eſt vel viuit.

d †conſilio manuū ſuarum. ה He. Fa- g

cta eſt quaſi nauis inſtitoris, de lon-

a ¶Ite.

e ge portans panem ſuum. ו Vau. De h

f nocte ſurrexit, deditq́; †prędam do- i

g meſticis ſuis, & †cibaria ancillis ſuis.

a ¶Huc vel ducte.

ז Zain. Conſiderauit agrum, & k l

h i emit eum: de fructu manuum ſua- m

a ¶Pauor vel paſſio.

rum plantauit vineam. ח Heth.

a ¶Cum ſupernis deſiderijs intenta carnalibus illecebris ſuccumbere deſpicit.

k Accinxit fortitudine lumbos n

c *De nocte.* Sicut totus pñtis ſeculi curſus die ac nocte variatur, & dies ad operandū, nox ad quieſcēdum, ſic tempus eccleſiæ gemino quietis & operis ſtatu diſcernit. Quaſi.n. nocte quieſcit, cum fidelis intermiſſa mundi ſolicitudine ſibimet vacare, & ſpūaliter incipit curare, vel lectionibus, orationibus, lachrymis, & huiuſmodi ſecretò exercere.

f *Surrexit.* Cū quis fidelis ad agendū pximorum curam ſolicitè accingit. Quod duob. modis facit, quia & eos qui foris errāt, ad fidem vocat, & qui in fide ſunt, vt amplius operibus inſiſtant, excitat. vnde ſubdit:

g *Deditq́, prædam do. ſu.* Dat p̄dam domeſticis ſuis, cum eos quos diabolus eripuit, eorū ſocietati, qui in fide p̄ceſſerunt cōciliat. Dat ancillis ſuis cibaria, cū humiles quoſq; & timore iuſſa ſeruātes, ne † laſſeſcāt pio labore mercedis commemoratione reficit.

h *Conſiderauit.* Hodie & vſq; in finē ſeculi mulier fortis. Cōſiderauit agrū, &cęt. quia eccleſia ſancta ſemp exqrit quos ad fidē cōuertere poſſit, & quos dociles iuenerit, hos data verbi pecunia in ſeruitiū Chri emit, & in eis vineā Chri plātare, vel potiꝰ vineā Chri facere curat. Et quia q alterū docere deſiderat, prius à malis abſtinere, & bona opa facere debet ſubdit: Accinxit forti. lum. Ager ſupnæ hrditatis poſſeſſio. De qua: Ecce odor fi. mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit dñs. Odor enī ſanctorum ſicut o. a. ple. c. b. d. quia tota mentis intentione contuent, quæ ſit beatitudinis plenitudo in regno Dei.

i *De fructu ma. ſu.* quia de fructiferis ſuorum fidelium factis vel verbis ſcripturā cōdidit, qua auditores fide & dilectione inebriaret. Et bene p vineā, eccleſiam (quæ p mulierem fortem eſt deſignata) & eos ꝓpagines vineæ, q ſunt filij mulieris accipimus. Mulier aūt vineā plantauit, cū eccleſia primitiua p orbē miſſis p̄dicatoribus fidei ſemina diſperſit. Cōſiderauit enim agrū. i. mundū vitiorum ſpinis horridū, cultore ſpūali egere. Emit verò eū, cum talentum verbi auditoribus contulit, vt credentes Chro manciparet. Plantauit aūt in eodem agro vineā, cum in nouis credentium populis eccleſiā plenā euangelica inſtitutione firmauit. Quam vineam de fructu manuum ſuarum plantauit, quia non ſolum verbo inſtituebant ſancti quos erudiebant, ſed & factis & miraculis. Conſiderauit ergo eccleſia agrum, & emit eum de fructu manuum ſuarum: quia ſtudioſè didicit quæ ſunt gaudia vitæ, & pro eis quicquid poteſt, laborat.

H

k *Accinxit.* Cū ſe ad uirtutū opa p̄parat, & bñ lūbos primò accingit, & poſt brachiū roborat: quia bonum opus Deo acceptabile nō eſt, ſi nō prius carnis & mētis luxuria reſtringat. Vnde:

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *ſunt aliquæ mulieres in ſacra ſcriptura ſtudioſæ, vtpote tempore beati Hiero. vt patet ex prologis ſuis ſuper libros ſacræ ſcripturę & in alijs eius ſcriptis. Sciendum etiam, ꝙ laus iſta mulieris fortis in Hebræo ſcribitur metricè, ita ꝙ primus verſus incipit per Aleph, quæ eſt prima litera Hebr. ſecundus verò per ſecundam, et ſic conſequenter ſingulis verſibus præponuntur nomina literarum quibus incipiunt in Heb. quia in tranſlatione ſeruari non potuit, ꝙ verſus ſic inciperent ordinatè per literas alphabeti Latini: nec ad aliud ſignificandum ponuntur hic noīa literarum Hebraicarum, vt aliqui æſtimant, & hoc diffuſius declaraui ſuper librū Pſalmorum, & ſuper lamētationes Ieremiæ. His igitur præmiſſis ad expoſitionem literæ accedamus. Mulierem fortem. i. ſacram ſcripturam, quæ continet firmam & inuiolabilem veritatem.*

a Quis inueniet. *quaſi di. pauci attingunt ad plenam eius notitiam.*

b Confidit in ea cor viri ſui, *de bono prēmio recipiendo. Et dicitur vir eius doctor bonus, in cuius perſona dicit in Sap. Hanc amaui & exquiſiui à iuuentute mea, & quæſiui mihi ſponſam aſſumere.*

*Sap. 8. a*

c Et ſpolijs non indigebit, *quia in prēmio duplicem ſtolam habebit ſcilicet gloriam corporis & animæ.*

d Reddet ei, *ſcilicet ſponſo tali.*

e Bonum, *ſcilicet gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.*

f Quæſiuit lanam & linum. *proſequitur metaphoram mulieris quæ lanam & linum operatur, per quæ intelliguntur dicta ſanctorum doctorū ad declarationem veritatis ſacræ ſcripturæ, vt dicit Ra. Sa.*

g Facta eſt quaſi nauis inſtito. *Sicut enim in naui inſtitoris portantur diuerſa vitæ humanæ neceſſaria, ſic in ſcriptura continentur omnia neceſſaria ad ſalutem.*

h De nocte ſurrexit. *i. ſurgere fecit, eo modo loquendi quo dicitur in Gen. Nunc cognoui, ꝙ timeas Dominum, id eſt cognoſcere feci. Amor enim ſacræ ſcripturæ inducit doctores bonos & diſcipulos ad ſurgēdum de nocte pro ſtudio & oratione.*

*Gen.*

i Deditq; prædam. *In Heb. habetur: Annonam, quia ſacra ſcriptura reficit omnes ſtudentes in ea fideliter tam viros, quam mulieres.*

k Conſiderauit. *Ager iſte eſt diſciplina ſtudij cęleſtis, vt dicit Grego. homil. 37.*

*Greg.*

l Et emit eum. *id eſt emi fecit à ſtudentibus per domationem carnis redigendo eam in obſequium ſpiritus.*

m De fructu ma. ſu. plan. vi. *i. exēplo vitæ & verbo doctrinę fecit fideliū multiplicationē, q ſunt palmites vineæ Dñi, vt dicit Grego. homil. 7.*

*Idem*

n Accinxit fortitudine lumbos ſuos. *id eſt accingi fecit lumbos ſtudioſorum cingulo caſtitatis.*

¶ a Et robo-



Vnde: Quieſcite peruersè agere, diſcite benefacere. Et: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, vt bonis operibus fulgeatis.

A

a *Guſtauit & vi.* illius negotiatio. de quo ſuprà: Conſiderauit agrū, & emit eum. Guſtauit igit ſancta eccleſia, & anima pfecta, i. præ nimio mentis deſiderio cognouit: quia bona eſt negotiatio vitæ imarceſcibilis: quā mundo relicto æternā meret in cęlis. Guſtauit aūt. i. apertè didicit, quia bonū eſt p inſtantiā p̄dicādi quoſcunq; valet ad viā veritatis adducere. Atq; iō nullis tribulationū tenebris, nec ipſa morte pōt lucerna deuotionis eius extingui. Eorū nāq; lucerna nocte extinguit, & veniēte iudice (quis in die videant ardere) q ad tp̄s credūt, & in tpe ten. re. Sed illorū lucerna nocte media extinguit, qui veniēte iudice, oleū charitatis nō habuiſſe in vaſis p̄cordiorū probant: dū pdito rumore falſarū virtutū, vera tenebroſorū luūt tormēta factorū. Sed ſi hoc loco, noctem p quiete accipimus, ſcdm qd̄ ſuprà, & de nocte ſurrexit. i. ad operandū ſe poſt quietē aptauit: aptè dr̄, ꝙ lucerna ſāctę eccleſiæ nō extinguit in nocte, quia et cū ab actione quieſcit, vacat liberius cōtēplationi: cūq; à publicis ceſſat opibꝰ, ardētius vel lectionibus, vel laudibus ſtudet diuinis, vt mulier q̄ nō ſolū in die inſtat laboribus, ſed & nocte accenſa lucerna manibus operatur.

ſuos, & roborauit brachium ſuum. a

a ¶Bonum excuſo ſeculo.

a ט Teth. Guſtauit & vidit, quia bona b

eſt negotiatio eius: non extinguetur c

a ¶Scientia vel principium.

b in nocte lucerna eius. י Iod. Manū d e

c ſuam miſit ad † fortia, & digiti eius f

a ¶Incuruatus.

d apprehēderunt fuſum. כ Caph. Ma g

nū ſuā aperuit inopi, & palmas ſuas

a ¶Cor ſeruiens vel cor ſeruitutis.

e extendit ad pauperē. ל Lamed. Nō h

timebit domui ſuę à †frigoribus ni

f uis: oēs enim domeſtici eius veſtiti i k

a ¶Viſcera.

g ſūt duplicibus. מ Mem. Stragulatā l

veſtē fecit ſibi, byſſus & purpura in- m n

a ¶Vnicus vel paſcua. b ¶Vos qui ſe eſtis me. o

h dumētum eius. נ Nun. †Nobilis in p

portis vir eius, qñ ſederit cum †ſena q

a ¶Firmamentum vel audi.

i toribus terrę. ס Samech. Sindonē r

c *Non timebit.* Frigora niuis, ſunt corda malorū pfidiæ torpore algētia, de quibus: Qm̄ abūdauit iniquitas. refri. cha. mul. Quę illa niue opprimunt, q̄ ob ſupbiā de cęlo corruens in tenebras, adhuc ſe velut angelū lucis oſtentare præſumit, & habitū niueum præfert, qd̄ Dei & angelorum eius proprium eſt, ſcilicet niueo habitu ſuæ virtutis claritatē ſignare. Nō timebit aūt domui ſuę à fri. ni. quia credidit Deo dicēti, q portę iferi nō p̄ualebūt aduerſus eā.

C

*Matt. 24. a*

*Matt. 16. c*

f *Oēs enim do. &c.* & ſapiētia. i. ad hereſes reuelādas, & patientia ad tolerandas, apertorū hoſtium pugnas. Vel veſtiti ſunt duplicibus, quia pmiſſionē vitæ hñt, q̄ nunc eſt, & futuræ. Nunc adiuti à Deo ne deficiāt, tunc in beatitudine diuina viſione ditati. Itē, veſtiti ſunt duplicibus: vna veſte corpis, altera mētis, fide. ſ. & factis. Sacris quoque redēptoris ībuti, & exēplis: vnde: Quicūq; ī Chro baptizati eſtis, Xp̄m induiſtis. Pñt autē frigora niuis, tormēta ēt æterna intelligi, q̄ igne & frigore ſunt miſta: vñ: Ibi erit fletus & ſtridor dentiū. Fletus.n. ex igne & fumo, ſtridor ex frigore: vñ Iob: Ad calorē nimium tranſibūt ab aquis niuium. Sed ab his eccleſia domui ſuæ non timebit: quia quicunque pereunt, ad domum illius non ptinebant, nec ſpūali veſte eius erant induti. In euangelio enī de eo q non hēbat veſtē nuptialē dicitur: Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtri. den. Qui meritò in frigore religatur, quia veſtem pietatis non habebat.

*Gal. 3. d*

†frigore

*Luc. 13. f*

*Iob 24. c*

†Notus

† ſenatoribus

*Matt. 22. b*

b *Manū ſuā mi.* Fortia dicit, pfecta in charitate opa, quibꝰ ſe eccleſia p æterna retributione exercet. vñ: Bñfacite his q oderūt vos. Et ſi vis pfectus eſſe, vade & vēde oia q̄ ha. & da pauperibus: Synagoga aūt cui dr̄: Si volueritis & audieritis me, bo. t. co. Tātò infirmior eſt in ope iuſtitiæ, q̄tò minus ſpe æternæ retributionis erecta. At eccleſia quæ audit: Pęnitentiam agite, appro. enim re. cæ. meritò pro hac remuneratione omnia ſuffert. De cuius fortitudine dicitur: Regnum cęlorum vim patitur, & vi rapiunt illud.

c *Et di. e* inqt, *appre. fu.* Colus in ſiniſtra, fuſus in dextera: de colo lana filo trāſit in fuſum, & dextera vitā ppetuā: leua pñtia dona Dei ſignat. i. opulentiā rerū, pacē, ſoſpitatē, ſcripturarū ſciam & cęleſtiū pceptionē ſacrorū. Hæc & hmōi cū à Deo pcipimus, quaſi lanā colo in leua geſtamus. At cum ea p amore cęleſtiū ſalubriter exercere incipimus, lanā agni immaculati de colo in fuſum, de leua in dexterā traijcimus, qui de donis nr̄i redēptoris, & de exēplis operū eius ſtolā glorię cęleſtis nobis ac veſtē nuptialē charitatis facimus. Digiti.n. quibus fuſum apprehēdit, intentionē diſcretionis qua quiſque operat, ſignificant: quia nulla corporis mēbra ſic diſtincta ſūt articulis ac flexibus. Quorū ergo cōuerſatio eſt in cęlis, vnde ēt Saluatorē expectamus, &c. Horū digiti dextri apprehēderunt fuſum, quia ſedula diſcretione p ęternis laborāt. Et bñ dicit, apprehēderūt fuſū, vt diſcat q̄tò ſtudio, quāta feſtinatione agere debeamus. Quid aūt, mulier fortis. i. ſancta eccleſia vel anima perfecta per fuſum operata ſit, ſubiungit:

B

d *Manum ſuam ape. &c.* Hoc de eleemoſynis quæ pauperibus fiunt, pōt accipi: ſed de verbo Dei melius, qd̄ indumentū ſalutis animabus cōfert. vñ Iob: Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me ſicut veſtimēto & diademate iudicio meo. Aperuit manū inopi, cū myſteria fidei ignorātibus p operarios veritatis reuelat. palmas ſuas ex. ad pau. cū latè longeq; prædicatores ad gentes æternæ ſalutis egentes diſperſit.

c Non

g *Stragulatam ve.* Stragulata veſtis eſt quæ variante textura ſolet confici firmiſſima, fortia eccleſiæ opera, & diuerſa virtutum eius ornamenta ſignificat, de quibus: Aſtitit regina à dextris tuis, &c. Byſſus, caſtitas puræ conſcientiæ, & conuerſationis, purpura, effuſio ſanguinis. Byſſus.n. candidi coloris purpureus autem color, & de ſanguine animantis (q purpura vocatur) fit, & ſanguinis habet ſpēm. Ideo dicitur ſancta eccleſia, in pace habere lilia, in bello roſas. Item quia byſſus virēs oritur, ſed multis exercitationibus amiſſo humore natiuo ad decorem candidæ veſtis ducitur: Byſſo induitur eccleſia, dum caſtigant corpora electi. Purpura autem quæ regum eſt, cum continentiam, non amore laudis, ſed regni perennis exercent. Hinc: Gaudeamus & exultemus, quoniam venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe, & datum eſt ei, vt cooperiat ſe byſſo ſplendenti cādido. Byſſinæ enim iuſtificationes ſanctorum ſunt.

*Pſal. 44. c*

D

*Apo. 19. b*

h *Nobilis in por. vir. eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ.* Vir, dominus qui viſus eſt ignobilis cum ante tribunal ſtaret iudicandus, ſed nobilis cum venerit iudicaturus, & omnes angeli cum eo, &c. In portis, quia veteres in portis ſedebant ad iudicandum, ut uenientes paratum continuò reſponſum iudicantis acciperent, & ruſticos vel paſtores, inſolita vrbis ædificia non ſtupefacerent, nec frequens litigantium cōtrouerſia vrbis pacem turbaret. Nobilis ergo erit Dominus in portis ſuæ ciuitatis: quia qui nunc à multis contemnitur, vbi finis ſeculi fuerit: vbi patriæ cœleſtis ingreſſum aperuit electis, cunctis apparebit ſublimis.

i *Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.* In lintheo ſindonis ſubtilis, ſanctæ intextio prædicationis in qua molliter quieſcitur: quia in illa ſpe ſuperna refouemur. Vnde & Petro animalia in lintheo monſtrantur, quia pctōrum animæ

*Act. 10. b*

## NICO. DE LYRA.

¶ a Et roborauit bra. ſuum. *per multiplicationem boni operis, quia ſicut dicit Grego. hom. 32. Nec caſtitas magna eſt ſine bono opere, nec bonum opus aliquid ſine caſtitate.*

*Greg.*

b Guſta. & ui. *p experiētiā dulcedinis ex ſtudio ſacræ ſcript. reſultātis.*

c Non extin. in no. *id eſt in morte.*

d Lucerna eius. *i. claritas ſuæ notitiæ, ſed magis augebitur.*

e Manū ſu. &c. *In Hebræo habetur, ad vertebrum, quod eſt quidā circulus aliquantulum ponderoſus in inferiori parte fuſi poſitus, vt rectè, et ordinatè vertatur, & huic dicto conſonat quod ſubditur:*

f Et digiti eius appre. fu. *Per verticorum hic intelligitur recta intentio opus dirigens per apprehenſionem fuſi ad filandum, proſecutio boni operis de genere eius, quod conſonat intentioni rectæ.*

g Ma. ſu. m. ad. *Scriptura.n. ſacra quaſi vbiq; inducit ad opera miſe.*

h Nō ti. &c. *i. à pęna gehēnæ. ſcdm qd̄ dicit hic Ra. Sa. allegās illud Iob. Ab aquis niuiū tranſiet ad calorem nimium, & loquitur de damnato.*

i Omnes

i Omnes enim do. eius. *id eſt boni doctores & diſcipuli.*

K Veſtiti ſūt &c. *i. virtutib. intellectualibus et moralib. q̄ ſūt veſtes aīę.*

l Stragu. ue. *i. ex diuerſis coloribus intextā: Fecit ſibi, quia ſacra ſcriptura de omni gñe virtutū chariſmatum, et donorū tractat, & ad ea iducit.*

m Byſſus. *caſtitatis.*

n Et purpura. *charitatis.*

o Indu. eius. *id eſt verè ſtudentium in ea ſcientia pariter & vita.*

p Nobi. in por. &c. *i. doctor bonus, q dr̄ nobilis in portis. i. inter ſapientes, antiquus ī portis ſedētes ad reddendū veritatis iudicium, iō ſubditur:*

q Qñ ſederit &c. *i. cum ſapientibus qui hñt regere terram & iudicare.*

r Sindonē fe. & uē. &c. *Hebręi dñt, mercatori. Nomē.n. Hebraicū hic poſitū æquiuocū eſt ad hoc qd̄ ſit nomē ppriū populi deſcendētis de Chā filio Noe, et nomē appellatiuū ſignificās mercatorē, lrā tñ pcedens immediatè, dicto Hebræorum vr̄ magis concordare, cum dicitur: Sindonem fecit & vendidit. Per ſindonem verò quæ eſt veſtis linea & munda, intelligitur puritas mentis. Per cingulum verò caſtitas corporis. Vnde dicit Grego. homi. 22. Lumbos.n. præcingimus cùm carnis luxuriam per*

*Greg. ho. 22*



¶ continen-

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E animæ miſericorditer aggregatæ, in blãdæ fidei quiete cõtinent. Hanc igitur ſindonẽ eccleſia fecit & vẽdidit, quia fidẽ quã credendo texuerat, loquẽdo dedit, & ab infidelibus vitã rectæ cõuerſationis accepit, quæ & Chananæo cingulũ tradidit, quia per vigorẽ demonſtratæ iuſtitiæ fluxa opera Gentilitatis aſtrinxit, vt quod præcipitur, viuendo teneatur. Luc 12.e Sint lumbi veſtri præcincti. Per Chanaã n. gentes à quo & ſũt, † negotiatori qui & cõmutatus interpretatur Gentes n. à vitijs ad virtutes, à diabolo migrauerunt ad Chrm. Vñ pro his Pſal. 44.a qui cõmutabunt filijs Core cãticũ pro dilecto. Et poſt: Obliuiſcere populum tuum, & do. pa. t.

a *Fortitudo.* Fortitudo ad tolerãdũ: Decor ad virtutum grãm exercendam. Decor, quia operatur iuſtitiã. Fortitudo, quia perſecutionẽ patitur propter iuſtitiam: & ideo ridebit in die nouiſſimo i. gaudebit in retributione regni cęleſtis, quæ dolebat in certamine vitę pñtis: Luc. 6.d Beati qui nũc fletis, quia ridebitis. Et Iob 8.d: Os aũt veracium replebitur riſu. Sic huic dicit propheta de dño. Pſal 92.a Dñs regnauit, decorem indutus eſt: indutus eſt dñs fortitudinem, & præcinxit ſe. Cũ euangeliũ regni prædicaret, alijs placebat, alijs diſplicebat. Ad eos quibus placebat, decorẽ induit. Ad eos quibus diſplicebat, fortitudinẽ. Imitare & tu dñm Deum tuum, vt poſſis eſſe veſtis illius. Eſto cum decore ad eos quibus placẽt opera tua. Eſto fortis aduerſus detractores.

b *Os ſuum.* Ad hoc tñ loquens os aperit, vt ſapientiam doceret, ſecundum illud: Ephe. 4.g Oĩs ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus eſt, ad ædificationẽ fidei, vt det grãm audientibus. Vel, os cordis aperuit ad diſcendum ab ipſa ſapientia intus veritatẽ, quam foris doceret. Vtrũq; conuenit quod ſubiungit: Lex clementiæ in lingua eius.

c *Lex clementiæ.* Vt non ſtatim puniat vt lex Moyſi, ſed miſericorditer parcat. Sicut dñs de muliere peccatrice. Qui ſine peccato eſt, primus in illam lapidem mittat. Et ſic abſoluit eam: Ioh. 8.a Vade, & amplius noli peccare.

F

d *Conſiderauit.* Quia cunctas cõſcientiæ ſuæ cogitationes ſubtiliter inueſtigat. Item: Domus fortis mulieris, habitatio patriæ cęleſtis eſt. Semita, præcepta iuſtitiæ, quibus ad vitę mãſionem venitur: Quas anima bene conſiderat, cũ & diligenter quibus actibus ad cęlum peruenire debeat, inſpicit, & quæ didicit agenda, exercere non deſinit.

e *Panem otioſa non comedit* quia ſacrum eloquium quod percipit, opere exequitur. Panẽ quoque otioſa non comedit, cũ dñi corpus percipiens ſtudet imitari actu quod myſterio celebrat, ne indignè panem dñi comedẽdo & calicẽ bibendo, iudiciũ ſibi mãducet & bibat. Vel ſimpliciter põt accipi, quod panẽ otioſa non comedit, ſecundum illud: 1.Cor.11.f 1.Theſ.2.c Qui non operatur, nõ manducet. Et ipſe Paulus de ſe: Act.20.g Quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Vnde luxuriantes 1.Tim. 5.b viduas arguens ait: Simul autem & otioſæ diſcunt circumire domos: non ſolùm otioſæ, ſed verboſæ & curioſæ.

f *Surrexerunt filii eius.* Quod futurum nouit, vt propheta, quaſi iam factũ refert. Surgent filij eius eccleſiæ, i. electi immortales, & tunc mrẽm quæ eos aqua & ſpũ Deo genuit, beatiſſimã prædicabunt, quæ nunc quaſi miſera deſpicit. ſicut Apoſt. ait: 1.Cor. Si in hac vita tñ ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hoĩbus. Sed quia pro alia vita militamus, merito cũ G apparuerit quod erimus, mrẽm noſtram beatiſſimã prædicabimus. Põt & hoc quod dr: Surrexerunt fi. eius, & bea. prædic. et nunc accipi, cùm quis fidelium tranſcenſis ſeculi ærumnis ad cęlum ducitur. Aliquñ enim ſedere, ad humiliationẽ eſt, ſurgere ad gloriã ptinet. Vñ de Niniuitis dicit in euangelio: Olim in cinere ſedentes pęniterent. Et: Surgite poſtquã ſederitis, qui manducatis panẽ doloris. Surgunt ergo filij eccleſiæ, & beatiſſimã eam prædicant, cum cœleſtibus bonis ſublimati, quanta ſit illa beatitudo aſpiciũt, & hanc debita laude cũ ea concelebrãt. Laudat eam vir ipſius, cùm bona quæ ipſe donauit, remunerat. Sed quibus verbis laudat, oſtẽdit: Multæ filiæ congregauerũt diuitias. Surget vir eius, & laudabit eã in iudicio, dicens: Venite benedicti patris mei, percipite Matt. regnum quod vobis paratũ eſt &c. Qui quidẽ primitiæ dormiẽtiũ reſurrexit à mortuis. 1.Cor. Sed in iudicio quanta ſit reſurrectionis ſuæ gloria demonſtrabit.

fecit & vendidit, & cingulum tradidit
a † Chananæo. ע Ain. Fortitudo & decor indumẽtum eius, & ridebit in die b c d e
b nouiſſimo. פ Phe. Os ſuum aperuit ſa- f
c pientiæ, & lex clementiæ in lingua g
d eius. צ Sâde. Conſiderauit ſemitas do- h i
e mus ſuæ, & panem otioſa non come-
f dit. ק Cóph. Surrexerunt filij eius, & k l
beatiſſimam prędicauerunt: vir eius, m
g & laudauit eam. ר Rês. Multæ filiæ n
congregauerũt diuitias, tu ſupergreſ- o p
h ſa es vniuerſas. ש Schin. Fallax gra- q
tia, & vana eſt pulchritudo: mulier ti- r
mens Dominum, ipſa laudabitur. s

(Interlinear: ¶ Oculus & fons. — a ¶ Error vel errauit. — a ¶ Conſolatio. — a ¶ Concluſio vel aſpice. — a ¶ Caput vel videat. — ¶ Vultus.)

g *Multæ filiæ congre. &c.* Eccleſiæ hæreticorum & malorũ catholicorum, quæ filiæ dñi, vel Chriſti, vel eccleſiæ, quæ à dominicis non ſunt remotæ ſacramentis, & adoptionẽ filiorũ quam non cuſtodierunt, receperunt. Vnde Iohã. 1.Ioh. De nobis exierunt, ſed de nobis non ſunt. Quæ congregauerunt diuitias, bona opera, ieiunia, eleemoſynas, afflictionẽ, &c. quæ ſunt veræ diuitiæ ſpiritus, vbi pura mẽtis ſynceritate geruntur, ſed ſine fide nihil proſunt. Sed & illæ filiæ fruſtra cõgregant diuitias. De quibus: Multi dicent in illa die: Domine, nonne in noĩe tuo dęmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus. Matt. Sed & confitebor tunc illis, quia nũquam noui vos. Sed has filias eccleſia ſupergreditur, quæ fide caſta & opere perfecto redemptoris ſui veſtigia ſectatur. H

h *Fallax gratia & vana eſt pulchritudo.* Fallax eſt gloria laudis, quam ab homine accipit. Vana pulchritudo caſtitatis, vel operationis bonæ, quam hominibus oſtentat anima, quæ timore caret diuino. At illa cõſcientia vera laude digna, quę timorem Dei in omnibus ſeruat. Ipſe enim principium ſapientiæ cuſtoſque virtutum. Vnde: Eccle. Timor Domini initium ſapientiæ. Et alibi: Qui timet Deum, nihil negligit. Hinc eſt quòd Iob & in proſperitate virtutibus floruit, & in aduerſitate inſuperabilis permanſit, quia verò dixit: Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. Iob 31. Fallax ergo eſt ſimulatorum gratia, vanus decor operis ſtultorum. Eccleſia autem quæ in hoc ſeculi exilio conuerſatur in timore: quoniam ardentes virtutum lampades venienti ad iudicium ſponſo offert, iure ab eo laudata, ianuam cum eo regni cœleſtis intrabit. Qualiter enim eam laudet, oſtendit: Date ei de fructu.

a *Date ei*

## NICO. DE LYRA.

*continentiam coarctamus. Dicitur autem ſacra ſcriptura illa facere eò quod ad ea inducit & vendere, quia non omnes iſtam munditiam conſequuntur, ſed ſoli ad ea conſequenda fideliter laborantes.*

a Fortitudo. *i. conſtantia mentis.*

b Et decor. *exterioris honeſtatis.*

c Indumentum eius. *Sunt enim paramenta mentis ad quæ ſacra ſcriptura inducit.*

d Et ridebit. *id eſt ridere faciet ſtudentes in ea fideliter.*

e In die nouiſſimo. *quando audient vocem Domini dicentis: Venite benedicti pa. mei &c.* Matt. 25.c

f Os ſuum aperuit ſa. *quia ſacra ſcriptura docet ſapientiam deſurſum deſcendentem, quæ pudica eſt, & modeſta, ſuaſibilis, bonis conſentiens, plena miſericordiæ, & fructibus bonis, vt dicit Iaco.* Iacob. 3.d

g Et lex clem. in lingua eius. *quia tam in nouo, quàm in vete. teſtamento ad clementiam inducit.*

h Conſiderauit. *id eſt conſiderare fecit.*

i Semitas do. ſuæ. *i. conſcientia ſecreta ſtudentium in ea. Et quia hic labor eſt optimus, ideo ſequitur: Et panem otioſa non comedit.*

k Surrexerunt filii eius. *id eſt diſcipuli ſtudioſi.*

l Et bea. prędi. *quia ſacram ſcripturam ſuper omnem aliã extollunt.*

m Vir eius & lau. eam. *id eſt doctor bonus qui doctrinam ſuam incipit à commendatione ſacræ ſcripturæ.*

n Multæ filiæ. *id eſt philoſophorum & ſapientum ſcripturæ.*

o Congregauerunt diuitias. *i. cognitiones veritatis multas, quę ſunt meliora bona, quam corporalia.*

p Tu ſupergreſſa. *quia ſacra ſcriptura multò plures veritates tradit quàm aliæ ſcripturæ, & ẽt puriores: quia in ea nulla falſitas admiſcetur, cũ immediatè emanet à prima veritate. Scripturæ verò humanitus adinuẽtę, etſi continent multas veritates: tñ hñt admiſtas multas falſitates, ſicut patet in ſcripturis Ariſtotelis, qui minus inter alios philoſophos dicitur erraſſe, & tamen errauit in multis, vtpote de mundi æternitate, & de numero intelligentiarum, quem poſuit ſecundum numerum orbium: cùm tamẽ ſit maior quaſi incomparabiliter, ſecundum quod dicitur in Iob. Nũquid eſt numerus militum eius. & Danie. Milia milium miniſtrabant ei, et decies milies cen. mi. aſſi. ei, & de felicitate earum quam ponit in motu orbium, & in multis alijs, ideo ſubditur:*

q Fallax gratia & vana eſt pulchritudo. *ſcilicet verborum Rhetoricorum in humanis ſcripturis, & maximè poeticis, in quibus ſub verbis ornatis latent multæ falſitates, ſecundum quod dicitur. 1. Metaphy. Multa mentiuntur poetæ cantantes.*

r Mulier timens dominum. *id eſt ſacra ſcriptura, quæ quaſi vbique inducit ad Dei reuerentiam & timorem.*

s Ipſa lau. *præ cæteris ſcripturis.*

a Date ei



A a *Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera ſua.* Hoc vir ille, de quo ſuprà dictum eſt: Vir eius, & laudabit eam: qui Angelis in fine præcepturus eſt, vt eccleſiam poſt huius vitæ certamen, poſt triturationem afflictionis ad regni gaudia introducant, ac ſibi vitæ immortalitatis ſociam aggregent, ſecundum illud: Matt. 3.d Triticum autem congregate in horreum meum. Date ei de fructu manuum ſuarum, quia fructum ſpiritus facere curauit: charitatem, gaudium, pacem, &c. Et laudent eam in portis, in iudicio, ſcilicet ſiue in ingreſſu patriæ cęleſtis non hominum fauores ſuperuacui, ſed opera ſua quæ fecit examinante, & probante ac remunerante Deo, cui eſt honor & gloria. C

a ת Tâu. Date ei de fructu manuum a
ſuarum, & laudent eam in portis b
opera † ſua.

(Interlinear: a ¶ Conſummauit.)

## NICOLAVS DE LYRA.

a Date ei de fructu ma. ſua. *i. ſtudentibus in ea dabitur fructus glorioſus.*

b Et laudent eam in por. *i. ſapientes in portis ſedentes cum iudicibus, vt dictum eſt ſuprà. Et iſti ſapientes dicuntur opera ſacræ ſcripturæ, inquantum per eius ſtudium ſapientiam conſequuntur.*

## *Deuoti fratris Britonis de ordine minorum, prologi ſancti Hieronymi in librum Eccleſiaſten, expoſitio incipit.*

MEmini me hoc fermè quinquennio &c. *Antequam accedamus ad diuiſionẽ prologi, quia plerique dubitant de accentu huius nominis Eccleſiaſtes. Notandũ quòd inuenitur Eccleſiaſtes indeclinabile, & tunc ſemper acuit vltimam ſyllabam. Item inuenitur declinabile, Eccleſiaſtes Eccleſiaſtæ, & Eccleſiaſtes Eccleſiaſtis, & tunc habet grauem accentum in fine in omnibus caſibus. Significationem & rationem iſtius nominis inuenies ſuprà in prologo præcedenti. Iſte prologus poteſt diuidi in quinque partes. In prima parte deſcribit quo tempore, quo loco, & cuius rogatu inchoauit, vel vt ceſſet calumnia inchoare propoſuit cùm dicit: Memini me &c. Tempus enim notat cùm dicit: Hoc quinquennio. Locum, cùm dicit: Romæ. Quo rogatu* B *Bleſillæ, cùm dicit: Rogatum ab ea. In ſecunda parte dicit, quòd de morte Bleſillæ tantùm doluit, quòd inceptum opus incompletum dimiſit, vel vt ceſſet calumnia in opere non proceſſit, ibi: Itaque quoniam in procinctu noſtri operis. In tertia parte dicit, quòd ad Paulæ & Euſtochij honorem, & ad Bleſillæ memoriam opus illud in Bethlehem conſummauit, ibi: Nunc in Bethlehem poſitus &c. In quarta particula dicit, quòd nullum ſequens interpretem de Hebraico tranſtulit, vbi tamen non errauerant, ſe alijs interpretibus conformauit & ſic nec omnino fuit eis conformis, nec omnino diſſimilis, ibi: Hoc breuiter admonens &c. In quinta parte ponit rationem præcedentis partis, vt ſcilicet ſi in omnibus ab eis diſcreparet, nimia nouitas deterreret lectores: ſi in omnibus concordaret contra ſuam conſcientiam omnium ſequeretur errores, ibi: Vt nec nouitate nimia &c. Ordina ſic conſtructionem.*

a Hoc quinquennio, *id eſt hoc ſpatio quinque annorum, in quo ſumus.*

b Fermè. *id eſt ferè completo. Vel ſecundum aliam literam: Ante hoc fermè quinquennium. id eſt ante hoc quinque annos ferè iam tranſactos, quaſi diceret. iam quinque annis ferè tranſactis.*

c Cum adhuc eſſem Romæ. *Et nondum me in Bethlehem tranſtuliſſem &c. Vel ſic: Cum adhuc Romæ eſſem fermè, id eſt ferè hoc quinquennio. i. hoc ſpatio quinque annorum. q. d. cùm moram facerem Romæ ferè per hos quinque annos vltimò præteritos.*

d Et Eccleſiaſten ſanctæ Bleſillæ legerem. *Supple ſecundum tranſlationem LXX, ab eo emendatam, quia nondum editionem ſuam de Hebræo fecerat in Latinum. Iſta Bleſilla filia fuit Paulæ, ſicut patet in fine epiſtolæ Hieron. ad Pammachium de dormitione Paulinę, quam appellat ſanctam, communi modo loquendi, propter ſanctitatem vitæ quam habuit.* Hieron. ad Pammach.

e Legerem. *Inquam.*

f Vt eam ad contemptũ huius mundi prouocarem, & omne quod in mundo cerneret. *Oculis corporis.*

g Putaret. *id eſt reputaret.*

h Eſſe pro nihilo. *id eſt vanum & vacuum. Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, quaſi diceret: Mundus eſt vanitas continens vanitatum. Et iterum ſecundò dicit: Vanitas vanitatum, id eſt vanitas aggregata ex vanitatibus, & omnia vanitas, id eſt vana, vt ſiat emphatica locutio, quaſi diceret, non ſolùm ſunt vanitas, imò vana. Cum, inquam, eſſem Romæ, & ita Bleſillam informarem. Memini me fuiſſe rogatum ab ea, vt differerem. id eſt diſertè exponerem.* Eccle. 1.a

k Obſcura quæque. *id eſt omnes huius libri obſcuritates.*

## *Incipit prologus ſancti Hieronymi in librum Eccleſiaſt.*

MEmini me hoc fermè a b quinquennio, cùm adhuc Romæ c eſſem, & Eccleſiaſtẽ ſan d ctæ Bleſillæ legerem, vt eam ad con e f temptũ huius mundi prouocarẽ, & omne quod in mundo cerneret, pu g h taret eſſe pro nihilo: rogatũ ab ea, i vt in morẽ commentarioli obſcu- k ra quæq; differerem, vt abſque me, l m poſſet intelligere quæ legebat. Ita- n que quoniam in procinctu noſtri o operis ſubita morte ſubtracta eſt, p & non meruimus ò Paula & Euſto q r chium, talem vitæ noſtræ habere s cõſortẽ, tanto vulnere tunc percuſ- t u ſus obmutui: & nunc in Bethle- x hem poſitus, anguſtiore videlicet y z ciuitate, & illius memorię & vobis a b

i In morem commentarioli. *id eſt in modum vnius parui commenti, & facilis expoſitionis. In prologo præcedenti circa principium inuenies quid ſit commentum, & vnde dicatur. Dico quòd ita rogauit me, vt facerem aliquam explanationem.*

l Vt abſque me. *i. me abſente.*

m Poſſet intelligere quod legebat. *In hoc libro. Hic intelligendum eſt, quòd ad preces eius inceperat transferre librum, & cum videret eius difficultates, petebat commentarium. Quòd autem tunc inchoaſſet transferre, patet per literam ſequentem qua dicitur:*

n Itaque quoniam in procinctu. *id eſt in principio ante conſummationẽ noſtri operis.*

p Subita. *i. inopinata & nimis feſtinata.*

q Morte ſubtracta eſt. *id eſt præuenta. Vel quia non meruimus. id eſt non fuimus digni ego, & vos.*

r O Paula, & Euſto. ta. *i. tam ſanctam.* D

s Vitæ noſtræ habere conſortem. *Vt ſcilicet nobiſcum viueret in Bethlehem. Iſta Paula quædam fuit matrona duas habens filias. Sanctis autem epiſcopis Romam conuenientibus quodam tempore Epiphanius tranſmarinus in domo eius hoſpitatus eſt, qui religionem, & priuilegia ſanctæ terræ commendauit, & quomodo ibi Chriſtus moratus eſt, prædicauit, & quomodo Apoſtoli ibi fuerunt, & multa talia dixit coram Paula, & filiabus eius: vnde Paula alteram filiarum ſuarum tradidit nuptui, reliquam ſcilicet Euſtochium virginem ſecum duxit Ieruſalem, & de proprijs ſumptibus Paula conſtruxit in Bethlehem cęnobium monialium, vbi ipſa cum filia ſua Euſtochio ſub regula vixit. Ad quarum rogatum Hieronymus multa ſcripſit, & hoc opus quod Romæ ad petitionem Bleſillæ inceperat, ad earum preces in Bethlehem conſummauit.* Epiphanius.

t Tanto vul. *ſ. ex morte Bleſillæ, quæ cor meum vulnerauerat.*

u Tunc percuſſus obmutui. *id eſt quaſi mutus opere non reſpondi. Vel melius, præ dolore obmuteſcens, ab opere ceſſaui. ſic legitur communiter. Quidam tamen calumniantur hanc lecturam, adhærentes Iſidoro, qui ait in quinto Ethymol. Procinctus dicitur expeditus & armatus, vnde & in procinctu cum belli cauſa arma ſumuntur. Ex his verbis Iſidori patet, quod procinctus idem ſit quod præparatio, & propriè quando homines ſe cingunt pro bello faciendo. Vnde dicunt quòd non incepit Romæ opus ſuum, ſed ſe tantùm diſpoſuit ad incipiendum. vnde in procinctu, id eſt in præparatione.* Iſid. 5. Ethymolog.

o Noſtri operis ſubita morte. *Et ideo præ dolore.*

x Obmutui. *i. amplius in opere non proceſſi. propter hæc ſuprà in diuiſione geminauit verba, vt ceſſaret iſta calumnia.*

y Anguſtiore uidelicet ciuitate. *quam Roma.*

z Et illius. *id eſt Bleſillæ.*

a Memoriæ. *i. vt illius memoria perpetua habeatur.*

b Et uobis. *id eſt ad honorem veſtrum. Reddo quod debeo. ſ. conſummationem operis inchoati, ſic exponitur ſecundum primam literam. Iuxta ſecundam ſic expone: Et illius memoriæ. i. propter memoriam affectus, quem habuit erga me. Vel, Illius memoriæ. i. vt memoria illius in benedictione ſit, qui enim recordabitur, quod propter amorem illius editus ſit iſte liber, benedicet animæ ipſius. Vel, illius memoriæ perpetuandæ. Et vobis, inſtantibus.*

a Reddo

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ a Reddo quod debeo. *i.tanquam debitor obnoxius veſtris beneficijs iſtum librum transfero.*
b Admonens. *i.admonendum inſinuans.*
c Quod nullius. *Interpretis autoritatem ſum ſecutus in opere iſto.*
d Sed de Hebræo. *Immediatè transferens in Latinum.*
g Coaptaui. *i.conformaui.*
f Conſuetudini me. *i.conſuetæ, & vſitatæ tranſlationi LXX. interpretum.*
e Maximè. *quàm editioni aliorum. Quidam libri habent, Magis, ſicut iam expoſitum eſt. Alij habent Maximè. i. præcipuè inter omnes interpretes. Cætera non mutantur: non tamen me eis omnibus coaptaui, ſed in his duntaxat. i. tantummodo.*
h Quæ non mul. ab Hebrai. lit. diſ. *id eſt diſcordabant.*
i Inter. ēt. *i. aliquando, quo. ſ. bene dicebāt, recordatus ſum ad imitandum.*
k Aquilæ. *i.tranſlationis Aquilæ, & ceterorum qui ſequuntur, de quibus ſatis inuenies ſuprà in ſecundo prologo ſuper Iob circa principium.*
l Vt nec no. ni. le. ſtu. de. *ſ. ſi omnino ab alijs interpretibus diſcreparem.*
m Nec rur. contra con. me. fon. ue. *id eſt omiſſa Hebraica veritate, quæ dicitˀ fons, quia eſt originalis ueritas & à qua emanat veritas omnium editionum.*
n Opinionum riuulos conſectaret. *Quod facerem, ſi omnino cum alijs concordarem, & ideo nullius interpretis autoritatem ſecutus ſum, ſed immediatè de Hebræo tranſtuli in Latinum.*

reddo quod debeo: hoc breuiter admonés, quòd nullius autoritatem ſecutus ſum, ſed de Hebræo transferens, † maximè Septuaginta interpretum cõſuetudini me coaptaui, in his duntaxat quæ non multùm ab Hebraicis diſcrepabant. Interdum Aquilæ quoque & Symmachi & Theodotionis recordatus ſum, vt nec nouitate nimia lectoris ſtudium deterrerem, nec rurſum contra conſcientiam meam fonte veritatis omiſſo, opinionum riuulos conſectarer.

† magis

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. I.

Verba Eccleſiæ. *Hier.* Tribus nominibus uocatus eſt Salomon, i. pacificus, & idida. i. dilectus domini: quia in regno eius pax, & dominus dilexit eum, & קהלת Coheleth. i. ἐκκλησιαστής Græcè, qui cœtum. i. eccleſiam congregat, id eſt cõcionator: cuius ſermo nõ eſt ad vnũ ſed ad uniuerſos. Iuxta tria uocabula, tria volumina compoſuit: prouerbia, paruulos docens. Vnde crebrò quaſi ad filiũ loquitur: Eccleſiaſten, ad maturos, omnia eſſe breuia & caduca oſtendens, quę cernimus. Canticum canticorum, vbi conſummatam ſponſam ſponſi iungit amplexibus. Niſi. n. vitia reliquerimus, & mortali pompæ renũtiantes nos ad aduẽtum Chriſti præparauerimus, non verè dicemus: Oſculetur me oſculo oris. Propè hoc ordine Philoſophi docẽt, primò Ethicen, inde Phyſicen, & quem in his profeciſſe vident, ad Theologiam vſque perducunt. Notandum quoq;, ꝙ in his diuerſus eſt titulus. In Prouerbijs. Prouerbia Salomonis filij Dauid regis Iſrael. In Eccleſiaſte, Verba Eccleſiaſtis filij Dauid regis Ieruſalem. In quibuſdam codicibus tam Græcis ꝙ Latinis inuenitur additum Iſrael, ſed malè. In Cantico canticorum nec filius Dauid, nec rex Iſrael ſiue Ieruſalem, ſed tantum Canticum canticorũ Salomonis. Sicut. n. ꝓuerbia quaſi rudis inſtitutio ad 12. tribus & ad totũ pertinent Iſrael, & quõ contemptus mundi non niſi metropolitis cõuenit. i. habitatoribus Ieruſalẽ: ita Canticum canticorum ad eos propriè qui tantùm ſuperna deſiderant. Ad incipientes & proficientes & paterna dignitas, & regni proprij autoritas: ad perfectos verò qui non timẽt, ſed amant, ſolùm nomen ſufficit, & æqualis magiſter eſt, & neſcit ſe eſſe regem. Grego. Quomodo hic liber ſit legẽdus, & exponẽdus, ſic dicit: Eccleſiaſtes autem propriè dicitur, concionator. In concione verò ſententia proponitur, per quam tumultuoſæ turbæ ſeditio comprimatur, & cũ multi diuerſa ſentiunt, per concionantis rationem ad vnam ſententiam perducuntur. Hic igitur liber ideo concionaror dicitur, quia in eo Salomon tumultuãtis turbæ ſenſum ſuſcipit, vt ea per inquiſitionem dicat, quæ fortaſſe per tentationem imperita mens ſentiat. Nã quot ſententias per inquiſitionem mouet, tot perſonas in ſe ſuſcipit: ſed concionator verax velut extenſa manu omnium tomultum ſedat, & ad vnam reuocat ſnĩam, cũ in fine ait: Finem loquendi pariter oẽs audiamus. Deũ time, & mandata eius obſerua: hoc eſt oĩs homo. In hoc autem qđ dicit: finem loquendi pariter omnes audiamus: innuit quia ſolus locutus non eſt. Sunt ergo alia in hoc libro quæ per inquiſitionem mouentur, alia quæ per rationem ſatisfaciunt, alia quæ ex tentandi animo profert, & mũdo adhuc deditis, alia in quibus ea quæ rationis ſunt differat, atque animum à delectatione compeſcat. Nanq; ait: Hoc itaq; mihi viſum eſt bonũ, vt comedat quis & bibat &c. Et poſt. Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. Illud ex infirmi perſona, hoc ex ratione. Similiter ẽt diuerſas cogitationum tẽtationes exponẽs ait: Vnus interitus hoĩs eſt & iumentorũ, &c. Quid hẽt amplius ſapiẽs ſtulto, niſi vt pergat illuc vbi eſt vita? Has autem pſonas diligẽter lector inſpiciat, ne in Epicuri dogma incurrat. Albinus. Tradũt Hebræi hũc librũ Salomonis eſſe agentis pniam, qa ſapiẽtia diuitijsq; cõfiſus p mulieres Deũ offendit. Secum. n. oĩa vana reputauit eſſe, & ad miſeriam deuenire eos qui in eis ſpem ponunt. Allegoricè. Pacificus & dilectus Dei patris filius, & Eccleſiaſtes noſter Chriſtus eſt, q inimicitias in carne vacuans, vtraq; fecit vnũ, dicens: Pacẽ meam do vobis, &c. De quo: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui, ipſum audite. Qui eſt caput eccleſiæ, non ad ſynagogã, ſed ad multitudinem gentiũ loquẽs: Rex Ieruſalem ſpiritualis, filius Dauid, de quo: Miſerere noſtri dñe fili Dauid. Et Oſanna filio Dauid. Verbũ quoque Dei nõ fuit ad eũ, ſicut ad Ieremiam & ad cæteros prophetas. Ipſe eſt etenim verbũ & ſapientia: ipſe. n. diues & pauper, ipſe rex gloriæ potens, ipſe verba loquitur ad eccleſiæ viros, ſcilicet ad Apoſtolos. vnde: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.
b *Vanitas vanitatum.* Hiero. Pro vanitas vanitatum ſecundũ quoſdam interpretes poſſumus dicere: Vaporem fumi, & aurã tenuem, quæ citò ſoluuntur. Vnde vniuerſitas caduca oſtenditur. Quæ enim videntur temporalia ſunt: quæ autẽ non videntur, æterna. Siue quia creatura vanitati ſubiecta eſt, & ingemiſcit, & parturit, & præſtolatur reuelationem filiorum Dei, & nunc ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus, & tandiu omnia vana, donec veniat quod perfectum eſt. Antequàm ſuam ponat ſnĩam, quẽdam apparatum videtur & ornamentum facere, cũ dicit: Vanitas va. & o. va. Poſtea à maiori. i. ab homine incipit, oſtendens ipſum vanitati ſubiectum. i. mutabilitati. Et hoc eſt: Vanitas &c. Vanitas omnis homo viuens quantò magis cætera? Vnde: Vanitati ſubiecta eſt creatura, non volẽs, ſed prop. e. qui ſub. eã in ſpe. Quicquid enim non eſſe poteſt, vanitas dici põt, quia mutari poteſt. Solus Deus ſemp idem eſt quod eſt. Quod autem mutatur, quodammodo euaneſcit, & non eſt quod erat, ad comparationẽ creatoris, omnis creatura vanitas poteſt dici, & quaſi nihilum computari. Hier. Si cuncta quæ fecit Deus, valde bona, quomodo vanitas, & ẽt vanitas vanitatum? Vt ſicut in Cantico canticorũ inter omnia carmina excellẽs carmen oſtenditur, ita hic magnitudo vanitatis monſtretur. Similiter in pſalmo: Vniuerſa vanitas omnis homo viuẽs. Si viuens vanitas, ergo mortuus vanitas vanitatum. Sed poſſumus cęlum, terram &c. bona quidem per ſe dicere: ſed Deo comparata quaſi nihil eſſe, vt lucerna in ſolis comparatione, nec cernitur lucere, & ſtellarum lumina orto ſole obſcurantur: Ita aſpiciens elementa, & rerum multiplicem varietatem admiror quidem operum multitudinem, ſed recogitãs omnia tranſire, & ſuo fine ſeneſcere, ſolumq; Deum idem ſemper eſſe quod fuerit, cogor non ſemel ſed bis dicere: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.
a *Quid ha. am. ho.* Poſt generalem ſententiam ad varios labores hominum verba conuertit, qui fruſtra laborantes congregant diuitias perituras, ambiẽtes honorem ſibi, quibus ſubitò dr̃: Stulte hac nocte morieris, cuius erunt quæ congregaſti? maximè cùm ex omni labore nihil ſecum ferant, ſed nudi in terram redeunt, vnde ſumpti ſunt.
b *Generatio præ. & ge. aduc. Hierony.* Prima recedit generatio Iudæorum, & ſuccedit generatio de gentibus congregata. Terra autem tandiu ſtat, quandiu ſynagoga recedente eccleſia omnis introeat. Cùm enim prædicatum fuerit Euangelium in toto orbe, tunc erit finis: quo imminente cęlum & terra tranſibunt. Et ſignanter non ait, terra in ſeculis ſtat, ſed in ſeculo. Nos autem Deum laudamus non in vno ſeculo, ſed in ſeculis ſeculorum. Generatio præterit, & generatio aduenit: terra verò in ęternum ſtat. Quid vanius terra manet facta pro homine? homo terræ dominus in puluerem reducitur, ſtat autem terra in ſeculum, non in ſeculum ſeculi, quia cęlum & terra tranſibunt, & ecce noua facio omnia.
c *Oritur ſol.* Ipſe ſol qui ad lumen eſt, ortu & occaſu quotidie mundi interitum demonſtrat, qui per occultas vias oritur & occidit. Hoc autem ideo dicit vt doceat mutationibus tẽporum, ortu & occaſu ſyderum, humanã ętatẽ labi, dum neſciat homo. Hie. Sol iuſtitię Chriſtus & bonis oritur & malis occidit, & ortus nos trahit ad patrem. Ad hoc enim venit, vt nos de terris ad cęlum leuaret, & diceret: Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Nec mirũ filium trahere ad ſe credẽtes, cũ & pater ad eum trahat. Nemo enim venit ad patrem, niſi pater qui miſit me, traxerit eum. Sol iſte & Iacob de terra ſua egredienti occidit. Et item cùm de Syria terram promiſſionis intraret, ortus eſt ei. Loth quoque cum egreſſus de Sodomis, venit ad ciuitatem ad quam feſtinare ſibi fuerat imperatum, aſcendit in montem, & exiuit Sol ſuper Segor. Aliter: Sol quãdo per auſtrum currit, vicinior terræ eſt: qñ per aquilonem, ſublimior. Forſitan his qui hyemis & tribulationis frigore coarctãtur (ab Aquilone eñ exardeſcũt mala ſuper terrã) vicinior eſt ſol iſte iuſtitiæ. his verò q ſub Borea calore priuãtur eſtiuo, incedit procul, & per ſuos circulos vnde profectus eſt, reuertitur. Cùm. n. traxerit omnia ad ſe, & vniuerſos ſuis radijs illuſtrauerit, erit reſtitutio principalis, & fiet Deus omnia in omnibus. Symmachus hoc ita interpretatur: vadit ad Meridiem, & circumit ad Boreã, perambulans vadit ventus, & per quæ circumierat, reuertitur ventus. Allegoricè. Sol Chriſtus qui omnia viuificat, & illuminat ſpiritualis gratiæ ſplendore & virtute, qui oritur fideli, occidit infideli. Hieronymus. Vadit ad Auſtrũ, & gyrat ad Aquilonem, vel gyrans gyrando vadit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Hinc exiſtimare poſſumus in hyeme ſolem ad meridianã plagã currere, in ęſtate ad Septentrionem,

*Eccleſiaſtes, qui ab Hebræis* קהלת *Coheleth appellatur.*

### Caput I.

Verba [a ¶ Concionatoris.] † Eccleſiaſtis filij [a ¶ Paterna dignitas. b ¶ Propria autoritas.] Dauid regis Ieruſalem. [¶ Male opinantur quidam nos his verbis ad voluptatem luxuriam q prouocari, cum potius omnia quæ cernimus, vana eſſe conuincantur.] † Vanitas vanitatum dixit Eccleſiaſtes: Vanitas vanitatum, [a ¶ Et his, b ¶ Vanitas quia.] & omnia vanitas. † Quid habet † amplius homo de vniuerſo labore [a ¶ Nihil. b ¶ Quia. ¶ Non vides quod videras.] ſuo, quo laborat ſub ſole? Generatio [a ¶ Morte. b ¶ Vides quod non videras.] præterit, & generatio aduenit: [a ¶ Malis.] terra † verò i ęternum ſtat. [a ¶ Generatio præterit, quod ipſe ſol mutatione ſua probat. ¶ Bonis. b ¶ Chriſtus. c ¶ Malis.] Oritur ſol & occidit, & ad locũ [a ¶ Hiero. Ducit ſe, vel ſecundum Aquilam, aſpirat. Symmachus & Theodotio, recurrit: quia ſcilicet ſol reuertitur ad locum ſuũ, & illuc vnde prius regreſſus fuerat aſpirat.] ſuum reuertitur, ibiq; renaſcens [¶ In hyeme.] gyrat per meridiem, & flectitur [¶ In æſtate.] ad aquilonem. Luſtrans vniuer-

*Venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra Poſtilla ſuper librum Eccleſiaſten incipit.*

## CAPVT PRIMVM.

Verba Eccleſiaſtis. *Sicut dictum fuit in principio libri Prouerbiorum, in tribus libris Salomonis traduntur tria ſapientiam excellẽtia magnificè, quæ ſunt ſecundum Empedoclem, mobilis affluentiæ contemptus, futuræ felicitatis appetitus, & mentis illuſtratio. Et iſtud tertium in ordine doctrinæ eſt primum: quia via eſt compendioſa ad aſſecutionem aliorum: ꝑꝑ quod traditur in primo libro qui dr̃ Parabolæ Salomonis, quo finito acceditur ad ſecundum in libro Eccleſiaſtes, in quo traditur mobilis affluentiæ contemptus. Circa quod ſciendum, quòd tempore Salomonis ſapientiæ ſtudiũ viguit in Ieruſalẽ: quia oẽs reges terræ, & potentes deſiderabant andire ſapientiã Salomonis. Et quia circa felicitatem hominis multi variè dixerant, & dicebãt. Nã aliqui ponebant eã in diuitijs, alij in delicijs, & alij in honoribus, & ſic de pluribus alijs bonis, quæ per laborem humanũ acquiri poſſunt in vita præſenti. ideo Salomon voluit hanc qõnem tractare in hoc libro, oſtendendo ꝙ in talibus bonis non conſiſtit felicitas hominis, ſed in Deo qui eſt bonum infinitum. Et diuiditur liber iſte in duas partes. ſ. in proœmium & tractatum, qui incipit ibi: Vanitas vanitatum dixit &c. Circa primũ notificatur autor huius libri miniſterialis tñ: quia Deus eſt autor principalis, & primò quantùm ad eius ſapientiam, cùm dicitur:*
a Verba Eccleſiaſtis. *i. Salomonis, qui Eccleſiaſtes dicitur, i. concionator, quia per ſapientiam ſibi datam erat aptus ad concionandum & perſuadendum alijs veritatem. Secundò quantùm ad genus, cùm dicitur:*
b Filij Da. *Qui fuit ſanctiſſimus. Tertiò quantũ ad dignitatẽ, cùm dr̃:*
c Regis Ieru. *Ita quòd li regis, refertur ad Dauid & ad Salomonem. vterque. n. regnauit in Ieruſalem. Et licet regnum ipſorum ad alia loca, & ad alias ciuitates ſe extenderet: exprimitur tamen ſpecialiter Ieruſalem, quia erat metropolis in regno, & electa ad Dei cultum.*
d Vanitas vanitatum dixit Eccl. *Hic incipit tractatus, & diuiditur in duas partes, quia primò Salomon errores aliorum excludit. Secundò propoſitum concludit cap. 7. Prima adhuc in duas, quia primò proponit intentum in generali. Secundò proſequitur in ſpeciali, ibi: Generatio. Propoſitum autem ſuum eſt, excludere à vera felicitate illa in quibus ab alijs ponebatur. ſ. diuitias & honores & conſimilia, quæ*



## NICOLAVS DE LYRA.

*habentur in præſenti vita, & hoc eſt quod dicitur: Vanitas vanitatum. Id eſt vanitas maxima, ſicut charitas dicitur virtus virtutum, quia eſt maxima inter virtutes, & roſa flos florum, quia pulchrior inter alios flores.*
a Eccleſiaſtes. *i. Salomon, qui dicitur Eccleſiaſtes. i. concionator, quia pertractando opiniones aliorum de felicitate, arguit ad diuerſas partes, vt videbitur proſequendo, & poſt determinat veritatem.*
b Vanitas vani. *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem aſſertionem.*
c Et omnia. *In quibus ab alijs ponitur felicitas.*
d Vanitas. *i. ſunt valde vana, eo modo loquendi quo dicitur valde liberalis ipſa liberalitas: propter quod in talibus non eſt ponenda felicitas, de cuius ratione eſt firmitas, & ſtabilitas, cùm ſit vltimum hominis bonum. Et ad probationem ſui dicti in generali ſubdit:*
e Quid habet amplius homo. de vni. *i. in vita præſenti. q. d. quilibet poteſt experiri, ꝙ non aſſequitur ex laboribus ſuis, niſi bonum inſtabile & amiſſibile, ſaltem per mortem, quam non poteſt euadere.*
f Generatio præte. & gene. adue. *Hic proſequitur in ſpeciali ad excludendum bona vitæ præſentis à vera felicitate. Et diuiditur in decem partes, ſecundum numerum eorum quæ excludit. Partes patebunt proſequendo. Primum autem quod intendit excludere, eſt ſcientia humanitus acquiſita, quæ inter alia videtur maius bonum. Vnde, & multi philoſophi poſuerunt in ea beatitudinem hominis, dicentes eum tunc eſſe felicem, quando in eius mente deſcribitur totus orbis per ſcientiam perfectam. Hoc autem excludit in hoc capite primo: quia ipſo excluſo alia in quodam generali ſunt excluſa, cùm ſint bona minora. In hoc autem ſic procedit, quia propoſitum oſtendit primò in ſcientia ſpeculatiua, ſecundò in practica, ibi: Vidi cuncta. tertiò infertur concluſio intenta, ibi: Locutus ſum. Prima in duas, quia oſtendit propoſitum primò per rationem. ſecundò per experientiam, ibi: Ego Eccleſiaſtes. Prima in tres ſecundum tres rationes, ſecunda ibi: Non ſaturatur. tertia ibi: Quid eſt quod fuit. In prima parte facit talem rationem: Illa ſcientia quæ eſt valde imperfecta non poteſt dici felicitas hominis: quia de ratione felicitatis eſt quòd ſit bonum perfectum, & illud quod modicum eſt, quaſi nihil computatur, ſecũdo Phyſicorum, Sed ſcientia acquiſita quæcunq; modica eſt & imperfecta, ergo &c. Circa iſtam rationem ſic procedit, quia primò declarat vnde imperfectio, & modicitas ſcientiæ acquiſitæ procedit. Secundò propoſitum concludit, ibi: Cunctæ res difficiles. Circa primum ſciendum, quòd omnis ſcientia humanitus acquiſita originem habet ex cognitione ſenſibilium, ſenſibilia verò ſunt in continua tranſmutatione, ſaltem quantùm ad plures ſui proprietates: propter quod aliqui philoſophi dixerunt, quòd non poteſt de eis aliqua veritas affirmari quarto Metaphiſicorum. Et licet eorum dictum non ſit verum, tamen ex tali dicto eorum qui fuerunt maximè inquiſitores veritatis, ut dicit Philoſophus ibidem, apparet difficultas reperiendi aliquam veritatem per inquiſitionem humanam. Ex quo ſequitur, quòd talis cognitio veritatis modica eſt & imperfecta. Primò igitur Salomon oſtendit mutabilitatem in corporibus miſtis di. Generatio præterit & generatio aduenit. ſcilicet alia numero, quia quæ corrumpuntur, non redeunt eadem numero, ſecundo de Generatione, & iſta variatio generabilium & corruptibilium apparet ad ſenſum in omnibus corporibus miſtis.*
g Terra uerò in æternum ſtat. *Immobilis à parte poſt, & non à parte antè, quia per creationem incepit eſſe. Et hæc immutabilitas intelligitur quantùm ad partes eius inferiores prope centrum exiſtentes: partes autem ſuperiores alterantur & tranſmutantur: & quia talis alteratio & tranſmutatio in elementis, & miſtis cauſatur ex motu orbis, & potiſſimè ex motu ſolis in obliquo circulo, ideo ſubditur:*
h Oritur ſol & occidit. *Vt apparet ad ſenſum.*
i Et ad locum ſuum reuertitur. *i. ad ortum ſiue ad orientem.*
k Ibique renaſcens. *Non quia ſit alius & alius ſol in numero, ſed idem in puncto orientis apparens de nouo.*
l Gyrat per meridiem. *In motu enim ab oriente in occidentem declinat verſus populum antarticum ſiue meridionalem.*
m Et flectitur ad aquilonem. *In motu enim ſuo ab occidente in orientem flectitur ad populum arcticum ſeu aquilonarem.*
n Luſtrans uniuerſa in circuitu per ſpiritus. *id eſt ſol qui dicitur ſpiritus, non quòd habeat animam. Corpora enim cęleſtia inanimata ſunt ſecundum Damaſcenum. Sed quia influentia eius cauſat vitam in iſtis*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

A trionem, & inde per equinoctium, autumnũ habere principium. Sed primum ſpiritum Fauonio tepente, quoniam in vere omnia in fętum prorumpunt. Quòd autem ait, gy. va. ſpi. & in cir. ſuos re. vel ipſum ſolem ſpiritũ nominauit, ꝙ animal ſit & ſpiret & vigeat & annuos orbes curſu ſuo expleat, vt ait Poeta: Interea magnũ ſol circumuoluitur annum: vel quòd etiam lunæ lucentemq; globum, & aſtra Tytanea Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus Mens agitat molem &c. Non de annuo ſolis curſu, ſed de quotidianis eius ſemitis loquitur. Obliqua enim & fracta linea per Auſtrum pergit ad Boreã, & ita ad orientem reuertitur.

*Vir. 3. æneid.* *Vir. 6. æneid.*

a *In circumitu pergit.* Ipſum ſolem ſpiritum vocat, qui animat & inſpirat & viuificat omnia, ſicut in vere quod mundi principium putatur, ſingulis annis videmus. Obliquè. n. per zodiacum currit ſol. Vnde in hyeme ad auſtrum vergit, in ęſtate ad boream, ne ſi ſemper eodem modo procederet, alia calor, alia frigus conſumeret.

*Vel quomodo curris.*

b *Omnia flumi.* Dicunt philoſophi aquas dulces quæ mari influunt, vel ardente ſole conſumi, vel ſalſuginis maris eſſe pabula. Sed eccleſiaſtes noſter: Conditor aquarum dicit eas per occultas terræ venas ad capita fontium regredi, & de matrice abyſſo in ſua ſemper ebullire principia. Poſſumus per flumina, & mare, humanum genus accipere, quod in terram vnde ſumptum eſt redit, ſecundum illud: Terra es, & in terram ibis. Nec terra impletur multitudine mortuorum. Et Hieron. dicit torrentes non flumina, eò ꝙ citò tranſeant. *Hiero.* Omnes torrentes &c. Rectè turbidæ aquæ in mare vnde ſubſiterant, reuertuntur. Et (ni fallor) torrens ſine additamento nuſquã reperitur in bono. Nam torrente voluptatis tuæ potabis eos. Cùm additamento ſaluator ad torrentem Cedron traditur, & Elias ad torrentẽ Charit latitat, qui & ipſe ſiccatur: Non adimpletur mare inſatiabile, quomodo in prouerbijs filiæ ſanguiſugæ.

*De præni. dist. 4. cum dominus ſecit Deus. † futurum.* *Gen. 3. d* *Pſ. 35. b* *Ioh. 18. a* *4. Reg. 17. a* *Prou. 30. c*

B

c *Cunctæ res dif.* Non poteſt homo cauſas & naturas rerum explicare, nec oculus ad plenum intueri, nec auris inſtruente doctore ad ſummam ſciẽtiam peruenire. Videmus enim nunc per ſpeculum in enigmate, & ex parte, donec veniat quod perfectum eſt, quod in hoc mortali corpore eſſe non poterit. Hæc ſententia contra eos eſt, qui ſine labore & dicendi ſtudio ſanctas ſcripturas ſe nouiſſe putant, & ſe ſapientes, cùm inſipientes ſint. C

*1. Cor. 13. d*

a ſa in circumitu pergit ſpiritus, & in a
(a ¶ Per zodiacum.)
b circulos ſuos reuertitur. Omnia flu b
mina intrant in mare, & mare non c
redũdat. Ad locum vnde exeunt flu d
mina, reuertuntur, vt iterum fluant.
(a ¶ Non ſolum phyſicæ ſed & ethicæ. ¶ Rerum cauſæ & naturæ.)
c Cunctæ res difficiles: non poteſt ho e f
(a ¶ Alijs. ¶ Plenè. b ¶ Quia videmus per ſpeculum in ænigmate.)
mo eas explicare ſermone. † Non g
(¶ Vt plenè videns.)
ſaturatur oculus viſu, nec auris au-
(a ¶ Alio docente. b ¶ Vt homo mortuus.)
d ditu impletur. † Quid eſt qđ fuit? h
(a ¶ In natura. ¶ Homo naſciturus.)
e Ipſum quod futurum eſt. Quid eſt i k
quod † factũ eſt? Ipſum quod † faciẽ-
(a ¶ Quod non ante fuerit.)
f dũ eſt. Nihil ſub ſole nouũ, nec va- l
let qĉquã dicere: Ecce hoc recẽs eſt.

d *Quid eſt quod. Hier.* De his vr̃ dicere, ꝙ ſuprà enumerauit. ſ. de mole terrarũ, ortu ſolis, & occaſu, curſu fluminũ, magnitudine oceani, omnibusq; quę aut cogitatione aut viſu aut auribus diſcimus, ꝙ nihil ſit in natura nouũ. Ab initio. n. & homines nati & mortui ſunt, & terra ſup aquas librata, & ſol ortus occubuit, & auibus volare, & natare piſcibus, cæteris propria à Deo artificè conceſſa ſunt. Huic ſimile Comicus ait: Nihil eſt dictũ, qđ non ſit dictũ prius. Hoc cũ exponeret Donatus: Pereãt, inqt, qui ante noſtra dixerunt. Si ita in ſermonibus, quãtò magis in adminiſtratione mundi, quæ ab initio ſeculi ſic perfecta eſt, vt requieſceret Deus ab omnibus operibus ſuis die ſeptima.

*Terent.*

e *Quid eſt quod &c.* De naturis in principio mũdi creatis, & de ſucceſſione earum, quomodo veniunt & tranſeunt, ut homo moritur, homo naſcitur, eadem natura eſt naſcentis quæ fuit morientis. Sic de auibus, piſcibus, ſerpentibus, & omnibus aĩantibus: ſic de herbis, arboribus & alijs naturis nihil nouum inuenitur qđ antea non fuerit nihil præteritum, qđ poſt non fiat: Vnde: Requieuit Deus die ſeptimo ab omni opere ſuo, à nouarum creatione naturarum, non à gubernatione, ſecundum illud: Pater meus vſque modò operatur, & ego operor. Sic ex primordialibus rerum ſeminibus totius ſeculi tempus naturali curſu peragitur.

*† ſiet.* *Gen. 2.* *Ioh. 5. c*

f *Nec valet &c.* Hiero. Eſt ne uerbum de quo dicatur: Vide hoc nouum eſt. Iam. n. fuit in ſeculis quæ fuerunt ante nos. Apertius Symmachus: Putasnè eſt qui poſſit dicere. Vide hoc nouũ eſt? Iam. n. factum eſt in ſeculo, qđ fuit ante nos. Nec valet quicquam dicere Quaſi dicat: Verè nihil nouũ, quia non poteſt dici: Ecce hoc nouum. Ita. n. præceſſit &c. Nec putemus ſigna atque prodigia, & multa quæ arbitrio Dei noua in mundo fiunt, in prioribus ſeculis iam fuiſſe, & locũ inuenire Epicurũ, qui affirmat p innumerabiles periodos eadem his in locis & per eoſdem fieri. Alioquin, & Iudas crebrò prodidit, & Chriſtus paſſus eſt ſæpè pro nobis, &c. quæ facta ſunt, & futura in eoſdem ſimiliter periodos reuoluentur. Sed dicendum eſt quod præſcientia, & prædeſtinatione Dei iam ea facta ſunt quæ futura ſunt. D

a *Iam*

## NICOLAVS DE LYRA.

*iſtis inferioribus ſicut cauſa vniuerſalis. Homo enim generat hominem & ſol, vt dicit Philoſophus. 2. Phyſ.*

*Ariſt. 2. Phiſ. tex. com. 26.*

a Et in circulos ſuos reuertitur. *Quod dupliciter exponitur. Vno modo, quia omni die mutatur eius circulatio appropinquando magis ad tropicum æſtiualem vel ad tropicum hyemalem. Alio modo quia ſecũdum aſtronomos ſol plures habet circulos. ſ. æquantem, deferentem, & epiciclum. Iſta tamen determinatè dicere magis pertinet ad aliam ſcientiã. Conſequenter oſtendit mutabilitatem circa elementum aquæ di.*

b Omnia flu. intrant in mare. *Quia etſi aliqua flumina aliquando abſorbeantur à terra, alibi tamen exeunt & vſque ad mare currunt.*

c Et mare non redundat. *Exeundo propter hoc ripas ſuas: Cuius cauſa ſubditur, cùm dicitur:*

d Ad locum vnde exeunt flu. reuer. *ſ. de mari: Quæ quidem reuerſio dupliciter intelligitur. Vno modo, quia per vias ſubterraneas de mari fluunt aquæ ad loca remota, & motu naturali poſſunt tantùm aſcendere, quanta eſt altitudo ſuperficiei maris, & adhuc plus: quia tranſeundo ſic per terram efficiuntur dulces per talem collationem, & per conſequẽs leuiores quàm aquæ maris ſalſæ, & ſic erumpunt in fontes & flumina in loco altiori quàm ſit ſuperficies maris, & ſic naturali motu iterum fluunt ad mare. Alio modo, quia per influentiam ſolis & ſtellarum eleuantur vapores humidi à mari, & condenſantur in nubes, quæ per ventos deferuntur longè ſuper aridam, & tandem reſoluuntur in pluuias, ex quibus augmentantur flumina ad mare currentia.*

*Prou. 17. Eccl. 4. b*

e Cunctæ res. *Hic concludit propoſitum, ex quo enim cognitio humanitus acquiſita ex ſenſibilibus habet ortum, ex quibus cum difficultate inuenitur veritas, bene concludit dicens: Cunctæ res difficiles ad intelligendum. Et quia dicit Beatus Hiero. in prologo ſuper pentateuchum: Quod melius nouimus, melius & proferimus & per oppoſitum, quod minus bene intelligimus, minus bene proferimus, ideo ſequitur:*

*Hierony. in prologo ſuper Pentateuchum.*

f Non poteſt eas homo expli. ſer. *Quia non poteſt eas ad plenum intelligere, ſed tantum valde imperfectè, vt patet de folio vel fructu arboris, de quibus nullus quantumcunq; ſtuduerit põt ad plenũ veritatem dicere: vtpote quare eſt tantæ quantitatis præciſè, vel talis figuræ, saporis aut virtutis. Vnde quòd talis herba vel fructus ſanet talem infirmitatem: dicitur ſaltem in pluribus quòd hoc habet à tota ſpecie, id eſt ab aliqua proprietate conſequente ſpeciem: quæ tamen non nominatur, eò quòd ignoratur.*

g Non ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu impletur. *Hic ponitur ſecunda ratio, quæ talis eſt: De ratione felicitatis humanæ eſt appetitum hominis totaliter quietare, aliter non haberet rationem vltimi finis, ſed ſcientia quæcunque acquiſita non terminat appetitum hominis, ſed magis excitat ad amplius ſciendum, vt patet per experimentum, ergo, &c. Minor huius rationis ponitur, cum dicitur: Non ſatiatur oculus viſu &c. Inter alios ſenſus, viſus maximè deſeruit in acquiſitione ſcientiæ per inueſtigationem. Auditus autem in acquiſitione ſcientiæ per doctrinam, & ideo per hoc intelligitur, ꝙ ſcientia vtroque modo acquiſita non terminat hominis appetitum, & non eſt alius modus acquirendi via humana, propter quod in tali ſcientia non eſt felicitas ponenda.*

h Quid eſt quod fuit. *Hic ponitur tertia ratio, quæ talis eſt. De ratione felicitatis eſt permanentia ſtabilis, vnde in primo Ethicorum dicit Philoſophus, quod felicitas non eſt ſicut myrmicoleonta, quod eſt animal variabile in diuerſos colores. Sed cognitio humanitus inuenta variabilis eſt: quia dicta maximorum philoſophorum & doctorum, quæ vno tempore tenentur pro firma autoritate, poſtea reprobantur, & iterum ſub alijs verbis vel eiſdem renouantur. Vnde & circa primum principium, ſcilicet: De quolibet affirmatio vel negatio, de nullo verò ſimul, diuerſis temporibus contraria ſenſerunt philoſophi, vt patet quartò Metaphiſicorum. ergo in tali notitia non eſt felicitas hominis ponenda. Huius rationis ponitur minor, quantùm ad eius virtutem ſatis diffusè, cùm dicitur: Quid eſt quod fuit. tam in rebus quàm in hominum opinionibus.*

*Ariſt. 1. Ethic.* *Idem 4. Metaphyſ.*

i Ipſum quod futurum eſt. *Licet tẽpore intermedio ceſſet, & datum ſit obliuioni. Et ad idem pertinet quod ſubditur:*

K Quid eſt quod factum eſt. *Eſt enim repetitio eiuſdem ſententię ad maiorem exaggerationem.*

l Nihil ſub ſole nouum, nec valet quiſquam dicere. *Licet videatur hominibus modernis. Et ſubditur cauſa:*

a Iam



a *Iam enim præ. in.* Sicut præterita quæ olim fuerunt apud A nos, abſcõdit obliuio, ſic quæ nunc fiunt, qui naſcituri ſunt, ſcire non poterunt, ſilentio enim peribunt, & quaſi nõ fuerint, abſcondentur. Vanitas enim vanitatum & omnia vanitas, quia omnia more fluentis aquæ tranſeunt, & non redibunt. Cui ſententiæ totus mũdus acclamat, & maximè gen⁹ humanũ.

b *Non eſt prio me. Hier.* Seraphin propterea faciem Dei & pedes velant, qa prima & extrema cooperta ſunt. Iuxta, LXX. Non eſt memoria primis, & quidẽ nouiſſimis qui futuri ſunt. Non eſt memoria cum his qui futuri ſunt in nouiſſimo. Idem in Euangelio: Erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi, &c. Et quia Deus vt benignus & clemens, minorum quoque omnium recordatur, his qui nouiſſimi eſſe meruerunt, non tantam dabit gloriam quãtam his qui ſe humiliantes, nouiſſimi in mundo eſſe voluerunt. vnde poſt: Non eſt memoria ſapienti cum ſtulto in æternum.

*Eſa. 6.* *Mat. 20. b* *† ſunt ſub cęlo.*

c *Et propo. &c. vſque dedit de. fi.* Cui ſimile eſt: Propter quod tradidit Deus eos in reprobum ſenſum. i. permiſit tradi. Propoſuit ergo Eccleſiaſtes primò omnium cor ſuum ad ſapiẽtiam requirendam, volens vltra licitũ cauſas rationesq; cognoſcere. Cur paruuli corripiantur à dęmone? Cur pij & impij pari naufragio demergãtur, an hæc & huiuſmodi caſu, an Dei iudicio veniant? Si iudicio, vbi iuſtitia? Si non iudicio, vbi prouidentia? Hęc, inquit, noſſe deſiderans, intellexi ſuperfluam curam per diuerſa cruciantem, à Deo hominibus datam, vt cupiant ſcire quod licitum non eſt, & hoc propter ſuam curioſitatẽ, quam ſponte incurrerunt. Huculque generaliter de vanitatibus ſeculi: hinc ad ſeipſum redit, & quis eſſet oſtendit, quõ omnia cognouerit, & docuerit. vnde: Et propoſui in animo meo &c.

*Rom. 1. d* *†Corruptum non poteſt corrigi, & defectus non poteſt numerari.*

B

d *Hanc occu. peſ. Hiero.* Verbum Amã. Aquila. LXX. Theodotio *περισπασμόν* qđ Latinè diſtenſio: eò ꝙ in varias ſolicitudines mens hominis diſtenta lanietur. Symmachus verò, *ἀσχολίαν*. i. occupationem tranſtulit. Itaque ſiue diſtenſionem ſiue occupationem, ſiue quid hmõi dixerimus, ad ſuperiorem ſenſum cuncta referuntur. Hanc occupationem peſſimam &c. Pulchrè cauſa præmiſſa data eſt à Deo occupatio, ſicut illud: Propter quod tradidit eos Deus in paſſiones ignominiæ. Et item: Propter quod tradidit Deus eos in reprobum ſenſum. C

*Rom. 1. c* *Ibidem. d*

a Iam enim † præceſſit in ſeculis, quæ a
(a ¶ Apud nos.)
b fuerũt ante nos. Non eſt priorũ memoria: ſed nec eorũ quidẽ quę poſtea
futura ſũt, erit recordatio apud eos
qui futuri ſunt in nouiſſimo. Ego b
(a ¶ Alias non habet Iſrael.)
Eccleſiaſtes fui rex * Iſrael in Ieruſa- c
(¶ Sponte. a ¶ Varia curioſitate.)
c lẽ, & propoſui in animo meo quæ- d
(a ¶ Cauſas omnium.)
rere & inueſtigare ſapiẽter de omni
d bus quæ † fiunt † ſub ſole. Hanc † oc- e
(¶ Permiſit.)
cupationem peſſimam dedit Deus
(¶ Carnalium. ¶ Ne proficerent. ¶ Quanto plus inquiritur, tanto plus dubitatur.)
filijs hominũ, vt occuparẽtur in ea.
e Vidi quæ fiunt cũcta ſub ſole, & ec f g
(a ¶ Dum diuerſis cogitationibus rapitur.)
ce vniuerſa vanitas & afflictio ſpiri-
(a ¶ A recto deprauati. b ¶ Peccator cum in profundum venerit vitiorum contemnit.)
f tus. † Peruerſi difficilè corriguntur: h
(a ¶ Non ſunt digni numero, vt ſancti de quibus dicitur, Dinumerabo eos & ſuper arenam &c.)
& ſtultorum iñfinitus eſt numerus. i
Locutus ſum in corde meo, dicens: k
Ecce, magnus effectus ſum, & præ- l
(a ¶ Rege in Ieruſalem: Non Abraham, non Moyſen & cæteros, ſed qui f. e. ante me in Ieruſalem. b ¶ Quam petij à domino præ cæteris.)
ceſſi omnes ſapientia qui fuerunt
ante me in Ieruſalem: & † mẽs mea m
contemplata eſt multa ſapienter, & n
(¶ Non ait locutus ſum: quia multa ſcimus quæ eloqui non poſſumus.)
didici: dediq; cor meũ, vt ſcirẽ † pru o
g dentiam atq; doctrinam, erroreſq; p q

e *Vidi &c.* Conſideraui omnia mundana, & vidi vanitatẽ & malitiam eſſe. i. miſerias ſpiritus, quibus animus diuerſis fatigatus cogitationibus laborat cognoſcere, quod homini non conceditur. *Hiero.* Verbũ Routh, Aquila, & Theodotio, Nomẽ, Symmachus, Bocheſim LXX. Syrum expreſſere, nõ Hebræum dicentes Prolyreſim. Nomen & Bocheſis a paſſione vocabulum eſt, & Prolyreſis melius voluptatem quàm præſumptionem ſonat. Dicitur autẽ quòd agat vnuſquiſque quod velit, & ſibi rectũ eſſe videatur: atque in diuerſa libero homines ferantur arbitrio, & vana ſint vniuerſa ſub ſole, dum inuicem nobis in malorum & bonorum finibus diſplicemus. Dicebat mihi Hebræus quidã, ꝙ Routh hoc loco magis afflictionem & malitiam ꝙ paſſionem & voluptatem ſignificaret: non à malo, boni contrario, ſed ſecũdum hoc, ſufficit diei malitia ſua. Quã Græci ſignificantius *κακοῦσιν* vocãt, & eſt ſenſus: Conſideraui vniuerſa quæ in mũdo fiunt, & nihil aliud deprehendi quàm vanitatem & malitias, id eſt miſerias ſpiritus: quibus anima diuerſis cogitationibus affligitur.

*• ſuper* *† afflictionem alſ.*

f *Peruerſi dif. cor. Hiero.* Peruerſus non poterit adornari, & imminutio non poterit numerari. Qui enim peruerſus eſt, niſi ante corrigatur, non põt adornari: recta ornantur, curua corriguntur: hoc contra hæreticos, q quaſdam naturas introducunt, quæ non recipiunt ſanitatem, & quia imminutio. i. quod deeſt non poteſt numerari, primogenita tantum Iſrael numerata ſunt: Fęminæ verò & ſerui & paruuli, & vulgus ex Aegypto nequaquàm plenitudo, ſed imminutio exercitus non numeratur. Poteſt & ſic intelligi. Tanta malitia eſt in mundo, vt ad integrum ſtatum nec redire valeat, in quo cõditus eſt. Aliter: Omnibus in integrum per pęnitentiam reſtitutis, ſolus diabolus in ſuo permanebit errore. Cuncta enim quæ ſub ſole ſunt, eius arbitrio & malignitate euerſa ſunt, dum eius inſtinctu peccata cumulantur. Denique tantus eſt numerus ſeductorum quos à grege domini rapuit, vt non poſſit comprehendi. D

*† cor meũ vidit multitudinem ſapiẽtię, & ſcientiæ.* *Num. 1. a* *† ſapientiã & ſciẽtiã, & inſaniã.*

g *Erroreſq; & ſtulti.* Prima ſapientia eſt ſtultitia caruiſſe, qua carere

## NICO. DE LYRA.

a Iam enim præ. in ſe, quæ fue. ante nos. *Vnde dicit Philoſophus. 2. Metheororum, quod opiniones & dicta ſapientium, quæ videntur de nouo inuenta, fuerunt in autoritate antè per longa tempora, ſed per incendia vel inundationes vel hominum mortes, libri eorum fuerunt corrupti, & dicta eorum obliuioni tradita: & ſic poſtea videntur de nouo inuenta, cùm tamen non ſit ita. Ex dictis patet ſequens litera:*

*Ariſt. 2. Metheor.*

b Ego Eccleſiaſtes fui rex Iſrael. *Hic conſequenter Salomon oſtendit propoſitum per experimentum: quia ſicut dictum eſt ſuprà, & hic iterum dicitur ipſe fuit ſapientior alijs ſui temporis, & etiam præcedentibus, quorum erat memoria: & tamen tanquam expertus dicit hic, quòd talis ſcientia habet annexam anxietatem animi & laborem. & per conſequens licet talis ſcientia ſit bona, non tamen eſt tantum bonum, quòd in ea felicitas hominis ſit ponenda, & hoc eſt quod dicit: Ego Eccleſiaſtes fui rex Iſrael. i. ſuper omnes tribus Iſrael, vt patet. 3. Reg.*

c In Ieruſalem. *Quæ eſt metropolis illius regni.*

d Et propoſui in animo &c. *Scientia acquiſita.*

e Hanc occupationem peſſimam &c. *In Hebræo habetur, malam. Licet enim ſcientia acquiſita ſit bona, & per conſequens occupatio ad eam conſequendam eſt bona per ſe, dicitur tamen mala per accidens, inquantum habet laborem & afflictionem ſtudij annexam, vel quia aliquando eſt impeditiua maioris boni. ſ. deuotionis & orationis.*

f Vidi cuncta quæ ſub ſole. *Hic oſtendit Salomon, quòd in ſcientia practica non eſt hominis felicitas. & facit talem rationem. Inter ſcientias practicas illa melior eſt, quæ ordinatur ad bonum regimen communitatis. ſ. politica: quãtò bonum commune melius eſt bono ſingularis perſonæ. Sed in hac non conſiſtit felicitas hominis: quia habet multam afflictionem & vanitatem annexam: ergo in nulla ſcientia alia practica conſiſtit felicitas hominis humana. Medium autem huius rationis cum ſua probatione ponit cùm dicit: Vidi cuncta quæ ſub ſole fiunt per ſcientiam practicam cuius finis eſt opus.*

g Et ecce vni. &cęt. *Dicitur autem aliquid vanum, quod non attingit finem intentum. Sicut medicina dicitur vana, quæ non inducit ſanitatem, & ſic frequenter contingit in ſcientia politica, cuius finis eſt ciues facere bonos & ſtudioſos. ideo ſubditur:*

h Peruerſi dif. cor. *Per ſcientiam politicam à cõmunitatis rectoribus.*

i Et ſtultorum infi. eſt nu. *i. valde excedens numerũ aliorum, & ſic politica quæ ordinatur ad hoc, ꝙ ciues fiant boni & ſtudioſi, habet effectum in paucioribus: & ſic habet afflictionem annexam in regentibus.*

K Locutus ſum in corde meo dicens. *Hic Salomon concludit concluſionem intentam. ſcilicet felicitatem hominis non conſiſtere in ſciẽtia ſpeculatiua ſeu practica, dicens. Locutus ſum in corde meo dicens. Ecce magnus effectus ſum, vt patet tertio Regum, quòd nullus ex regibus præcedentibus fuit ei ſimilis in potentia & diuitijs.* *3. Reg. 10. d*

l Et præceſſi omnes ſapientia qui fuerunt ante me in Ieruſalem. *Sicut dicitur tertio Regum. Et præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium orientalium, & Aegyptiorum, & erat ſapientior cunctis hominibus.* *3. Reg. 4. d*

m Et mens mea. *Quia diſſeruit de animalibus & plantis à cedro quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopum quæ egreditur de pariete.*

n Et didici. *Quia non ſolùm habuit ſcientiam infuſam à Deo, ſed etiam acquiſitam.*

o Didique cor meum. *Quæ dirigit in agibilibus humanis.*

p Atque doctrinam. *i. veritatem diuinæ legis.*

q Erroreſque. *Circa diuina.*

a Et

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

F carere non poteſt niſi qui intellexerit eam. Vnde plurima in rebus noxia ſunt creata, vt dũ ea vitamus, ad ſapientiam erudiamur. Æqualis ergo ſtudij fuit Salomoni, ſcire ſapientiam & ſcientiam, & è regione errores & ſtultitiam, vt hæc appetendo, illa declinando, eius ſapientia probaretur. Sed in hoc quoque dicit ſe paſſũ vẽtos, & non valuiſſe comprehendere veritatem de præſumptione ſpiritus ſiue paſſione venti, quod ſepius in hoc libro ſuprà diſſeruiſſe ſufficiat.

Sap.6.a Luc.12.f a *Et qui ad.* Quia potentes potenter tormenta patientur. Et, Cuicunque plus cõmittitur, plus exigitur ab eo: ideo apponit dolorem qui apponit ſcientiam, & contriſtatur mœrore ſecundum Deum pro delictis ſuis. vnde Apoſtolus: Et quis eſt qui me lętificet, niſi qui contriſtatur ex me? Niſi fortè & hoc intelligendum, quòd ſapiens doleat tantum latere ſapientiam, nec ita præbere ſemen quærentibus vt lumen viſui, ſed per tormenta quædam & intolerandum laborem, iugi meditatione & ſtudio prouenire. G

†dolorem 2.Cor.2.a

a ¶Hiero. Pro hoc ponit. Cognoui quia hoc eſt paſſio venti ſiue præſumptio ſpiritus.

& ſtultitiam: & agnoui, quòd in his quoque eſſet labor & afflictio

a ¶Quanto magis quis ſapientiam de diuinis aſſequitur, eo magis vitijs ſubiacere indignatur, & procul eſſe a virtutibus quas requirit.

ſpiritus: eò ꝙ in multa ſapiẽtia multa ſit indignatio: & qui addit ſcientiam, addit & † laborem.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et ſtultitiam. *Circa humana, ad euitandum. ſ. & impugnandum.*

b Et agnoui, quòd in his quoq; eſſet la. *Sicut patet per prædicta. Et adhuc ratio alia inducitur, cùm ſubditur:*

c Eò quòd in multa ſa. *ſ. humana.*

d Multa ſit indignatio. *Talis enim ſcientia inflat. Apoſt. Superbia verò inflatiua indignatur de facili.* 1. Cor.8.a

e Et qui addit ſcien. *ſ. talem.*

f Addit, & do. *Quia indignatiui, & impatientes intra ſe ſentiunt multas anxietates.*

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. II.

DIxi ergo. *Hier.* Veni nunc, tentabo te in lętitia, & videbo in bono, & ecce etiam hoc vanitas. Poſtq̃ in multitudine ſapientiæ, & adiectione ſcientiæ, dolorẽ & laborem eſſe deprehendi, & non aliud quàm caſum & ſine fine certamen, tranſtuli me ad lętitiam, vt luxu fluerem, congregarem opes, diuitijs abundarem, & perituras voluptates carperem antequàm morerer. Sed in hoc vanitatem proſpexi, dum præterita voluptas præſentes quidem delectat, & exhauſta nõ ſatiat. Non ſolum autem corporalis lętitia, ſed etiam ſpiritualis eſt tentatio poſſidenti, vt egeam corripiente ſtimulo & Angelo Satanæ, qui me colaphizet, & ne eleuer: vnde Salomon: Diuitias & paupertates ne dederis mihi. Statimq; ſubdit: Ne ſatiatus mendax fiam, & dicam: Quis me cõſpicit? Si quidem & diabolus per bonorum abũdantiam cecidit. vnde Apoſtolus: Ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat diaboli. i. in tale iudicium in quod & diabolus incidit. Poſſumus etiam ſpiritualem lætitiam ſicut cætera dicere vanitatem, quòd eam nunc per ſpeculum videamus & in ęnigmate: cum autem facie ad faciem, tunc non vanitas erit, ſed veritas.

†De pœni. di.3. c. tantum

2.Cor.12.b

Pro.30.b

1.Tim.3.b

F

†& tenerẽ

† bonum

1.Cor.13.d

b *Riſum re.er. Hier.* Riſum dixi amentiam, & iucunditati dixi: Quid hoc facis? Vbi nos dicimus amentiam, in Heb. habetur, מהולל meholal. Quod ſecundum Aquilam, errorem, ſecundum Symmachum, tumultum. Pro quo LXX, & Theodotion, περιφορὰν quod exprimi põt circũlocutione. Quomodo igitur hi qui circumferuntur omni vento doctrinæ inſtabiles ſunt, & in diuerſa fluctuant: ſic illi qui rident, quibus dicitur: Væ vobis qui ridetis errore ſeculi raptantur non intelligentes ruinam peccatorum ſuorum, neque plangẽtes: ſed hæc bona putãtes æterna: vnde plãgere deberent, exultantes. Poteſt hoc, & de hæreticis accipi, qui falſis dogmatibus acquieſcentes: læta ſibi proſpera promittunt.

Luc.6.d

c *Cogi. in cor.* Ebrietas, animi vigorẽ mutat: quã q̃ pt ſapiẽtia permutat, & vt in quibuſdã codicibus habetur, obtinere lætitiam ſpiritualem is poterit, ad huius rei ſapientiam peruenire, quid in hac vita appetendum, quid vitandum.

2.Tim.2.c d *Plantaui vi.* In domo diuitis non ſolũ aurea vaſa, & argentea, ſed & lignea & fictilia, agri & horti propter infirmos. Nã qui infirmus eſt, oleribus veſcitur: plantantur arbores, non oẽs fructiferæ, vt in Latinis codicibus, ſed omnis fructus. i. diuerſarũ frugum atq; pomorum, quia diuerſæ ſunt gratiæ in eccleſia, alius oculus, alius manus &c. & quę verecundiora ſunt noſtra, his maiorem honorem circũdamus. Inter iſtas fructiferas arbores tenet primatum lignum vitę, quod eſt ſapientia, ſine qua cætera ligna ſiccabuntur.

Rom.14.a

e *Et extruxi mihi piſci.* Ligna infructuoſa non aluntur imbre cęleſti, ſed aquis quæ in piſcinis de riuulis colliguntur. Nam & Ægyptus, humilis, & iacens quaſi hortus olerum in terrenis, & de Æthiopia venientibus aquis irrigatur. Terra verò promiſſionis quæ montoſa eſt, & erecta, temporaneam, & ſerotinam expectat de cęlo pluuiam.

## Cap. II.

a ¶More concionatoris ſententiam vulgi in ſe ſuſcipit, & falſam eſſe oſtendit.

DIxi ergò in corde meo: Vadam & affluam delicijs, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc

a ¶Væ vobis qui ridetis, quia lu. b ¶Decipiuntur. ¶Qui carnis gaudia ſequuntur, & perpetuum putant quod fugit velut vmbra. Poteſt & de hæreticis accipi: qui falſis dogmatibus acquieſcentes lęta ſibi promittunt cum ſint filij perditionis.

quoq; eſſet vanitas. †Riſũm reputaui errorem, & gaudio dixi: Quid fruſtra deciperis? Cogitaui in corde meo †abſtrahere à vino carnem meam, †vt animum meum transferrem ad ſapientiã †deuitaremq; ſtultitiam, donec vi-

¶Id eſt ſemper cogitet nouiſſima ſua & non peccabit homo.

derẽ quid eſſet †vtile filijs hominum: quo facto opus eſt ſub ſole numero

¶Secundum imaginem Dei erectus ad ſuperna.

dierum vitæ ſuæ. Magnificaui opera

a ¶Vt veniant pater & filius & habitent in eis. ¶Ego & pater veniemus & ap. e. man.

mea. Ædificaui mihi domos, plãtaui

a ¶Ad quas Ieſus alliget aſinam ſuam ſcilicet populum Iudæorum & Gentilem.

vineas, feci hortos & pomeria, & conſeui ea cuncti generis arboribus, & extruxi mihi piſcinas aquarũ, vt irriga-

¶Infructuoſorum.

rem ſyluam lignorum germinantiũ.

## NICO. DE LYRA. CAP. II.

DIxi ergo. *Hæc eſt ſecunda pars, in qua oſtendit Salomon non eſſe felicitatem in delicijs corporalibus. Et primò multipliciter oſtendit propoſitum, ſecundò concludit intentum, ibi: Quis ita deuorabit. Prima in duas, quia primò oſtendit propoſitũ rationibus ſumptis ex vita delicioſa. Secundò ex adiuncta ſibi cura, ibi: Rurſus. Prima in duas, quia primò, procedit rõne. ſecundò experimento, ibi: Magnificaui. Primum adhuc in duas: quia primò oſtendit propoſitũ, ſecundò infert correlariũ, ibi: Cogitaui. Circa primũ facit talẽ rationẽ. In illo non conſiſtit felicitas humana, cuius delectatio eſt quaſi momentanea: quia felicitas eſt bonũ ſtabile, & firmũ, vt patet ex p̃dictis. Sic antẽ eſt de delicijs corporalibus: ergo, &c. Virtutem aũt huius rationis ponit continuando ſe ad præcedentia, di.* Diuiſio

a Dixi ergo in cor. meo. *q. d. ex quo ſcientia non eſt ſummum bonum hominis, ſed habet laborem annexum, vt dictum eſt. Conuertam me ad viuendum delicioſè.*

b Et vidi. *i. ſtatim percepi. q. d. quilibet poteſt ſtatim percipere.*

c Quod hoc quoq; eſſet va. *i. nullius momenti pp breuitatem delectationis, quæ eſt in hmõi delicijs: vñ dicit Greg. hom. 22. Deliciæ corporales, cũ non habentur graue in ſe deſiderium accendunt, cùm verò habitæ eduntur comedentẽ protinus in faſtidium per ſatietatem vertunt. Et ſicut eſt de delectationibus guſtus, ita & de delectationibus tactus, quæ in Venereis conſiſtunt.* Grego. Homil.22. H

d Riſum. *i. ineptam lætitiam.*

e Repu. erro. *quia conuertitur in triſtitiã.*

f Et gaudio dixi. *Quo homo gaudet de veritate inuenta.*

g Quid fruſtra deciperis. *Aeſtimando felicitatem in delicijs.*

h Cogitaui in cor. m. abſtr. à ui. *Hic infert correlarium ex prædictis. Ex quo eñ vita delicioſa eſt modici valoris, & ipſa impedit à conſecutione ſapientiæ, quæ maius bonum eſt, quantò ſpiritualia corporalibus præponuntur, quamuis non ſit tantum bonum vt in eo ponatur hominis felicitas, vt dictum eſt capitulo præcedenti. motus ex his: Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino. immoderatè ſumendo.*

i Carnem meam. *Vt ſic non prævaleret ſpiritui ſed ſubijceretur ei.*

K Vt animum meum transferrem ad ſapien. *à qua non impeditur per vinum moderatè ſumptum, cùm acuat ingenium. Ex quo patet, quod abſtractio à vino non accipitur hic ſimpliciter, ſed cùm moderamine, vt dictum eſt.*

l Donec uiderem quid eſſet uti. filijs. *Ad conſequendum felicitatẽ, quæ eſt ſummum hominis bonum.*

m Magnificaui. *Hic conſequenter experimento declarat felicitatẽ hominis non conſiſtere in corporalibus delicijs. Et hoc primò declarat in perſona propria, ſecundò in perſona ſibi coniuncta. ibi: Rurſus. Prima in duas: quia primò declarat propoſitum, & ſecundò ex dictis mouet dubium, ibi. Quid eſt inquam. Circa primum diffusè oſtendit ſe expertum fuiſſe ea quæ faciunt ad delitias corporis, nec inueniſſe ſibi felicitatem dicens: Magnificaui opera mea, & qualiter ſubdit in ſpeciali.* Diuiſio

n Ædificaui mihi domos. *Pulchras & delectabiles, quæ magnam partem conferunt ad vitam delicioſam.*

o Et plantaui vineas, feci hortos, & pomeria. *Quæ faciunt ad delicias ex loci pulchritudine, & fructus plenitudine.*

p Et extruxi mihi piſcinas aquarum, ut irrigarem ſyl. *Ad decorationem loci & eius fructificationem.*

¶ a Poſſedi



A a *Seruos.* Timore ſeruientes, & ſpiritualia deſiderantes, nec timentes, Vernaculos, eos dicimus qui ſunt quidem de eccleſia, & prædictos ſeruos & ancillas antecedunt, nec tamẽ liberi ſunt Vernaculi dicuntur filij ſeruorum, qui in domo domini ſui nati ſunt, & nutriti.

b *Armenta quoque & magnos.* Hi ſunt, qui abſque ratione & ſcientia ſcripturarum, laborant quidem in eccleſia, ſed nondum ad hominem peruenerũt, id eſt ad imaginem Dei. *Hier.* Et quidem poſſeſſio armenti & ouium multa fuit mihi ſuper omnes qui fuerunt ante me in Ieruſalem. Nota quòd in ſeruis & ancillis & vernaculis, multitudo non additur ſicut in bobus & ouibus. Plura enim in eccleſia armenta quàm homines, plures oues quàm ſerui, & ancillæ vel vernaculi.

c *Subſtantias re.* Dogmata philoſophorum & ſeculares ſcientias, quas Eccleſiaſtes vir ſapiens diligenter intelligit, & apprehendit eos in aſtutia eorum, & perdit ſapientiam ſapientium, & prudentias prudentium reprobat.

d *Feci mihi cantores.* Cantor quaſi vir & robuſtus & ſpiritualis, de altioribus cantat. Cantatrix verò adhuc circa materiam volutatur, quàm Gręci ὕλην vocant, nec poteſt in ſublime tollere vocem ſuam. Vbicunque ergo fęmina inuenitur & ſexus fragilior, ad materiam reſpicit. Vnde Pharao ſolas fęminas vult viuere, quæ materiæ ſunt vicinæ. Econtra, Nullus ſanctorũ, niſi rarò, fęminas genuiſſe narrat. Soluſq; Salphaad, qui in peccato mortuus eſt, omnes filias genuit. Iacob inter duodecim Patriarchas vnius filiæ pater eſt, & ob ipſam periclitatur. Cantores & cantatrices vt vterque ſexus me oblectaret.

B e *Delicias filiorum hominum.* Sapientiam ſcilicet, quæ ſicut Paradiſus poma habet uaria, & multiplices voluptates. De qua Pſalmiſta: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et: Torrente uoluptatis tuę potabis eos.

f *Qui ante me fuerunt in Ieruſalem.* Ad literam: Non eſt magna laus. Ante Salomonem enim regnauerunt Saul, cuius tempore regnum cepit, & Dauid, ſub quo ſatis paruum erat regnum.

g *Perſeuerauit.* Alij, ſtetit, id eſt ei in carne poſito ſapientia permanſit, nõ proficiens per momenta, ſicut in nobis, ſed in plenitudine ſtans.

h *Et omnia quæ.* Sed quantò ſtudio iſta creſcebant, tantò ſapiẽtia deerat: quia per omnia deſideria rapiebar, putabamque hunc eſſe fructum laborum meorum ſi libidini ſeruirẽ: ſed tãdem in me reuerſus vidi omnia vana eſſe.

i *Sub ſole.* Chriſto. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Qui ergo ad ſolis claritatem ordinẽ cõſtantiamq; nondum peruenit, in eo Chriſtus non habitat.

K *Et vidi quia tan.* Cum hoc cogitarẽ, ꝙ ſapiens lux, ſtultus, tenebræ: Illius oculi in cœlo, huius in terra, repente mihi

a ¶Vel: Et vernaculi fuerunt mihi Alia litera. b ¶Animas corpori dedita.

Poſſedi ſeruos & ancillas, multamq; familiam habui: armen-

a ¶Boum, id eſt operoſorum.

a ¶Poſſedi. b ¶Simplicium.

ta quoq; & magnos ouium greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Ieruſalem. Coaceruaui

a ¶Apertiorem ſenſum. b ¶Occultiorem. c ¶Congregaui in eccleſias.

mihi argentum & aurum, et ſubſtantias regum & prouinciarũ.

a ¶De quibus. Aſſerunt re. ter. b ¶Quæ albæ ad meſſem. ¶Tributa reddentium.

a ¶His diuitijs prouocatus ſui ad luxum. b ¶Fontes. ¶Qui pſallunt ſpiritu, pſallunt & mente. c ¶Intimi.

Feci mihi † cantores & cantatrices, & delicias filiorum hominum: ſcyphos & † vrceolos in miniſterio ad vina fundenda: & ſupergreſſus ſum opibus omnes

a ¶Apoſtolos. b ¶Eorum ſucceſſores. c ¶Prædicationis.

a ¶Sapientiæ. b ¶Auditoribus. c ¶Pro ficiebat ætate & ſapien. ap. deum. & ho. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen &c.

a ¶Ante aduentum Chriſti gubernauerunt eccleſiam.

qui fuerunt antè me in Ieruſalem. Sapientia quoque perſeuerauit mecum, & omnia quæ de-

a ¶Contemplatione. b ¶Interiores. ¶Sicut peccator qui à vera iucunditate prohibet cor ſuum.

ſiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meũ, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his quæ parauerant. Et hanc ratus ſum

a ¶Pro hoc momentaneo accipiens æternum.

partem meam, ſi vterer labore

a ¶A ſupradicto errore.

meo. Cumq; me conuertiſſem

a ¶Qui diligenter omnia agit, hoc poteſt dicere.

ad vniuerſa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus fruſtra ſudaueram, vidi in omnibus uanitatem, & af-

a ¶Quia his irretitur.

flictionẽ animi, & nihil perma-

a ¶A mundanis

nere ſub ſole. Tranſiui ad contemplandam ſapientiam, erro-

a ¶Sic ſic. ¶Id eſt quantus.

reſq; & ſtultitiam. Quid eſt, in-

a ¶Rationalis. ¶Refrenans ſe à vitijs. b ¶Imitari in comprehenſione ſapientiæ.

quam, homo: †ut ſequi poſſit regem factorẽ ſuum? Et vidi, quia

a ¶Noſtra, quamuis non pura.

tantùm præcederet ſapiẽtia ſtul-

a ¶Sapientia, lux: & ſtultitia, tenebræ.

titiam, quantũ differt lux à tene-

a ¶Vidi quia ſapientia præcederet ſtultitiam, & vidi quia ſa. ocu. b ¶In cæleſtibus, quæ ſuperiora ſunt. ¶In Chriſto qui eſt caput.

bris. † Sapientis oculi in capite

a ¶Ignorantia terrenorum.

eius: ſtult⁹ in tenebris ambulat.

*præ alijs dicuntur eſſe deliciæ hominum. vnde dicitur. Fueruntque ei vxores quaſi reginæ ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ.* C 3.Reg.11.a

e Scyphos & urceolos in mi. *& hoc ad delectationem guſtus.*

f Sapientia quoque perſeuerauit mecum. *ſcilicet vſque ad tempus in quo per mulieres fuit deceptus.*

g Et omnia quę deſiderauerunt oculi mei non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni. *exponendo me omnibus delicijs.*

h Et hanc. *i. vitam voluptuoſam.*

i Ratus ſum partem meam ſi uterer labore meo. *id eſt felicitatem. Deceptus enim à mulieribus, cecidit in hunc errorem.*

K Cumque me conuertiſſem ad uniuerſa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus fruſtra ſudaueram. *ad verius cogitandum de iſtis.*

l Vidi in omnibus ua. *quia non adducunt verum hominis bonum.*

m Et af. ani. *quia deliciæ antequam habeantur per deſiderium affligunt, & habitæ per ſatietatem in faſtidium vertunt, vt prædictum eſt.*

n Et nihil per. ſub ſole. *quia tales delectationes ſunt quaſi momentaneæ.*

o Tranſiui ad contemplandam ſapientiã, erroreſque & ſtul. *id eſt conſideraui, quod labor circa acquiſitionem ſcientię, & maximè de diuinis (quæ propriè dicitur ſapientia, vt dicitur. 1. Metap.) melior eſt quam corporis deliciæ. Ex hoc loco & alijs conſimilibus dicunt quidam Salomonem pœnituiſſe in fine ſed illa pœnitentia non videtur fuiſſe ſufficiens & perfecta vt plenius: dixi ſupra: Prouerbio xxx.* Ariſt. 1. Metaphy. † vicçes Prou.30.

p Quid eſt inquam. *Hic circa prædicta mouet dubium. Et diuiditur in tres partes, quia primo mouetur quæſtio, ſecundo ponitur ſolutio, ibi. Et vidi. Tertio ſubditur quædam obiectio, ibi: Et didici. Circa primum quia fecerat mentionem de contemplatione ſapientię quæ eſt cognitio diuinorum, ideo mouet quæſtionem dicens: Quid eſt in. id eſt cuius virtutis.* Diuiſio

q Vt ſequi petiit regem fa. *i. Deum aliquo modo attingere, per cognitionem creaturarum. Salomon autem loquitur in hoc libro vt concionator, & ideo frequenter loquitur in perſona aliorum, non ſolum vera dicentium, ſed etiam errantium, vt ex contrarijs allegatis veritas magis appareat. Fuit autem quidam nomine Simonides, dicens quòd homo non debeat quærere cognitionem diuinorum, & eorum quæ ſunt ſupra ſe: ſed cùm ſit mortalis, decet eum tantum mortalia ſapere, vt dicitur. x. Ethi. quem Philoſophus reprobat ibidem dicens, quòd licet homo ex parte corporis ſit mortalis, tamen ex parte intellectus, qui eſt principalior hominis pars, eſt quaſi immortale & diuinum: & ſic debet ſe trahere quantum poteſt ad immortalia & æterna per eorum cognitionem & amorem. Ex perſona igitur iſtius Simonidis vel alterius ſimilis videtur Salomon quærere: Quid eſt, inquam, homo, &c. quaſi diceret, non videtur ei vtile aut decens quærere talia.* Concionatorie loquitur hic Salomon D Simonides. Ariſt. 10. Moral. ad Nicomach.

r Et uidi. *Hic ponitur huius quæſtionis ſolutio, in qua oſtendit ꝙ cognitio de diuinis eſt valde vtilis: quia cùm ſit ſuperior, habet iudicare de inferioribus ſcientijs. Ideo dicitur: Et vidi. id eſt intellexi. Viſus enim inter alios ſenſus plures differentias rerum oſtendit. 1. Metaphy. & ideo nomine actus videndi frequenter ſignificatur actus intelligendi, vt cùm dicitur: Vides tu hoc? id eſt intelligis.* Ariſt. 1. Metaphy.

s Quia tantum præcederet ſapientia. *id eſt diuinorum notitia.*

t Stultitiam. *id eſt huius notitiæ carentiam.*

u Quantum differt lux à tenebris. *Notitia enim recepit nobilitatem ab obiecto: & ideo dicit Philoſophus libro cęli & mundi, quod deſiderabilius eſt modicum cognoſcere, de ſuperioribus, & diuinis, etiam modo topico, q̃ multa etiam per certitudinẽ de inferioribus & terrenis, ĩo ſubditur:* Ariſt. 2. de cælo & mundo.

x Sapientis oculi in capite eius. *id eſt ſuperiori parte animæ, quæ vacat diuinorum contemplationi.*

y Stultus in tenebris ambulat. *quia ſola terrena, & ſenſibilia conſiderat, quæ comparata ad Deum ſunt quædam tenebræ.*

¶ a Et

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Poſſedi ſeruos & ancillas, multamque familiam habui. *vt ſeruirent mihi ad nutum in omnibus, quod eſt valde delectabile homini.*

b Armenta quoque & magnos ouium greges. *vt haberem abundãtiam diuitiarum naturalium, & etiam artificialium, ideo ſubditur: Coaceruaui mihi argen. &c.*

c Feci mihi can. et canta. *ad delectationem auditus.*

d Et delicias filiorum. *multiplicãdo mibi vxores & concubinas, quę præ*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E mihi ſurrepſit quare communi morte pereant, communi miſeria deprimantur, & huiuſmodi.

a *Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, qua ſub ſole ſtudioſiſſimè laboraui.* Spirituali labore ſancti die noctuque in lege domini meditantur, ſcripturas interpretando, libros componendo, & ſæpè labores illorum in manus ſtultorum perueniũt, qui malè exponendo & ſibi & alijs nocent. Si enim de corporalibus tãtum, quid neceſſe fuit dicere: & dominabitur in omni labore in quo laboraui, & in quo ſapiens factus ſum ſub ſole? Sic enim alij habent: Sapiẽtia enim non eſt terrenas diuitias congregare.

b *Habiturus hæredem poſt me, quem igno.* Hoc ipſi Salomoni contigit, qui nõ ſui ſimilem habuit filium Roboam. Ex quo intelligimus filium nec dignum quidem hæreditate patris, ſi ſtultus ſit.

c *Nam cum alius laboret in ſapientia.* Suprà de incerto hærede, nunc eadem. Sed in hoc differt, quòd etiam ſi filio, ſi propinquo, ſi noto alicui ſubſtantiam ſuam dimittit, in hunc tamẽ circulum res recurrit: vt alter alterius labore fruatur, & ſudor mortui deliciæ viuentis. Quanto labore ſcribant, & ſæpè ſtylum vertant, nouerunt librorum autores. Sapientiæ enim & doctrinæ eſt terrena calcare nõ congregare. Aliud eſt ex rerũ ratione, aliud ex ſtultorum opinione diſputare, vt hic. Vbi verò ait: Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij ex ratione.

d *Nonne melius.* Poſtquam omnia pertractaui, & nihil perpetuum vidi, & poſteriores priorum laboribus frui, viſum eſt mihi iuſtũ & quaſi Dei donum, vt de ſuo labore comedat homo & bibat pro tẽpore parcens congregatis, & hoc quidẽ donum Dei eſt. Sicut cõtrarium eſt diebus ac noctibus congregare, & non vti. Sed & hoc diligenter inſpiciens, vanum iudicaui. Quis enim, vel comedere, vel cùm opus eſt parcere poteſt abſque Deo: qui præcepit canibus ſanctum non eſſe committẽdum, & quõ ſint in tpe conſeruis danda cibaria, & iuxta alium ſenſum inuentum mel comedere tantum, quantum ſufficit.

e *Homini bono.* Corrigẽti mores ſuos proprio arbitrio, ſecundũ illud. Seminate vobis in iuſtitia, vindemiate in fructu vitæ, illuminate vobis lumen ſcientiæ. Seminanda enim antè iuſtitia, & fructus vitæ eſt metendus, & poſtea

Margin: †De cõſe. di.4.c.acce pi.c.1. De ſacra vnctione, ca. vnico. † euentus † ſui Infrà. 7.a Matt.7.a Oſee.10.d

†Et didici quòd vnus†vtriuſq; eſſet †interitus: & dixi in corde meo: Si vnus, & ſtulti & meus†occaſus erit, quid mihi prodeſt, quòd maiorem ſapientiæ dedi operam? Locutuſq; †cum mente mea animaduerti, quòd hoc quoq; eſſet vanitas. Non enim erit memoria ſapientis ſimiliter vt ſtulti in perpetuũ, & futura tẽpora obliuione cuncta operient pariter. Moritur doctus ſimiliter vt indoctus, & idcirco tæduit me vitæ meæ, † videntem mala vniuerſa eſſe ſub ſole: & cũcta vanitatem & afflictionem ſpiritus. Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, qua ſub ſole ſtudioſiſſimè laboraui, habiturus hæredem poſt me, quẽ ignoro vtrum ſapiẽs an ſtultus futurus ſit: & dominabitur in laboribus meis, quibus deſudaui & ſolicitus fui. Et eſt quicquam tã vanum? Vnde ceſſaui, renuntiauitq; cor meum vltrà laborare ſub ſole. Nam cùm alius laboret in ſapientia & †doctrina & ſolicitudine, homini otioſo quæſita dimiſit. Et hoc quoq; vanitas & magnum malum. Quid enim proderit homini de vniuerſo labore ſuo & afflictione ſpiritus, qua ſub ſole cruciatus eſt? Cũcti dies eius †doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit. Et hoc nõne vanitas eſt? Nonne melius eſt comedere & bibere, & oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis? Et hoc *de manu Dei eſt. Quis *ita vorabit, & delicijs affluet, vt ego? Homini *bono

Interlinear: ¶Et poſt hæc. ¶Id eſt ita ſurreptio. ¶Quia hic in gloria, ille in pęna. ¶Quia omnia vanitas. ¶Quia mundus in maligno poſitus eſt. ¶Vnde: Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius. ¶Ipſi Salomoni Roboam ſucceſſit filius ſtultus. ¶Poſſeſſionibus. ¶Quia vanum. ¶Vt ſuprà de incerto labore, vel hærede. ¶Scripturis & expoſitionibus. ¶Vel quo. ¶Nec per noctem quieſcere, & neſcire quis inde fructus. ¶Corpus Chriſti. ¶Sanguinem. vnde: Comedite amici mei & inebriamini. ¶Venite ad me, & comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis. ¶Scripturis.

i Et afflictionem ſpiritus. *Quia etiam ſtudium ſapientis habet afflictionem annexam, vt dictum eſt ca. præcedenti, ſicut & occupatio ſtulti, qui vacat delicijs corporalibus. Similiter quarum acquiſitio habet multas anxietates annexas & poſſeſſio ſtatim per ſatietatem habet faſtidium annexum, vt dictum eſt ſuprà. Hanc autem obiectionem non ſoluit Salomon, cùm tamen ſit contra veritatẽ. Cuius duplex ratio poteſt eſſe: Vna quia accipit manifeſtè falſum. ſ. quòd non ſit alia memoria ſapientis & ſtulti: quia vna eſt ad laudem, alia ad vituperiũ: vnde dicitur in Prouer. Memoria iuſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcet. Alia ratio, quia ſoluitur per illud quod habetur infrà. 12. vbi ponitur intenta concluſio in hoc libro: ibi enim dicitur de morte hominis: Reuertatur puluis in terram vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum, vt ſcilicet recipiat pro meritis mercedem, vel pro demeritis pęnam: & ſic non vnus eſt interitus ſapientis & ſtulti, vt hic aſſumitur. ideo dicitur de iuſtis, in pſal. 115. Pretioſa in cõſpectu domini mors ſanctorum eius. Et de iniuſtis, pſal. 32. Mors peccatorum peſſima.*

G

k Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam me. *Poſtquàm declarauit propoſitũ circa delicias rationibus ſumptis ex ipſis delicijs, hic conſequenter idem oſtẽdit rationibus ſumptis ex annexis curis. Et diuidit in duas partes: Quia primò Salomon oſtendit malitiam huius curæ in ſpeciali, ſecundò magis in generali: ibi: Quid enim proderit. Circa primum ſciendum, quòd ad fruendum delicijs præexigitur magna cura in acquirendo illa quib. homo viuat delicioſè. Pater verò quodammodo manet in filio, cum ſit de ſubſtantia eius, & ideo ſi certus eſſet pater, quòd filius ſapienter vteretur diuitijs & delicijs per laborem ſuum acquiſitis, in hoc eſſet magna delectatio patris: ſed hoc ignorat: quia frequenter accidit contrarium. Sic igitur dicit: Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meam. ad acquirendum bona temporalia. & patet ex dictis litera vſque ibi:*

H

l Homini otioſo. *Qui bona ſibi derelicta à parentibus non expendit in bonis operibus, ſed in prodigalitate & vanitatibus.*

m Quid enim proderit. *Hic conſequenter oſtendit curam ſuperfluam eſſe malam, magis in generali: qualis eſt cura hominis auari, qui multum affligitur in acquirendo, & auaritia nõ permittit eum acquiſitis vti, & hoc eſt quod dicit: Quid enim prode. ho. ſcilicet auaro & tenaci.*

n De vniuerſo labore ſuo. *Corporaliter.*

o Et afflictione ſpiritus. *Mentaliter: quia vtroque modo cruciatur, & de nocte, & de die. Ideo concluditur:*

p Et hoc nonne vanitas eſt. *id eſt labor inanis & ſine fructu. quaſi dicat ſic. ideo vlterius concludit:*

q Nonne melius eſt comedere, & bibere. *id eſt decenter viuere de bonis acquiſitis.*

r Et oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis. *Expendendo partem bonorum ſuorum in operibus pietatis & liberalitatis.*

s Et hoc de manu Dei. *id eſt bonum à Deo conceſſum: non tamen eſt tantum bonũ quòd ſit felicitas humana.*

t Quis ita uorabit. *Hic vltimò ponitur intenta concluſio in hoc cap. Et eſt duplex. ſecunda, ibi: Homini bono. Prima eſt de delicijs corporalibus, quòd in illis non conſiſtat felicitas. Et facit Salomon talem rationem: Experto credendum eſt, ego autem ſuper omnes expertus ſum deliciarum vſum, & tamen dixit quòd in hoc non conſiſtit hominis bonum: propter quod eſt mihi credendum. Huius rationis ponit minorem dicens: Quis ita deuorabit. vnde dicitur in Reg. Hiſt. Erat autem cibus Salomonis per ſingulos dies triginta cori ſimilæ, & ſexaginta cori farinæ. 10. boues pingues, & 20. paſcuales &c.*

u Et delicijs affluet. *id eſt mulieribus.*

x Vt ego. *Quaſi dicat nullus. vnde dicitur: quòd erant ei vxores quaſi reginæ ſeptingentæ, vt ſuprà allegatum eſt eodem capite.*

y Homi. bo. *Hic ponitur ſecũda cõcluſio, & eſt de cura humana circa*

¶ temporalia

Margin: † vtriuſque † euentus Prou. 10. Infrà. 12. Pſ. 115. a Pſ. 32. d † videntem Diuiſio † ſcientia, ſolicitudine † laboribus * vidi quòd * enim * enim Prima concluſio 3. Reg. 4 3. Reg. 11 Secunda concluſio

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et didi. *Hic contra prædictam ſolutionem ponitur quædam obiectio: & hoc ex perſona illorum qui negauerant animæ humanæ immortalitatem: ex quorum perſona dicitur infrà. 3. d. Nihil habet homo iumento amplius. Quod ſi eſſet verum, homo ſe totaliter exponeret delectationibus carnis, ſicut animalia bruta ideo dicit: Et didici, quòd vnus vtriuſque. ſcilicet ſapientis, & ſtulti eſſet interitus: quia ſi nihil maneret de vtroque poſt mortem, ſapiens non expectat pro labore ſuo præmium, nec ſtultus pęnam. ideo ſubditur:*

Margin: Infrà. 3. d

b Quid mihi pro. *Quaſi dicat, nihil. ideo ſubditur:*

c Animaduerti quòd hoc quoq; eſſet vanitas. *ſ. laborare in acquiſitione ſapientiæ, quia totum perit in morte.*

d Non enim erit memoria ſa. *i. ſicut nec ſtulti.*

e In perpetuum. *id eſt in tempus longiſſimum.*

f Et fu. tem. *Et patet ex dictis litera. Et concluditur:*

g Et idcirco. *Eò quòd per ipſam non attingitur aliquod bonum ſtabile, & permanens, ideo ſequitur:*

h Videntem mala vniuerſa eſſe. *id eſt, defectiua.*

i Et



poſtea lumen ſcientiæ poterit apparere. Vt ergo bono coram ſe, dedit Deus ſapiẽtiam &c. Sic peccatorem ſuo arbitrio derelinquens fecit cõgregare diuitias: & hinc inde peruerſorum dogmatum conſuere ceruicalia, quæ cum vir ſanctus & Deo placens viderit, intelligit vana, & ſpiritus præſumptione compoſita eſſe.

E

in conſpectu ſuo dedit Deus ſapientiam & ſcientiam & †lætitiam: peccatori autem dedit *afflictionẽ, & curam ſuperfluam, vt addat & congreget & tradat ei, qui placuit Deo. Sed & hoc vanitas, & † caſſa ſolicitudo mentis.

Interlinear: ¶Illa iuſto peccatori autem. ¶Quia peccator ipſe cauſa eſt qui ante ſponte peccauit non Deus.

*eſt bonus in conſpectu Dei.*

b De. Deus ſapien. *i. notitiam de diuinis.*

c Et ſcientiam. *de agibilibus humanis.*

d Et lætitiam. *ſic eſt in Hebræo & libris correctis. i. vitam iucundam bene vtendo temporalibus bonis. Et conſequẽter concludit cõtrariũ de cura ſuperflua & inordinata dicens,*

e Peccatori au. dedit. *i. dari permiſit.*

f Affli. & cu. ſu. *circa tẽporalia cõgregãda.*

g Et tradat ei. *Et non accipitur hic tradat ſic, quòd talis voluntariè Dei bonis hominibus, ſed quia ipſo moriente frequenter traduntur talibus: ſicut mortuo Nabal, bona eius venerunt ad manum Dauid.*

h Sed & hoc vani. &c. *i. cura in tali congregatione bonorum, quibus acquirens non vtitur, ſed alijs traduntur.*

G

Margin: † intelligentiam * occupationem * & curam ſuperfluã † cogitatio ſpiritus 1. Reg. 25.

NIC. DE LYRA.

¶ *temporalia de qua locutus eſt ſupra. Ideo concludendo dicit, quòd illa quæ eſt bene ordinata bona eſt, dicens: Homini boni. i. viuenti ſecundum rectam rationem.*

a In conſpectu ſuo. *hoc additur ad excludendum hypocritam, qui non eſt*

GLO. ORD. CAP. III.

a Omnia tem. ha. Incertum & fluctuantẽ in ſtatũ cõditionis humanæ ſuprà docuit, nunc omnia in mundo eſſe contraria, & nihil ſtare perpetuum eorũ. ſ. quæ ſub ſole fiũt, & intra tempus: quia ſubſtantiæ ſpirituales, nec loco nec tempore continentur.

b *Tem. plan. &c.* Nulli dubium eſt, quòd & ortus & interitus hominum Deo notus ſit, & præfinitus: & parere, eſſe quod plantare: mori, quod plantatum eſt, euellere. Sed quia in Eſaia legimus: A timore tuo dñe cõcepimus, & parturiuimus, & peperimus ſpiritũ ſalutis: dicimus quòd perfecto viro, partus iſte eſt qui de timore natus eſt cũ Deum, amare cœperit, mundo moritur: quia perfecta charitas foras mittit timorẽ.

c *Te. n. de.* Nõ poſſumus ædificare bona, niſi prius deſtruxerimus mala, ſicut Ieremiæ dictum eſt à Deo: Vt antè eradicaret & ſuffoderet, & perderet.

d *Tem. flen.* Tempus flendi nunc eſt, in futuro ridendi. vnde: Beati flẽtes, quoniam ipſi ridebunt.

e *Tem. plan.* In euãgelio: Lamentauimus vobis & nõ ploraſtis: cãtauimus & non ſaltaſtis. Plangendũ eſt nunc, vt in futuro ſaltemus, illam ſaltationem quam Dauid ante arcã feſt. Saulis filiæ diſplicens, magis placuit Deo.

F

f *Tem. ſpar. la. &c. Hier.* Miror ſi vir ſapiens de ędificatione domorum dixerit, ſecundum illud Horatij: Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis: Aeſtuat, & vitæ diſconuenit ordine toto. Sed vtrũ verè an per metaphoram, lectori relinquo. Nos verò intelligimus ſecundum hoc, quòd potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Quod tempus fuerit diſpergendi gentes, & tempus in eccleſia congregãdi: legi in quodam libro ſecundum LXX, Tempus mittendi lapides, & tẽpus colligendi ſeueritatem. ſ. legis antiquæ, euangelij gratia temperatam. Lex. n. rigida peccantẽ interficit, euangelij gratia miſeretur, & ad pęnitentiam vocat.

g *Tem. am.* Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex communi cõſenſu ad tempus vt vacetis. ſ. orationi: liberis danda opera, & item continentiæ. Tempus amplexandi ſapiẽtiam, & contemplationi ſtrictius inhærendi: & tempus longè fieri à complexu, ſcilicet ſapientiæ: vt curæ temporis, & his ſine quibus viuere non poſſumus, ſeruiamus:

a Tempus

CAP. III.

Omnia † tempus habent. & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub cęlo. Tempus naſcendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus vellendi quod plantatum eſt. Tempus occidendi, & tempus ſanandi. Tẽpus deſtruendi, & tempus ædificandi. Tempus flendi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tempus ſaltandi. Tempus ſpargendi lapides, & tempus colligendi *. Tempus amplexandi, & tẽpus longè fieri ab amplexibus. Tempus acquirendi, & tempus perdendi. Tempus cuſtodiendi, & tempus abijciendi. Tempus ſcinden-

Interlinear: ¶Ortus iuſti cum incipit Deum timere. ¶Iſrael ad cultum Dei. ¶Ducendi in captiuitatem poſt tranſgreſſionem mandatorum. ¶Mors, quando perfecta charitas foras mittit. ¶Ei cui ait: Ego occidam, & ego viuere faciam: Occidit, ſecundum illud: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. ¶In Ægypto. ¶Sanat ad pœnitentiam vocans. ¶Ab Aegypto liberandi. ¶Templi ſub Nabuchodonoſor. ¶Primos motus malæ cogitationis. ¶Sub Dario, vel Cyro. ¶Euerſionem vobis. ¶Sub Zorobabel: Eſdra, & Nehemia. ¶Iſrael. ¶In vnum. ¶Deo. ¶Iſrael. ¶Quando dictũ eſt: Creſcite & multiplicamini. ¶Quando dicitur. Tempus breue eſt, ſupereſt, vt qui habent vxores ſint tanquam non habentes. ¶In Babilonica cap. & ibi computreſcere trans Eufraten, ſeſe perizoma Ieremiæ. ¶Eos Iudæos perditos. ¶Gentes. ¶Fideles ex gentibus. ¶Infideles Iudæos. ¶Tempus deſtruendi & reædificandi. ¶Iſrael. ¶Vetus teſta.

*tates, & patebunt partes proſequendo. Prima autem varietas reſpicit ortum & occaſum: & hanc cum alijs tangit in quodam generali dicens*

a Omnia tem. ha. *ſuæ durationis limitatum.*

b Et ſu. ſpa. etc. *Corpora enim cœleſtia ſunt incorruptibilia: & ideo nõ habent limitationem durationis à parte poſt: conſequenter ponit alternationem primam quæ eſt circa ortum & occaſum. Et primò in animalibus generaliter inter quæ continetur homo, qui eſt nobiliſſimũ animalium. Dicitur igitur,*

c Tempus naſcendi. *quia inter conceptum hominis, & aliorum animalium, & eorum ortum, eſt certum tempus à natura determinatum: licet aliquando prolongetur vel minoretur ſecundum maiorem, vel minorẽ virtutem naturæ.*

d Et tempus morien. *in ſenectute periodo humanæ vitæ deficiente: licet aliquando magis & minus prolongetur ſecundum varietatem complexionis. Et agitur hic de morte, & vita naturali: ſecundò in vegetabilibus, cum dicitur,*

e Tempus plan. *i. in vere.*

f Et tempus euel. etc. *quod plantatum eſt in autumno: quantum ad illa quæ non faciũt fructum niſi ſemel in anno: in alijs etiam quando ceſſant fructum facere ſecundum periodum naturæ ſuæ. Tertiò in hominibus ſpecialiter, & quantum ad mortem violentã, cum dicitur,*

H

g Tempus occi. *aduerſarios iuſtitiæ, vel reipublicæ.*

h Et tempus ſa. *quando aliqui ex eis remanent vulnerati, & permittitur eis vita ex aliqua cauſa rationabili: Tunc enim intendendum eſt eorum ſanationi. Quartò in artificialibus, cum dicitur,*

i Tempus de. *ędificia in quibus ſunt malorum recepta clauſula.*

k Et tempus ædi. *quando reædificatio expedit pro republica.*

l Tempus flen. *Hæc eſt ſecũda pars in qua ponitur alternatio circa hominis ſtatum, cum dicitur: Tempus flendi. in infortunijs.*

m Et tem. ri. *in infortunijs.*

n Tempus plan. *in funeribus defunctorum.*

o Et t. ſa. *i. tripudiãdi in nuptiis coniugatorũ.*

p Tempus ſpar. *in deſtructione fortalitiorũ in quibus aduerſarij habitabam.*

q Et tempus col. *ſcilicet lapides pro reędificatione, vt ibi habitent boni ciues.*

r Tempus amp. *Hic ponitur tertia alternatio circa vſum, & primò vxorum, cum dicitur: Tempus ample. i. vacandi generationi, & hoc eſt tempus iuuentutis coniugum.*

s Et tempus lon. *ſ. in ſenectute virtute generatiua deficiente, & etiam quando eſt communis afflictio populi: tunc enim debent homines ſe retrahere à delicijs, & maximè venereorum, vt Dei miſericordia facilius impetretur: vnde dicunt Hebræi, quòd tempore diluuij homines, & bruta animalia in arca exiſtentia continuerunt à coitu: & ſatis patet ex textu quia egreſſis de arca dixit Deus: Creſcite, & multipli. &c. Secundò quantum ad vſum rerum in acquirendo & perdendo, cum dicitur,*

t Tem. ac. *Mercatores. n. vno tempore lucrantur, alio perdunt. Aliqui exponũt hoc de regno Iſrael, quod fuit acquiſitum tribui Iudę tempore Dauid, & perditũ tempore Roboam: quantũ ad vnam partem, & tempore Sedeciæ: quantum ad reliquam. Tertiò quantum ad vſum in cuſtodiendo, cum dicitur,*

u Tempus cu. *quando non imminet maius periculum ex cuſtodia.*

x Et tem. ab. *quãdo imminet maius periculũ. Sicut quis proijcit merces in mari ne ſubmergat. Quarto quantũ ad vſum veſtimentorũ, cum dr,*

y Tempus ſcin. *ſ. pannos ad formandum veſtes.*

Margin: † cõſtitutum tempus * lapides Gen. 9. a 2. Reg. 5. a 1. Par. 11. a 2. Reg. 12. d 2. Par. 10. d 4. Reg. 25. a 2. Par. 36. c

NIC. DE LY. CAP. III.

Omnia tempus ha. *Hæc eſt tertia pars huius libri, in qua à felicitate hominis excludit longæuitatẽ, quæ ab omnibus ſolet deſiderari exceptis pauciſſimis & valde perfectis, ſicut Paulus apoſtolus dicit. Deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto. Et diuiditur in tres partes: quia primò Salomon ponit ſuam deductionem. Secundò quorundã obiectorum ſolutionem, ibi: Vidi afflictionem. Et tertiò infert intẽtam concluſionem, ibi: Et deprehendi. Circa primum ad ſuum propoſitum declarandum inducit alternationes plurimas de duratione & terminatione rerum corruptibilium, oſtendens quòd eſt certa periodus à natura durationis, ſeu autore naturæ inſtituta, inter quas eſt periodus humanæ vitæ qua debet homo eſſe contentus, ſicut & cætera periodo ſibi data à natura. Et diuiditur in quatuor partes ſecundum quatuor temporum varietates,*



¶ a Tempus

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Tempus ta. & tempus lo. Hier.* Docemus in eccleſijs quod ne A ſcimus. Omnes artes abſq; doctore non diſcimus: ſola hæc tam vilis & tam facilis, vt præceptore non egeat. *Hier.* Nihil nobis videtur eſſe rectum niſi quod diſcimus, vt poſt multũ ſilentium de diſcipulis efficiamur magiſtri.

Pythagoræ diſciplina

b *Tempus loquen.* Diſciplina Pythagoræ eſt per quinquennium tacere, & poſtea eruditos loqui.

c *Tempus dile.* Tempus amandi poſt Deum vxores, liberos, propinquos, & tempus odiẽdi eos in martyrio. Vel: Quoniam nunc videmus per ſpeculum in ænigmate &c. (1.Cor.3.d) Tempus erit diligendi præſentiam Dei, & tempus odiendi, quando facie ad faciem cernentes, & in melius proficientes, incipiemus odiſſe, & deſpicere quod amauimus.

d *Tempus bel.* Modò non agentibus pœnitentiam, tempus pacis in futuro, quando omnis Iſrael ſaluus fiet. (Sup.1.a) Tempus belli. ne ſis ſecurus, accipe armaturam Dei.

† occupationem † occupẽt ſe

e *Vidi aff. quam dedit &c.* Dr̃ ꝙ ppea Deus in præſenti ſeculo etiam peruerſorum dogmatum magiſtris conceſſerit occupationem, ne mẽs hominis otioſa torpeſceret: & hoc eſt bonum quod fecit Deus in tempore ſuo, & non poſſe eos naturę rerum comprehendere ſcientiam. Aliter. Cum omnia ſuo labantur tempore, & ſic tempus deſtruendi & ædificandi, flendi & ridendi, & cætera q̃ de tempore dicta ſunt. Quid fruſtra conamur, & breues huius vitæ dies putamus eſſe perpetuos: nec ſufficit malitia diei, vt nihil in craſtinũ cogitemus? Quid .n. plus habere poſſumus amplius laborando? In quo id tantum hominibus à Deo datum eſt, vt alius alia ſectando haberet, in quibus ſe erudire, & exercere poſſet. Deus.n. omne qđ B fecit, bonum eſt: ſed in tempore ſuo bonum eſt: Vigilare, dormire nõ ſemper, ſed viciſſim bonum eſt, nũquam vlterius quàm vt opus eſt. Dedit quoque mundum inhabitandum hominibus, vt fruantur varietatibus temporũ: & non quærent de cauſis rerũ na-

† in cor † inijcis † æternũ

(a ¶Euangelij teſtimonijs & prophetis. b ¶In diſciplinis.)
di, & tempus cõnſuendi. Tẽpus ta-
(¶Prophetas in ci. Roma. b ¶In magiſterio.)
cendi, & tẽpus loquendi. Tempus
(a ¶Gratiæ. ¶Quia dilexit eos ante ſub patribus. ¶Quando in hoſtili terra Dei conſolatione & alloquio non carebant. b ¶Ceremoniarum & huiuſmodi. ¶Legis Moyſi. ¶Quia in Chriſto poſuerunt manus.)
dilectiõnis, & tempus odij. Tẽpus
(a ¶Dum viuimus. ¶Contra diabolum. ¶Ieruſalem ciuitas noſtra, à pace vocabulum habet. ¶Poſt hanc vitam.)
belli, & tempus pacis. Quid habet amplius homo de labore ſuo? Vidi †afflictionem, quã dedit Deus filijs hominum, vt † diſtendantur in ea. Cuncta fecit bona in tẽpore ſuo, & mundũ tradidit † diſputationi eorũ vt non inueniat homo opus quod operatus eſt Deus ab initio vſq; ad finem. Et cognoui, ꝙ non eſſet me-
(a ¶Frui præſentibus. b ¶Quod in futuro proſit. c ¶Quæ cito tranſitura.)
lius* niſi lætari, & facere † bene i ſui
(a ¶Ne congreges diuitias, hoc tantum habet de labore ſuo. b ¶Corpus Chriſti.)
ta ſua. Omnis.n. homo qui comedit
(¶Sanguinem. ¶Qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo: in his lætari debemus, & in lectione ſancta paſcamur & potemur.)
dit & bibit, & videt bonũ de labore ſuo: hoc donum Dei eſt. Didici, ꝙ omnia opera q̃ fecit Deus, perſeuerent in † perpetuũ. Non poſſumus eis quicquã addere nec auferre, quę fecit Deus vt timeatur. Quod fa-
(a ¶Vt ſolis ortus & occaſus.)
ctum eſt, ipſum permanet. Et quæ futura ſunt, iam fuerunt: & Deus
(a ¶Animalia moriuntur, & naſcuntur eiuſdem generis, ſic & aĩa.)
inſtaurat quod abijt*. Vidi ſub ſo-

† naturaliũ, qũo creata ſint oĩa: quare hoc vel illud ab initio C mũdi vſq; ad finẽ ſeculi fecerit creſcere, manere, & mutari.

f *Et co.* Ideo colonus in mundo datus eſt homo, vt hoc breui tpe fruatur, & ſpe longitudinis abſciſſa q̃ poſſidet, vt ad alia tranſiturus aſpiciat: & qđ boni poteſt faciat in vita, ne fruſtra pro congregandis opibus torqueat: ne ſe putet plus de labore ſuo lucrari, quã cibum & potũ. Et ſi quid de opibus etiã bonis operibus expẽderit, hoc ſolum donũ Dei eſt. Nõ ex his vt quidã putant ad luxuriã, & deſperationẽ prouocamur, ſcđm illud: Mãducemus & bibamus, cras.n. moriemur. Sed vt ſcđm Apoſtolum. Habentes victum & veſtitum, his contẽti ſimus: cætera pauperibus proſint. Nec ɔ̃riũ qđ dicit Balaã: nõ erit labor in Iacob, neq; dolor in Iſrael. Hinc,

g *Omnis ho. qui co. & bibit, & vi. bo. &c.* Multę.n. nunc tribulationes iuſtorũ: in futuro aũt nõ erit labor in Iacob.

h *Didici, quod om. ope. quæ fecit Deus, per. in per.* Nihil eſt in mundo nouum: ſolis curſus, lunæ vices, terræ & arborũ ſiccitas vel viror, cum mundo condita ſunt: & hæc idcirco Deus certa ratione temperauit, vt Dei prouidentiam in his intelligamus, & timeamus à facie Dei. Vultus autem domini ſuper facientes mala.

i *Et Deus inſtau. quod abijt.* Quaſi à proprio principio mundi. Sic poteſt legi ad conſolationem martyrum: Deus inſtaurat quod abijt, ſecũdum illud: Capillus de capite veſtro non peribit. Quod alij ſic: Quærit eum qui perſecutionem patitur, quia ſanguinem ſeruorum tuorum vleiſcetur.

k *Vidi ſub ſole.* Cum in hoc mundo iudicium, & veritatem requirerem, aliter arbitratus ſum aliquid iuſtitiæ hic geri, & vel pium ſuo merito recipi, vel impium pro ſuo ſcelere dãnari: Sed pòſt mecum reputans intellexi Deũ nõ per partes iudicare, ſed in D futurũ reſeruare iudiciũ, vbi recipiet vnuſquiſq; qđ geſſit, & tunc vidi tp̃s diſcretionis omnis rei. Similiter in ĩpietia. Ne dixeris quid hoc, aut quid iſtud. Omnia.n. tpe ſuo requirentur.

a Dixi

## NIC. DE LYRA.

a Tempus conſuendi. *poſt ſciſſi. Aliter exponunt aliqui: tempus ſcindendi ſcilicet regnum Iſrael in duo, tempore Roboam. Tempus conſuendi, ideſt recolligendi, & hoc in Chriſto.* (3.Reg.12.d)

b Tempus tacendi. *Hæc eſt quarta pars, in qua ponitur alternatio quãtum ad debitum conuerſandi modum, qui attenditur in triplici actu. Primò, in actu rationis, qui eſt loqui: per loquelam enim exprimitur mentis conceptus, cum dicitur, Tempus tacendi, quando verbum non haberet effectum.*

c Et tempus loquendi. *quando creditur oppoſitum. Secundò in actu concupiſcibilis, cum dicitur,*

d Tem. di. *quandiu ille qui diligitur eſt bonus & virtuoſus.*

e Et tempus odij. *quando efficitur malus, non tamen odiendo naturam, ſed culpam. Tertiò, in actu iraſcibilis, cum dicitur,* (Diuiſio.)

f Tempus belli. *quando inſurgunt aduerſarij iuſtitiæ, vel reipublicæ.*

g Et tempus pacis. *quando ceſſant tales aduerſarij. Sciendum autem, quòd hic accipiuntur actus concupiſcibilis & iraſcibilis, prout imperantur à ratione.*

h Quid ha. amp. homo de labore ſuo. *Hic remouentur quædam obiectiones poſſibiles fieri contra prædicta. Et diuiditur in tres partes ſecundum tres obiectiones: ſecunda ibi: Vidi ſub ſole. tertia ibi: Dixi in corde meo. Contra prædicta poſſet aliquis obijcere, ꝙ longæuitas deſideranda eſt tanquam ſummum hominis bonum, quia per eam poteſt acquiri ſapientia, & ſcientia in perfectione ſua: hoc remouet per hoc quòd homines quantumcunque viuant, ad perfectam cognitionem etiam rei minimæ, non attingunt, vt plenius dictum fuit ſupra primo capite, & hoc eſt quod dicitur: Quid habet amplius. in certitudine notitiæ.*

i Homo de labore ſuo. *in ſtudij exercitio longo, quaſi diceret: modicũ aut nihil, immò frequenter contingit ꝙ aliqui iuuenes ſtudioſi credant ſe multa ſcire per demonſtrationes, & procedentes vltra vident quòd non ſunt niſi topicæ, vel ſophiſticæ rationes: propter quod Socrates philoſophus dixit: Hoc tantum ſcio, quod neſcio, non auſus affirmare aliquid ſe ſcire, ideo ſequitur,* (Socrates ſciuit ſe nihil ſcire)

K Vidi afflictionem. *ſcilicet in exercitio ſtudij.*

l Quam dedit Deus filijs hominum. *inquantum dedit eis intellectum ad talia inquirendum.*

m Vt diſtendantur in ea. *ideſt occupentur.*

n Cuncta fecit Deus &c. *ideſt tempore creationis, vt dicitur in Gen. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona: ſed angelica natura, & humana per ſeipſam peiorata eſt.*

o Et mundum tra. diſpu. eorum. *ideſt hominum.*

p Vt non inue. &c. *ipſum perfectè cognoſcendo.*

q Ab ini. vſq; *i. dato ꝙ viueret per tempus longiſſimum: ideo cõcludit,*

r Et co. quod non eſſet melius niſi lætari, & bene fa. &c. *decenter viuere, & virtuoſè ſecundum curſum naturæ, ita ꝙ ſit contentus termino vitæ, quem dedit ſibi natura.*

s Omnis.n. ho. qui co. *honeſtè viuendo, & ſine cura ſuperflua.*

t Et videt bonum de labore ſuo. *ea quæ acquiſiuit, partim liberaliter partim miſericorditer tribuendo.*

u Hoc donum Dei eſt. *ſ. bonum in præſenti.*

x Didici quod om. ope. quæ fe. Deus. *quia illa quæ ſunt de integritate mundi, quantum ad partes principales, manent eadem numero. Sicut corpora cęleſtia quæ ſunt incorruptibilia ſimpliciter, & elementa, quę licet corrumpantur ſecundum aliquas partes, non tamen ſecundũ ſe tota.*

y Non po. eis quic. *ſicut nec ipſe addit poſtquàm ceſſauit à nouis operibus condendis: & eodem modo debemus eſſe contenti de termino vitæ noſtræ, nec ſolicitari de additione per longæuitatem.*

z Quod factum eſt. *à Deo incorruptibile.*

a Ipſum perma. *vt dictum eſt de corporibus cęleſtibus & elementis. Alia autem quæ corruptibilia ſunt, licet non ſic maneant eadẽ numero, manent tamen eadẽ ſpecie per ſucceſſionem generationis: ideo ſequitur,*

b Quæ futura ſunt. *& patet litera ex dictis.*

c Vidi ſub ſole. *Hic remouetur ſecunda obiectio, quę poſſet fieri. ſ. ſi proceſſus huius mundi melioraretur, quia ſicut longæuitas eſſet appetenda, vt ſic viderentur fieri maiora bona: ſed hoc excludit dicens: Vidi ſub ſole i. in hominum habitatione.*

a In



a *Dixi in cor. meo.* Quaſi: Non mirũ: inter iuſtum & impium nihil diſtare, nec virtutẽ nihil valere: ſed indiſcretè omnia volutari, cum etiam inter pecudes, & homines quãtum ad corpus vel vilitatẽ corporis nihil intereſſe videatur: vna conditio naſcendi, vna ſpecies moriendi. Si autem vr̃ diſtantia ꝙ ſpiritus hominis aſcendat in cęlum pecoris in terrã deſcẽdat: quis certus autor eſt? quis ſcit an vera an falſa ſint q̃ ſperantur? Non hoc dicit, quia animam hominis putaret perire cũ corpore, vel vnum locum beſtijs hominibuſq; præparari. Sed quia ante aduentum Chriſti omnes animę hominum pariter deſcendebãt ad inferos. Vnde hominis pecoriſq; ſpiritus eiuſdẽ vilitatis videbatur. Et licet alter cum corpore periret, alter non, non multũ intererat cũ corpe perire, & ad inferos deſcendere. *Hie.* Dixi in corde meo de loquela filiorum hominum, quia probat illos Deus. Hoc ſolum inter homines, & iumenta Deus eſſe voluit, quia nos loquimur: illa ſunt muta, & cum hoc ſit, tñ oſtenditur nobis, quia ſcđm corpus iumẽta ſumus, ſicut iumentũ morimur, & vnus oĩbus ſpiritus eſt. ſ. aer. Hoc eſt.n. qđ ait: Et ſpiritus vnus omnibus, & amplius homini à pecore nihil eſt. Allegor. Homines & iumenta ſaluabis domine. Et alibi: vt iumentum factus ſum apud te. Et in prophetis: Homines & pecora in Ieruſalem ſaluanda dicuntur, & impleri terram pecoribus & armentis.

b *Quis nouit.* Non dicit inter hominis, & pecudis dignitatem nihil intereſſe, ſed per Quis, difficultatẽ rei mõſtrat. Quis.n. nõ impoſſibile, ſed difficile in ſcripturis ſãctis ſępiſſimè ſignificat, vt ibi: Generationem eius quis enarrabit? Domine quis aſcendet in tabernaculo tuo? Ieremias quãuis in Heb. aliter. Et homo eſt, & quis cognoſcit F eum? Inter homines igitur & beſtias hæc differentia eſt, quod ſpiritus hominis aſcendit in cęlũ, & iumenti deſcendit in terram cum carne diſſolutus: ſi tamen huius rei vir aliquis eruditus, & rei quaſi dubiæ certus aſſertor ſit.

c *Deorſum.* Ad inferos. Fieri enim poteſt vt citò mutentur: Et ſæpe qui docti videbantur ad inferos ducuntur, & ſimplices ruſtici coronantur.

d *Et depreben.* Superiori errore turbatus, quo putabã homines nihil à beſtijs differre: in hac ſtulta opinione ductus ſũ, vt dicerem hoc tantum bonum præſentẽ carpere voluptatem, quia poſt mortẽ non liceret, ſed melius de lętitia bonorum operum. Nihil enim melius quàm lætari hominem in opere bono, in eleemoſynis, & huiuſmodi, præparando in cęlis theſauros. Hanc enim portationem veraciter habemus. Non enim poſſumus poſt hanc vitam rurſus noſtris laboribus perfrui, aut ſcire q̃ in mundo futura ſunt poſtea.

(a ¶Dextera eorum repleta eſt muneribus.)
le in loco iudicij impietatẽ, & in loco iuſtitiæ iniquitatẽ. Et dixi* in corde meo: Iuſtum & impium
(¶In futuro.)
iudicabit dominus, & tẽpus om-
(a ¶Non modò.)
nis rei tũnc erit. Dixi in corde
(a ¶Sanctorum qui verè homines vel doctores.)
meo de filijs hominũ, † vt probaret eos Deus, & oſtenderet ſimiles
(¶Similis.)
eſſe beſtijs. Idcirco vnus interitus eſt hominis & iumentorũ, & ęqua vtriuſq; conditio. Sicut moritur homo, ſic & illa moriuntur. Simi-
(¶Vel, Et ſpiritus vnus omnibus.)
liter ſpirant omnia, & nihil habet homo amplius iumento: *cuncta ſubiacent vanitati, & omnia per-
(a ¶Ne putaremus dictum de anima.)
gunt ad vnum locum. De terra fa-
(a ¶Secundum corpus & membra. Terra es & in terram ibis.)
cta ſunt*, & in terram pariter † reuertuntur. Quis nouit ſi ſpiritus
(¶In cœlum.)
filiorum Adam aſcendat ſurſum,
(¶Peccatores qui verè iumentum, vel idiotæ.)
& ſi ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum? Et deprehẽdi nihil eſſe melius, quàm lætari hominẽ in opere ſuo: & hanc eſſe partẽ il-
(a ¶Ideſt neſcit qualis ſit eius hæres futurus.)
lius. Quis enim eum adducet, vt poſt ſe futura cognoſcat?

c Et dixi in corde meo. Iuſtum, & impium iudicabit do. *quia cum* G *ſit iuſtiſſimus, non permittit aliquod bonum irremuneratum, nec aliquod malum impunitum. Videntur autem in præſenti multi mali vſq; ad mortem eſſe in proſperitate, & econtrario multi iuſti in aduerſitate: & ideo ex diuina iuſtitia concluditur aliam vitam eſſe expectandam in qua iniuſti hic impuniti puniantur à domino, & iuſti præmientur, ideo ſubditur,*

d Et tempus om. rei tunc erit. *quia multa quæ nunc videntur inordinata, ad ordinem diuinæ iuſtitiæ reducentur.* (* ego)

e Dixi in corde meo de filijs. *Hic remouetur tertia obiectio, quæ primò ponitur: & ſecundò tollitur, ibi: Quis nouit. Obiectio autẽ procedit ex errore eorum qui negauerunt vitam aliam, cuiuſmodi fuerunt Saducæi, qui negauerunt ſpiritum, & angelum, & reſurrectionẽ. vt habetur in Act. & plures alij ante ipſos: ex quorum perſona dicitur: Dixi in corde meo de filijs hominum. ideſt ꝙ nullam excellentiam reſpectu alterius vitæ haberent magis quàm beſtiæ, quarum nihil remanet poſt mortem: & ſecũdum hoc patet litera ſeques. Si autem hoc dictum eſſet verum, longæuitas eſſet homini maximè appetenda, vt ſic acciperet quantum poſſet de bonis præſentis vitæ: ex quo non expectaretur vita alia, in qua pęna aliqua ſeu præmiatio eſſet reddenda.* (Act.23.b; † quomodo elegit eos Deus & ſinit apparere ac ſi eſſent iumenta inter ſeſe.)

f Quis nouit. *Hic remouetur dicta obiectio, quia procedit ex carnalitate hominum vitam præſentem tantummodo conſiderantium: & hoc eſt quod dicitur: Quis nouit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcen. ſur. tanquam immortalis, quaſi diceret, pauci valde, & accipitur hic, ſi pro quia, quaſi diceret: quia verum eſt quod aſcendit. Et dictio Hebr. quæ ponitur hic eſt æquiuoca ad ſignificandum ſi, & quia: & litera Hebr. planior eſt quæ ſic habet: Quis noſcens, quia ſpiritus filiorum Adam aſcendens ſurſum, ideſt aſcendit. Heb. enim nõ habent præſens tempus indicatiui modi, ſed pro eo vtuntur participio præſentis temporis: vnde: gloſſa Heb. ſic habet: Quis noſcens, &c. ideſt quis ponit cor ſuum ad cogitandum, quòd ſpiritus hominis adducitur ad diuinum iudicium ad rationem reddendam, ſcilicet de his quæ agit per liberum arbitrium.* (* quia; † reuertentur) H

g Et ſi ſpiritus iumentorũ deſcendat deorſum. *ideſt quia non adducitur ad diuinum iudicium, quia non agit per liberum arbitrium, ideo mortalis eſt ſimul cũ corpore. De immortalitate verò animæ clarius dicit infra dicens de morte hominis. Reuertatur puluis in terram ſuam: vnde erat: & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* (Infra 12.c)

h Et deprehendi. *Hic infertur concluſio intenta in hoc capitulo: & primò infertur concluſio: ſecundò remouetur quædam obiectio, ibi: Quis enim eum adducet: Concluſio verò intenta eſt, quod longæuitas nõ ſit multum appetenda, ideo dicit ex prædictis: Et deprehendi nihil eſſe me. in ſpatio vitæ præſentis conceſſo.*

i Quàm lętari hominem in opere ſuo. *ideſt in operibus virtuoſis, quæ propriè dicuntur humana: alia enim opera magis dicuntur beſtialia.*

K Et hanc eſſe partem illius. *Ideſt quod termino vitę ſibi conceſſo ſit contentus, ſicut parte debita in preſenti.*

l Quis enim eum adducet. *Hic remouetur obiectio, Poſſet enim aliquis obijcere dicens: immo longæuitas eſt multum appetenda, vt homo prouideat filijs ſuis dicens. Quis enim eum addu. ſ. hominem ad talem notitiam.*

m Vt poſt ſe futura co. *ideſt vt ſciat filios poſt ſe victuros: & ſi viuant qualiter bonis ſibi derelictis ſint vſuri, quaſi diceret, nullus adducet eum ad hanc notitiam: & ideo ex hac cauſa non debet eſſe multum ſolicitus de longæuitate.*

## NICOLAVS DE LYRA.

a In loco iudicij impietatem. *Ideſt vbi ſolebat dari rectum iudicium, datur impium.*

b Et in loco iuſtitiæ iniquitatem. *Quia pro habitu iuſtitiæ in multis partibus ſucceſſit habitus nequitiæ: & adhuc plus ſuccedet in futuro tẽpore. Vnde dicit ſaluator. Abundabit iniquitas, & refrigeſcet charitas multorum.*

c Et

## GLOS. ORDINAR. CAP. IIII.

a VErti me ad alia. Plenius hunc locũ Dauid in pſal. 62. & Iere. in ſuo volumine proſequuntur.

a Et

## NICOL. DE LYRA. CAP. IIII.

VErti me. *Quartum quod ſolet ab hominibus deſiderari tanquam ſummũ bonum in vita præſenti eſt autoritas dñij. Ideo hoc excludit in hac quarta parte huius libri oſtendens ꝙ non ſit hominibus appetenda. Et primò oſtendit hoc ex defectibilitate humana ſecundò ex ſublimitate diuina, ibi: Cuſtodi pedem tuum. Prima in duas: quia primò oſtendit propoſitum rationibus ſumptis ex parte plebis: ſecundò ex parte principis, ibi: Melior eſt puer. Prima adhuc in duas. ſ. in partem principalem, & incidentalem: ſecunda, ibi: Stultus. Prima in duas ſecundum duas rationes quas inducit ad propoſitum: ſecunda, ibi: Rurſum. Prima ratio accipitur ex*

## CAP. IIII.

(¶Poſt prædictam cogitationem.)
VErti me ad alia, & vidi † calumnias quæ ſub ſo-
(¶Pro calumnijs.)
le geruntur, & lachrymas inno-
(a ¶Quæ ſub ſole.)
centum, & neminem conſolato-
(a ¶Quæ maior miſeriæ dolor.)
rem: nec poſſe reſiſtere eorum



iniurijs

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Et laudaui.* Hier. Alij hunc locũ ita intelligunt, dicentes eos
E eſſe meliores, qui mortui ſunt, quàm viuentes, licet antè fue
runt peccatores: quia hi in prælio & quaſi in ergaſtulo, mor
tui verò iam ſecuri, qui & peccare deſierunt, ſicut & Iohan.
Matt.11.b quo maior nõ fuit in natis mulierum. Minor eſt eo, qui mi-
nimus eſt in regno cælorum, & cor-
poris mole liberatus neſcit, cũ Apo-
Rom.7.d ſtolo dicere: Infelix ego homo, quis
me liberabit de cor. mor. huius? Me-
liorem aũt dicunt eũ eſſe his duobus
qui nondum natus eſt, in eo qđ nec
Nota mundi miſerias vidit. Animas autem
noſtras antequam ad corpora iſta de
ſcendant, verſari dicunt apud ſupe-
ros, & tandiu eas eſſe beatas, quandiu
perfruantur choro angelico.

b *Et fe.* Quia nec vidit hæc mala, nec
expertus eſt, nec ſecundum errorem
eorum qui putant animas eſſe anteq
homines fiant. Melius eſt itaq; omni-
† cogitatio Mar.14.c no non eſſe, quàm malè viuere. Vn-
de: Melior illi erat ſi natus non fuiſ-
ſet homo ille quàm pati, ſubaudi,
æternam pœnam.

c *In hoc ergo va.* Quid ergo vanius quã
ſuas miſerias non flere, alios iudicare
melioribus inuidere?

d *Stultus com. ma.* vult oſtendere miſe-
rum, & qui habet: quia inuidiæ pa-
† dolore tet, & periculo ſubiacet: & qui non
habet, quia inopia opprimitur. Aliter,
Stultus com. à bono opere ceſſando.
nec viriliter agendo comedit car. ſu.
carnalibus ſ. deſiderijs tabeſcens, do-
nec conſumatur. Stultus co. ma. Hic
eſt piger qui in prouerbijs continens
manus ſuas ſuper pectus ſuum deſcri
bitur, cui tanq̃ citus curſor venit ino-
Prou.14.d pia. Vel ſic qui alienæ felicitati inui-
det, & quaſi ſpiritus furore raptatur,
quiq; inuidiã in ſinum receperit nu-
F trieritq; in pectore, iſte comedit ani-
† nec recogitat dicẽs mam & carnes ſuas. Quantò n. illi fe-
licius ſuccedit, tantò iſte tabeſcit, &
paulatim in zelum & furorẽ diſtillat.
Aliter, Manus ſe. pro ope. vnde: Ver-
† ſpiritus Aggæi 1.a bum quod factum eſt in manus Ag-
gei. i. talia opera geſſit, vt dignus eſſet
ad quem ſermo Dei fieret. Et Dauid:
Pſal.143.a Qui docet ma. ad prælium. Stultus igit
amplexus eſt manus. ſ. extendere no-
luit. Vnde: Non comedit labores manuum ſuarum, quos
nec habet: ſed ſecundum carnes ſuas viuens: Ideſt ſapien-
tiam carnis, & carnis operibus veſcitans.

e *Melior eſt.* Singularis numerus in bono, duplex in malo:
ideo vnus pugillus habet requiem, duæ manus laborẽ. Me-
lior eſt pau. Melius eſt modicũ iuſto, &c. In prouerbijs. Me-
lior eſt parua acceptio cũ iuſtitia, quàm multa genimina cũ
iniquitate, eligant. Iuſtitia requiem habet, iniquitas laborẽ.
Pſal.36.b Prou.16.b f *Conſide.* Conuerſus ſum ad alios, & vidi eos pluſquàm ne-
ceſſe eſt laborare. Congregare per fas, & nefas, & non vti G
congregatis, ſeruare alijs, cum nec fratrem habeant nec pro
pinquum, & nihil vanius deprehendi.

g *Van. eſt.* Poſſumus hæc intelligere de his qui libros faciũt,
& ignauis lectoribus relinquunt. De Chriſto quidã hunc
locum interpretant, qđ ſolus & abſq; comite ad mundũ redimendum ve-
nerit: Et quamuis per adoptionem multi filij Dei ſint, nullus tñ dignus,
qui in hoc ei opere iungeretur, cuius laborũ non eſt finis, quia pro nobis
dolet, & oculus nõ ſaturatur diuitijs ſemper cupiens noſtrã ſalutem. Do-
lere autem dicimus, ſecundum hoc: Spiritus poſtulat ꝓ nobis gemitibus inenar-
rabilibus, ita Chriſtus ꝓ peccatis noſtris dolet. i. dolere nos facit.

h *Melius eſt.* Poſt ſolicitudines & miſerias quibus ſe cruciat, qui ſine hęre
de acquirendis opibus inhiat, ad † ſodalitatem ſermo confertur. Et dr̃ qđ
boni habeat, quia. ſ. alterius ruina, alterius ſolatio ſubleuẽt, & curas do-
meſticas, & noctis requiem melius exigat, qui amicũ fidum habeat, quã
ſolis opibus incumbat acquiſitis: & ſi fortior inimicus contra eũ ſurrexe
rit, alterius ſolatio ſuſtentari. Et quantò duo differunt, ſi amore coniuncti
ſunt, tantò triũ plus valere contubernium, quia charitas vera nullo liuore
violata, quantò augetur numero, tantò creſcit robore. Melius. Quia ſupe-
rius quorumdam intelligentiã ſuper Chriſto poſuimus, etiam reliqua eo-
dem ordine tranſigamus. Melius eſt duos ſimul eſſe quã vnum. Melius eſt
n. habitantem in ſe hr̃e Chriſtum, quã ſolum patere inſidijs aduerſarij.
Si n. ceciderit vnus, erigit Chriſtus participẽ ſuũ. Væ ei qui cum corrue-
rit, Chriſtum non habet erigentem. H
Si dormierit vnus, ĩ morte. ſ. & Chriſtũ ſecũ habuerit, calefactus & viuifi-
catus citius reuiuiſcet: & ſi aduerſus eũ pugnẽdo robuſtè ei diabolus inſti
terit, ſtabit homo & Chriſtus pro homine ſuo: non ꝙ contra diabolum
Chriſti virtus infirma ſit, ſed ꝙ liberum homini relinquatur arbitriũ &
ruentibus nobis ipſe in prælio de nobis fortior ſit. Quod ſi etiã pater & filius & ſpiritusſanctus
aduenerit, non citò rumpitur iſta ſoliditas. Quod autẽ non
facilè rumpitur, tamen aliqñ rumpitur, vt in Iuda. In Iuda
n. triplex funiculus fuit, ſed quia poſt bucellam introiuit in
eũ ſatanas, diruptus eſt. Quòd aũt ſupra: Et ſi dor. duo. fo.
mutuo. De Eliſeo ſumimus exemplum, ꝙ contraxerit ſe cũ
puero & dormierit & calefecerit corpuſculũ eius, & ita viui
ficauerit reſurgentem. Niſi igitur Chriſtus nobiſcũ dormie
rit, & in morte requieuerit, calorẽ vitæ æternæ accipere nõ
valemus. Laodicenus ſic dicit Eccleſiaſtẽ de commutatio-
E ne bonorum in mala hic habere ſermonem, & exprimere
inſipientem hominẽ qui futura non cogitans, præſentibus
& caducis quaſi magnis & perpetuis delectat, & poſt diuer
ſa quæ accidunt, hominibus, immutatur, quaſi generalẽ in-
fert de morte ſententiam, quod innumerabilis multitudo intereat, & pau-
latim conſumatur & tranſeat, vno-
quoq; alium in loco ſuo relinquente.

a *Melior eſt puer pau.* Symmachus ita,
melior eſt puer pauper cum ſapientia
rege ſene, & inſipiente, qui neſcit pa-
uere viciſſitudinem. Alter. n. de carce-
re exit ad regnum. Alter verò cum etiã
rex natus, paupertate opertus eſt. Vidi
omnes viuentes qui gradiũtur ſub ſo-
le cum adoleſcente ſecundo, qui ſurre
xerit pro eo. Infinitus omnis populus
qui fuit ante vtrunq;, & poſteri non
lætabũtur in eo, ſed & hoc aura & pa-
ſtiola venti. *Greg.* Ponti. epiſcopus ita.
Ego pręfero adoleſcentulum ſapientẽ
& pauperem ſeni regi & ſtulto, qui nõ
putat, ꝙ poſſit aliquis de his quos vin
xit, de carcere eijcere, vel exire ad re-
gnum vel ipſe de praua poteſtate cor-
ruere. Fit. n. interdum, vt qui ſub adole
ſcentulo ſapiente fuerint, ſine mœrore
ſint, ita tamen vt cum ſene ante verſa-
ti ſunt. Qui. n. poſtea nati ſunt, quia
mala præterita neſcierunt, nec poſtea
adoleſcentẽ laudare poſſunt, qui pòſt
reſurrexit, abducti opinione peruerſa,
& impetu ſpiritus aduerſantis. *Hieron.*
Hebr. meus Darachiam (quẽ maximè
admirantur) ita expoſuiſſe teſtatus eſt.
Melior eſt interior homo qui poſt 14.
pubertatis annum in nobis per ſapien
tiã exoritur, exteriori homine qui de
matris aluo natus eſt, qui neſcit recedere à vitio, & qui de
domo vinculatorum. i. vtero ad hoc exit, vt regnaret cũ vi-
F tijs, qui etiam in poteſtate ſua pauper effectus eſt mala om
nia perpetrãdo. Vidi eos qui in priori homine vixerunt, &
cum ſecundò poſt cõuerſati ſunt, eo. ſ. qui priore deceſſo re
generatus eſt. intellexi quidem oẽs in priore hoĩe peccaſſe, G
anteq̃ ſecundo naſcente duo fierent. Qui verò ad meliora
conuerſi, & poſt, Y, literã philoſophorũ ſiniſtro tramite di-
miſſo ad dextrũ apicẽ contenderũt, & ſcđm. i. nouiſſimum
hoiem ſunt ſecuti, nõ lætabũtur in eo. i. priore. Origenes &
Victorinus nõ multũ inter ſe differũt.
Poſt generalẽ. n. ſententiam quæ om-
nibus patet, qđ melior ſit adoleſcens
pauper & ſapiens quàm rex ſenex, &
inſipiens: & quod frequẽter eueniat,
vt ille per ſapientiam ſuam etiam de
carcere regis egrediens, imperet pro
peruerſo, & rex inſipiens imperium
perdat: Super Chriſto, & diabolo ſic
interpretati ſunt: Puerum pauperem
& ſapientem Chriſtum: vnde: Ma-
gnum eſt tibi vocari puerum etiam
eum pauperem, & quia cum diues eſ-
ſet, pauper pro nobis factus eſt. Sapiẽ- Gen.41.c 2.Cor.8.b
tem, quia proficiebat ætate & ſapien Luc.2.g.
tia. Ille natus eſt in regno ſenis, & ideo Iohan.18.g
dicit: Regnum meum non eſt de hoc Matt.4.b
mundo: ſi ex hoc mundo eſſet regnũ
meum, mei vtique de. vt non tra. Iu.
Nunc autem regnum meum non eſt
hinc. In illius ergo ſenis ſtulti regno q
oſtendit ei omnia regna mundi & glo
riam eius, natus eſt optimus puer, &
de domo vinculatorum, de quibus Ie- Trem.2.d
re. Vt humiliaret ſub pedibus eius om
nes vinctos terræ, proceſſit ad regnũ,
& abijt in regionem longinquam, &
contra illos qui regnare eum nolebãt Luc.19.b
poſt aliquãtulum temporis rex reuer-
ſus. Vidit ergo in ſpiritu Eccleſiaſtes
viuentes omnes qui poſſunt adoleſcẽ
tis eſſe participes, dicentis: Ego ſum
vita: veteri ſtulto rege dimiſſo, Chri- Iohan.14.a
ſtum ſequi ſimul duo ex Iſrael populi
ſignificantur. prior qui ante aduentum fuit, & poſterior
qui Antichriſtum pro Chriſto ſuſcepturus eſt, qui prior nõ
penitus eſt abiectus. Prima enim eccleſia ex Iudæis & Apo H
ſtolis congregata eſt, & in fine Iudæi qui Antichriſtum pro
Chriſto ſuſcepturi ſunt, non lætabuntur in Chriſto.

a *Appro-*

---

violentiæ cũcto auxilio deſtitutos.

¶ Ideo. ¶ Comparatione eorum. a ¶ Qui non ſentiunt has miſerias.

a Et laudaui magis mortuos quàm a
b viuentes, & feliciorẽ † vtroq; iudica b c
ui qui necdũ natus eſt, nec vidit ma d

¶ Conuertens me ad alia.

la quę ſub ſole fiunt. Rurſum contẽ e
platus ſum omnes labores homi-

¶ Alter alterius bonis inuidet & patet inſidijs glorioſus.

nũ, & induſtrias animaduerti pate- f
c re inuidiæ proximi. Et in hoc ergo g
d vanitas & † cura ſuperflua eſt. Stultus h i

a ¶ Manum ſuam ponit ſub aſcel. b ¶ Vrgente fame. ¶ Hiperbolicè.

complicat manus ſuas, & comedit k

a ¶ Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. ¶ Fratris.

e carnes ſuas dicens: Melior eſt * pu- l

a ¶ Quã dignus iuſtus. b ¶ Otio. ¶ Diuitijs.

gillus cũ requie, quàm plena vtraq;

a ¶ Quã digna iniquitas.

manus cum † labore & afflictione

¶ Per hæc alia.

f animi. Conſiderans reperi & aliam m

¶ Solus Chriſtus. ¶ Aliquis homo. ¶ In redemptione mundi.

g vanitatem ſub ſole. † Vnus eſt, & ſe n
cundum non habet: non filium, nõ

a ¶ Aliquem hæredem cui congregata ſeruet. ¶ Portanda peccata noſtra.

fratrem: & tamen laborare nõ ceſ-

a ¶ Naturæ etiam non ſatisfacit.

ſat, nec ſatiantur oculi eius diuitijs,

a ¶ Quia ſemper cupit vitam noſtram vel ſalutem.

nec recogitat, dicens: Cui laboro,
& fraudo animam meã bonis? In
hoc quoque eſt vanitas & afflictio
h † peſſima. Melius eſt ergo duos eſ- o
ſe ſimul quàm vnum: habent enim p
emolumentum ſocietatis ſuæ.
Si vnus ceciderit, ab altero fulcie a b
tur. † Væ ſoli, quia cum ceciderit, c
non habet ſubleuantẽ ſe. Et ſi dor d
mierint duo, † fouebũtur mutuò.
Vnus quõ calefiet? Et ſi quiſpiã e f
præualuerit cõtra vnum, duo re-
ſiſtunt ei. Funiculus triplex diffi- g
a cilè rumpitur. Melior eſt puer h
pauper & ſapiens, rege ſene & ſtul
to, qui neſcit † præuidere in poſte
rũ. Quòd & de carcere cateniſq; i
interdum quis egrediatur ad re- k
gnum, & alius natus in regno in-
opia conſumatur. Vidi cuctos vi l
uentes, qui ambulant ſub ſole cũ m n
adoleſcente ſecundo, qui conſur- o
get pro eo. Infinitus eſt numerus p
populi omnium qui fuerũt ante q
eum: & qui poſtea futuri ſunt, nõ r s
lætabuntur in eo. Sed & hoc vani t

a ¶ Magnum eſt eccleſiam intrare, ſed ſine offenſione.

tas, & afflictio ſpiritus. Cuſtodi u x

¶ Affectum. ¶ Vel templum.

pedem tuũ † ingrediẽs domũ Dei:

---

## NIC. DE LYRA.

¶ *iniuriis & violentiis quæ innocentibus inferuntur, & à ſuperioribus non corriguntur, aut quia non poſſunt, aut quia nolunt, & ſic continuè anxiantur vel ſua poteſtate abutuntur: talis autem ſtatus non eſt appetendus ergo, &c. & hoc eſt quod dicitur: Verti me ad alia. & patet ex dictis litera vſque ibi.*

a Et lau. magis mor. quàm vi. *i. ſtatum eorum, eò ꝙ ſubtracti ſunt à vita præſenti, antequam haberent experientiam tanti mali.*

b Et feliciorem. *ideſt minus miſerum.*

c Vtroq; *ſ. malo homine mortuo, & malo homine viuente.*

d Iudicaui qui necdum natus eſt. *i. abortiuum qui non habet experiẽtiam aliquam mali pœnæ, aut mali culpæ actualis: & ſic non ſuſtinet aliquam pœnam ſenſibilem, ſed habet vitam magis delectabilem quã poſſit haberi in vita præſenti: ſecundum omnes doctores qui loquuntur de morientibus in ſolo peccato originali.*

Diuiſio. e Rurſum. *Hic ponitur ſecũda ratio ad idem. Statim enim cum aliquis aſcendit ad ſtatum dominij inſurgunt inuidiæ contra ipſum, & per conſequens odia, rancores, & inſidiæ: talis autem ſtatus non eſt appetendus. ergo, &c. & hoc eſt quod dicitur: Rurſum contemplatus ſum o. labores hominum & induſtrias, quibus aſcendunt ad dominij ſtatum.*

f Animaduerti patere in. pro. *& hoc patet ad ſenſum.*

g Et in hoc er. va. *i. in ſtatu dominij acquirendo eſt vanitas ſuperbiæ.*

h Et cura ſuperflua eſt. *in acquirendo enim & conſeruando requiritur magna cura & anxietas animi.*

i Stultus complicat manus ſuas *Hæc eſt pars incidentalis, in qua reprobat duplicem modum fugiẽdi dominiũ: quia vituperabile eſt vtrinſque motiuum. Secundus remouetur, ibi: Conſiderans. Circa primum ſciendum, quod in acquiſitione dominij requiritur labor magnus, vt dictum eſt quem refugit piger non virtuosè, quia bene vellet dominari, ſed deſidioſè quia vult otiari: & hoc eſt quod dicitur: Stultus. ideſt piger. Complicat manus ſuas. tanquam otioſus.*

K Et comedit carnes ſuas. *quia propter fugã laboris habet parum ad comedendum, & ſic attenuantur carnes eius.*

l Dicens, Melior eſt pu. cum re. *ad excuſationem ſuæ pigritiæ.*

m Conſiderans reperi et aliam va. *Hic remouetur ſecundus modus vitioſus, ſcilicet per auaritiã. Ad ſtatum enim dominij oportet magnas expenſas fieri, quod refugit auarus non per virtutem, ſed per auaritiã. & hoc eſt quod dicitur: Conſiderans reperi & aliam vanitatem. ſcilicet miſeriam auari, de quo ſubditur,*

n Vnus eſt, et ſecundum non ha. *quia refugit habere familiaritatem & amicitiam cum quocunq;, ne oporteat ipſum aliquid expendere, & tamen non ceſſat acquirere cum magna & animi & corporis afflictione, ideo cõcluditur ꝙ eſt afflictio peſſima: & patet litera, propter quod ex oppoſito concluditur,*

o Me. eſt er. du. eſſe ſi. q. *i. plures coniunctos amicitia & ſocietate.*

p Habent enim emo. ſo. *ſ. quia communicant inuicem bona ſua.*

¶ a Si

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Si unus ceci. *In aliquod infortunium.*

b Ab altero ful. *Quia ab eo iuuabitur & conſolabitur.*

c Væ ſo. *Ideſt ſocietatem & amicitiam cum aliquo non habenti.*

d Et ſi dor. duo in lecto uno. *contra malũ frigoris, per hoc metaphoricè intelligitur quietatio plurium in vna dilectione, ideo ſubditur.*

e Vnus quoq. ca. *ſ. charitate vnde dicit Greg. hom. 39. Charitas ſemper in alterum tendit, vt eſſe charitas poſſit.*

f Et ſi quiſpiam præua. contra unum. *hoc patet in corpore & anima: quia amicus iuuatur ab amico, non ſolum in tribulatione mundi, ſed etiam in tentatione diaboli.*

g Funiculus triplex diffi. rum. *i. quantò plures & boni ſunt amicitia coniuncti, tantò ſtatus eorum melioratur.*

h Melior eſt. *In principio huius capituli oſtendit, dominium non eſſe appetendum rationibus ſumptis ex parte plebis: hic idem oſtendit ex parte principis. Et ponuntur hic tres rationes. Prima ratio eſt, quia frequenter contingit quod rex ætate prouectus eſt ſapientia deſtitutus. quia delicioſè nutritus fuit, & in delicijs viuit, quæ impediunt acquiſitionem ſapientiæ, & ideo melioris conditionis eſt iuuenis pauper, qui eſt ad acquirendam ſapientiam diſpoſitus: quia ſicut dicit Secundus Philoſophus. Paupertas eſt ſapientiæ reparatrix: propter quod Socrates philoſophus & multi alij diuitias contempſerunt. & hoc eſt quod dicitur: Melior eſt puer pauper. hoc patet in Ioſeph, & Pharaone. Prævidit enim Ioſeph famem futuram, & remedium præuidit cõtra ipſam, quod rex facere neſciuit.*

i Quod & de carcere. *Hic ponitur ſecunda ratio, quæ talis eſt: Illud quod frequenter terminatur ad magnam miſeriam, non eſt appetendum tanquam huius vitæ ſummum bonum: ſic eſt de dominio temporali. vnde. Sedechias rex Iuda finaliter exoculatus, & captiuus in Babylonem ductus, & ſic miſerabiliter mortuus. Poteſtas etiam temporalis aliquãdo caſualiter & ſubitò venit ex magna miſeria, ſicut de Ioſeph, qui eductus de carcere ſtatim fuit factus princeps Aegypti, & ſecundus à rege. Quod autem ſic à caſu prouenit, non eſt ſummum hominis bonum, ideo ſubditur: Quod & de carcere cateniſq;, ſicut dictum eſt de Ioſeph.*

k Et alius natus eſt in re. *ſicut dictum eſt de Sedechia, qui fuit filius regis.*

l Vidi cunctos viuentes. *Hic ponitur tertia ratio. Frequenter enim accidit, quod ſeneſcente rege populus & maximè iuuenes adhærent filio eius, qui pro eo eſt regnaturus, & aliquando regnum vſurpat ſibi viuente patre, ſicut Adonias voluit facere, & eodem modo fit de eiuſdem filio quando ſeneſcit, & filius eius ad ætatem adultam venit. Quòd autẽ rex in fine vitæ ſic contemnatur, vel de eo parum curetur, eſt ſibi doloris materia, propter quod talis dignitas non eſt appetenda: & hoc eſt quod dicitur: Vidi cunctos viuentes. ideſt multos. Eſt enim hyperbolica locutio. ſic dicitur: Omnes de ciuitate currunt ad tale ſpectaculũ ad denotandum multitudinem currentium, licet aliquando maior pars remaneat.* 3.Reg.1.a

m Qui ambulant ſub ſole. *i. in vita præſenti.*

n Cum adoleſcente ſecundo. *i. cum filio regis qui eſt ſecundus ab eo, eò ꝙ regnaturus eſt poſt eum, ideo ſubditur,*

o Qui conſurget pro eo. *ſ. in regno.*

p Infinitus numerus eſt populi. *ideſt valde magnus, & eſt hyperbole ſicut & ſupra.*

q Omnium qui fue. *adhærentes primò patri, & poſteà ſibi modo dicto.*

r Et qui poſtea futuri ſunt. *iſto filio ſeneſcente.*

s Non lætabuntur in eo. *ideſt parum curabunt de eo, ſed magis adhærebunt filio eius, vt dictum eſt.*

t Sed & hoc va. *quod rex ſenior dimittitur ſic pro iuuene.*

u Et afflictio ſpiritus. *regi ſic dimiſſo.*

x Cuſtodi. *Superius oſtendit dominium terrenum non eſſe appetendũ rationibus ſumptis ex defectibilitate humana, hic conſequenter idẽ oſtẽdit ex ſublimitate diuina. Deus enim eſt ſummè venerandus, & timendus, vt ſupponitur ab omnibus: quia quilibet reputat Deum id quo melius eſſe vel cogitari non poteſt. vt dicit Anſelmus: ſed poteſtas terrena retrahit à diuino timore & reuerẽtia, vt patet non ſolũ de regibus infidelibus Deum verũ contemnentibus, ſ. Pharaone, Sennacherib, & Nabuchodonoſor, ſed etiam de fidelibus: ſicut de Dauid qui ex poteſtate regia non timuit Deũ offendere in adulterio Bethſabee, & homicidio Vriæ & de Salomone in templorum pro idolis ædificatione, & Ieroboam in vitulorũ aureorum fabricatione & adoratione: ergo talis poteſtas non eſt appetenda. In hac ratione ſic procedit: quia primò oſtendit Deũ eſſe ſummè venerandum, ſecundò timendum: ꝙ eſt huius rationis fundamẽtum, ſecunda ibi: Tu verò. Prima in duas, quia primò oſtendit Deum ſummè eſſe venerandum in ſe, ſecundò in miniſtris ſuis, ibi: Ne dicas: Prima adhuc in duas, quia primò oſtendit Deum venerãdum opere. & ſecundò ore, ibi: Ne temerè. Circa primum dicit: Cuſtodi pedem tuũ ingrediens domum Dei, vt non ingrediaris pompaticè & ſuperbè, ſicut ſolent facere potentes huius ſeculi ſua poteſtate nimis eleuati.*

Anſelmus in lib. Cur Deus homo. Exo.1. vſq; ad 14. 4.Reg.19.b 2.Par.32.e Dan.4.f 2.Reg.11.a 3.Reg.11.a Ibid.12.f Diuiſio.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Appropinqua.* Moyſes accedit ad audiendum Deum, alij non poſſunt.
b *Stultorum.* inobedientium, qui donis & victimis volunt emere impunitatem peccatorum: ſed dominus ait: Miſericordiam volo, & nõ ſacrificiũ.

† quia propinquior Deus ad audiendum quàm ad ſuſcipiendũ ſacrificiũ quod dant ſtulti.

a ¶Mente digna, aliter non audies. b ¶Aure cordis. ¶Præcepta Dei & obedi.

†& apprõpinqua, vt audias. † Multò enim melior eſt obediẽtia, quàm

a ¶Dum non obedierint, & offerunt: Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fue. &c.

ſtultorum victimæ, qui neſciunt quid faciunt mali.

## NIC. DE LYRA.

a Et appropinqua. *ſacerdotibus & legis doctoribus.*
b Vt au. *ſcilicet Dei mandata ad ea fideliter adimplenda.*
c Multò enim melior eſt obedientia. *in obſeruatione mandatorum Dei.*
d Quàm ſtultorum victimæ. *i. tranſgreſſorum legis, qui per poteſtatem ſuam non formidant Dei mandata tranſgredi, æſtimantes eum placare oblationibus & ſacrificijs.*
e Qui neſciunt quid fa. ma. *Ex hoc enim q ſunt ſuperbia excæcati, cognoſcere neſciunt grauitatem ſui peccati.*

## GLOS. ORDINAR. CAP. V.

NE *temerè Deus.* Qui omnia audit & videt, & ſtultitiam tuam arguit, quamuis ipſe in cœlo, & tu in terra.
b *Multas.* Q Sicut qui multa cogitat ipſa frequenter ſomniat, ſic in ſtultitiã recidit, qui vltra ſe de Deo diſputat. Vel, quia modò videmus per ſpeculum & in ænigmate, quaſi per ſomnium æſtimamus nos tenere qđ non habemus, & tamen nihil habemus. (1.Cor.13.d)
c *Multoq;.* Sicut Iudæi qui dixerunt: Omnia quæcunq; præcepit nobis Deus faciemus: & adorauerunt vitulum. (Exo.24.b; Exo.32.b; *Quia)
d *Ne ſede. os tuum.* Q Ne dicas te ex infirmitate carnis tuæ peccare, tanquã reflectens culpam in autorem: vnde: Ne declines cor me. in verba ma. ad excu. ex. in peccatis. (Pſal.140.a; † Deu.23.d)
e *Coram ange.* Qui aſtat vnicuique, & omnia Deo nũtiat: ne putes omnia latere Deum.
f *Vbi multa ſunt.* Q. Ne dederis os tuum, &c. quia hęc vita eſt quaſi ſomnia, & multa videntur vera quæ ſunt falſa, ſic & excuſatio tua. († quæcũq;)
g *Si videris calum.* Acſi dicat: Ne dicas coram angelo: non eſt prouidentia: quod eſt contra eos, qui omnia caſibus agi putant, & Dei prouidentiam negant. Si tamen vide. ca. ege. &c. F
h *Vniuerſæ terræ.* Deus patiens & redditor qui dicit: Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. (Pſal.74.a)

a Dulcis

## NICO. DE LYRA. CAP. V.

NE temerè. *Hic conſequenter oſtendit Deum venerandum eſſe ore, & primò in affatu, ſecundò in guſtu ibi: Ne dederis. Prima in duas, quia primò docet eum venerari à verbis indecentibus cauendo, cũ dicitur,* (Diuiſio.)
a Ne temerè quid lo. *de Deo vel eius iudicijs ea in aliquo reprehendendo.*
b Deus enim in cęlo. *i. excellentior eſt te ſine aliqua menſura.*
c Idcirco ſint pauci ſer. tui. *loquendo de Deo ne peccatum incurras ex multiloquio, ideo ſubditur,*
d Multas curas. *quia ſicut multas curas in vigilia ſequuntur ſomnia in ſomno ſequenti, eò quod in ſomno formantur phantaſmata ſimilia præcedẽtibus curis in vigilia: propter quod dicit Philoſophus 1. Eth. quod ſomnia ſtudioſorum. i. virtuoſorum ſunt meliora quã quorumcunq;, ſic in multis ſermonibus & maximè de diuina excellentia frequenter admiſcetur ſtultitia.* (Ariſt.1. Moral. ad Nic.)
e Si quid vo. *Hic conſequenter oſtenditur, quod Deus venerandus ſit ore verificando promiſſa, cum dicitur: Si quid vo. Deo, ne mo. reddere. quia ex tali tardatione fit homo frequenter impotens ad reddendum, ſicut vouentes ingredi religionem, aliquando tantum tardant, quod ſunt inepti ad receptionem.* († fructus)
f Diſpli. enim ei infi. & ſtulta promiſ. *Dicitur autem infidelis promiſſio, votum in articulo neceſſitatis factum, & ceſſante neceſſitate ſtatim mutatur propoſitum. Dicitur autem ſtulta quando eſt de re illicita vel etiam indifferenti, vt ſi aliquis voueat leuare feſtucam de terra, quia hoc in nullo cedit ad honorem Dei, vel etiam ſi ſit de bono, tamen impoſſibili vouenti.*
g Ne dederis os tuum. *Hic conſequenter oſtendit Deum venerandum in guſtu dicens, Ne dederis os tuum. nimis ipſum aperiendo gulæ.*
h Vt peccare facias. *per vitium luxuriæ, quia ſicut dicit Hie. Venter & genitalia ſunt membra vicina, & ex vicinitate membrorum deſignatur propinquitas vitiorum.*
i Neq; dicas coram angelo. *à Deo miſſo in miniſterium.*
K Non eſt. *quia Deus non ſolum honorandus eſt in ſe, ſed etiam in miniſtris ſuis, ideo ſubditur,*
l Ne forte iratus. *Non ſolum enim punit peccata contra ſe directè facta, ſed etiam cõtra miniſtros ſuos, quia redundant in eum. Cætera patent.*
m Tu uerò. *Hic conſequẽter oſtenditur, qđ Deus ſit ſummè timendus, quia iudex eſt ſupremus, & ideo omnia errata ab alijs quantumcũq; magnis ſuo iudicio reſeruantur per hoc ad lineam iuſtitiæ reducenda, & hoc eſt quod dicitur: Tu ve. Deum time ſuper omnia. Et ſubditur cauſa,*
n Si uideris calum. *& patet.*
o Quia excelſo excel. alius eſt. *quia ſuper præpoſitum eſt ballius.*
p Et ſuper hos quoq; emi. ſunt a. *quia ſuper ballinos ſunt reges.*
q Et inſuper vniuerſæ terræ rex. *i. Deus.*
r Im. ſer. *i. omni creaturæ ſubiectæ ſibi.*
s Auarus *Hic incipit capitulum ſecundum quotationem, Hie. in quo à felicitate humana excluduntur diuitiæ temporales, in quibus aliqui licet falſæ poſuerunt felicitatem hominis. Ad quod excludẽdum ponuntur hic plures rationes, quarum diſtinctio videbitur proſequendo. Prima ratio eſt, quaſi duplicata: & eſt talis: In illo non conſiſtit felicitas hominis, quod non ſatiat eius appetitum, & frequenter non eſt ad bonum. Iſta propoſitio per ſe patet: quia de ratione beatitudinis eſt, q ſit bonum habenti & terminans eius appetitum: aliter non eſſet vltimus eius finis, quod eſt de ratione beatitudinis. Diuitię autem temporales non ſatiant hominis appetitum, ſed magis excitãt, quia qui plus habet plus cupit. Quod verum eſt, ſaltem de auaro, de quo eſt hic ſermo. Similiter diuitiæ non ſunt ad eius bonum: quia anxiatur in acquirendo, nec inde delectatur fruendo præ auaritia ſua, ergo, &c. Huius rationis ponit minorem, primò quantum ad primam partem dicens: Auarus nõ implebitur pecunia: vnde poeta: Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit. Secundò quantum ad partem ſecundam, cum dicitur,*
t Et qui amat di. *eo modo quo auarus.*
u Fru. non ca. ex eis. *Ideſt vtilitatem, quia auaritia non permittit eũ vti, ideo concludit,*
x Et hoc ergo ua. *ſupple eſt & nõ felicitas.*
y Vbi multæ ſunt opes, multi. *Hic ponitur ſecunda ratio ad oſtendendum q diuitiæ non ſunt hominis ſummum bonum, etiam ſi eis vtatur ad ſtatum magnificum, dicens: Vbi mul. ſ. o. m. ſupple ſunt ibi.*
z Qui co. *Inter quos ſunt multi inutiles & ribaldi: ideo concludit,*

a Et

## CAP. V.

¶Sicut Iudæi qui dixerunt. Omnia quæcunque præc. nobis &c.

NE temerè quid loquaris,
a ¶Vouendo Deo vel de diuinitate diſputando.
neque cor tuum ſit velox ad pro-
a ¶Voti vel nimis inquiſitæ diuinitatis.
ferendum ſermonem coram Deo.
a ¶Non comprehendes eum, quia quantum diſtat cœlum à terra, tantum noſtra ſcientia ab illius natura.
Deus enim in cęlo, & tu ſuper ter-
a ¶Conſiderati. b ¶De Deo de quo & vera dicere periculoſum eſt.
ram: idcirco ſint pauci ſermones
tui. * Multas curas ſequuntur ſom
a ¶In multilo. pec. non deerit.
nia, & in multis ſermonibus inue-
a ¶Autem. b ¶In baptiſmo.
nitur ſtultitia. † Si quid vouiſti
a ¶Quia dies domini ſicut fur in nocte veniet.
Deo, ne moreris reddere, diſplicet
a ¶Non impleta. b ¶Indiſcreta.
enim ei infidelis & ſtulta promiſ-
a ¶Voue & red. de. vo. t. ¶Citò.
ſio: ſed †quodcunque uoueris, red
de. Multoq; melius eſt non vouere,
quàm poſt votum promiſſa non
¶Ne vltra quàm potes voueas.
reddere. Ne dederis os tuum, vt
peccare faciat carnem tuam, neque
a ¶Quaſi: Ne putes omnia caſu agi, nihil à Deo prouideri.
dicas coram angelo, † non eſt pro-
uidentia: ne fortè iratus dominus
a ¶Et à bona opera & tradat te in reprobum ſenſum.
ſuper ſermones tuos, diſſipet cun-
cta opera manuum tuarum. * Vbi
a ¶Somnia ne cures, quia vana ſunt.
multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt
vanitates & ſermones innumeri;
a ¶Non ſomnia b ¶Iudicem peccati quia voluntarij vbi enim non eſt voluntas, non eſt peccatum.
¶Tamen. c ¶Ab impijs.
Tu verò Deum time. Si videris ca-
a ¶Beati pauperes ſpiritu. b ¶Potentum.
lumnias egenorum, & violenta iu-
a ¶A iudicibus. b ¶Tanquam Deus non videat vel iniuſtè agat.
dicia, & ſubuerti iuſtitiam in pro-
uincia, non mireris ſuper hoc nego
¶Tyranno.
tio: quia excelſior alius eſt, & ſuper
a ¶Tyrannos. b ¶Angeli, qui prohiberent niſi tempus expectarent.
hos quoq; eminentiores ſunt alij,
a ¶Nunc. b ¶Dominus cuncta prouidet & gubernat. cui cuncta ſeruiunt vel inuita.
& inſuper vniuerſæ terræ rex imperat ſeruienti. † Auarus non im-
a ¶Semper auarus eget. b ¶Non dicit, qui habet.
plebitur pecunia, & qui amat diui-
a ¶Nec ſibi ſuſtinet inde benefacere.
tias, †fructum non capiet ex eis. Et
¶Quia.
hoc ergo vanitas. Vbi multæ ſunt
a ¶Serui & ancillæ, & alij neceſſarij, qui deuorant congregata.
opes, multi & qui comedunt eas.



a *Dulcis eſt ſomnus ope.* Diuitem auarum, quem deſcripſerat, comparat operanti qui ſine cura dormit: non diſtentus in nimietate cibi, cui poſt laborem gratus eſt ſomnus, & cibus ſimplex, & modicus minus oneroſus, & citò digeritur. Diues autem epulis diſtentus, curis anxius, aut vix aut nunquam ſomno fruitur. Beati pauperes ſpiritu, beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi Deum videbunt. Væ vobis diuites, qui habetis conſolationem veſtram. A
b *Eſt & alia infirmitas.* Poſſumus hæc de philoſophis vel hæreticis & eorũ ſectis vel diſciplinis legere, qui in malum ſuum & ſuorum cõplicum falſa dogmata congregant, vnde fructum non capiant, nec ſuis imitatoribus relinquant, ſed omnes bonis operibus nudi in terram reuertantur, & manentes in tenebris ignorantiæ, quia abiecerunt lumen veræ ſapientiæ, omnes labores ſuos perdant, cũ ſcriptum ſit: Perdam ſapientiam ſapientum &c.
c *Hoc itaq; mihi.* Melius dicit ei eſſe q præſentibus fruitur bonis in lætitia & iucunditate. Hic eſt enim vel parua voluptas, ibi ſolicitudo, & miſeria, & theſaurizat, & ignorat cui congre. ea. Melius eſt autem ſpiritualem eſcam, & potum & lætitiam à Deo datam intelligere, & videre bonitatem domini, & habere iucũditatem cordis & in labore bonorum operum ſpe futuræ retributionis. Et hęc pars noſtra, quamuis non plena, donec videamus facie ad faciem, cuius viſio perfecta beatitudo. Et notandum, q hæc occupatio, & bona intentio ſpiritualis eſt, & vera lætitia quam inſpirat Dei gratia, in adiuuãdo bona opera.

B

## GLO. ORDIN. CAP. VI.

EST *& aliud malum.* Deſcribit, & aliter diuitem auarum, qui cum omnia habeat bona, nihilominus † nimia parcitate ſe cruciat, neſciens cui congreget.
e *Vir cui dedit Deus.* Poteſt hoc de populo Iſrael accipi, cui dedit dominus legẽ & prophetas & promiſſiones: vnde: Auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur genti faciẽti fructus eius,

hæc

## NIC. DE LY.

a Et quid prodeſt poſſeſſo. *niſi & cernit diuitias oculis ſuis ſcilicet, expendi & in pluribus inutiliter.*
b Dulcis eſt. *Hic ponitur tertia ratio, quæ ſumitur ex nocumento corporali ex diuitijs contracto, quia tales diuites viuunt frequenter delitioſè & lautè, & ſic accipiunt nutrimentum vltra conuenientiam naturæ: ex quo frequenter cauſantur torſiones affligentes & infirmitates, propter quod dicitur: Dulcis eſt ſom. ope. quia labor & laſſitudo corporis inducunt ad quietem ſomni.*
c Saturitas autem di. non ſinit eum dor. *primò, quia reformidat ire ad lectum donec per ſpatium temporis vigilauerit poſt cibũ. Secundò, quia in lecto exiſtens aliquando ex nimio cibo ſentit diſcraſias ſomnum impedientes.*
d Eſt & alia. *Hic ponitur quarta ratio. Et diuiditur in duas partes, quia primò ratio ponitur, ſecundò correlarium concluditur, ibi: Hoc itaq;. Ratio verò iſta accipitur ex concupiſcentia illorum qui frequenter inuadunt vel interficiunt hominem pro ſuis diuitijs rapiendis, & hoc eſt quod dicitur: Eſt & alia infirmitas peſſima, ideſt magnum malum.*
e Diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui. *quia per hoc raptores & cupidi inſidiantur ſibi, ideo ſubditur:* C
f Pereunt enim. *propter diuitias ſuas.*
g In afflictione peſſima. *quia aliquando iugulantur, & ſic filij eorũ quibus cuſtodiebant, diuitijs illis priuantur, ideo ſubditur:*
h Generauit filium, qui in ſum. ege. erit. *bonis paternis priuatus, & ad laborandum pro victu acquirendo non eſt aſſuetus.*
i Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ. *ſic reuertetur bonis omnibus ſpoliatus.*
K Et nihil auferet ſecum. *nec etiam filijs dimittet, ideo concluditur:* († verò)
l Quid ergo prodeſt ei quod laborauit in ventum. *q. d. nihil: quia labor ſuus non profecit ſibi nec filijs.*
m Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris. *ideſt in triſtitia & anxietate mentis pro acquiſitione temporalium, quibus priuatus eſt cum filijs, vt dictum eſt.*
n Hoc itaque. *Hic ex prædictis infert correlarium videlicet, q vita delitioſa licet non ſit hominis bonum ſimpliciter, vt dictum eſt cap. 2. tamen præeligenda eſt tali vitæ laborioſæ, & hoc eſt quod dicit: Hoc itaque viſum eſt mihi bonum. & patet litera ex dictis vſque ibi:*
o Hoc eſt donum Dei. *eo modo loquendi quo omne bonum eſt à Deo datum, etiam temporalia bona, licet inter dona Dei ſint minima. Sanitas autem corporis & huiuſmodi ſunt media, bona verò gratiæ & virtutis ſunt maiora in præſenti vita.*
p Non enim ſa. *i. multum recordabitur.*
q Dierum vitę ſuæ. *ita quòd videatur ſibi longa vel tædioſa, ideo ſubditur:*
r Eo quòd Deus oc. de. cor eius. *& ſic non habet materiam vel occaſionem reducendi ad memoriam mala præterita, ſicut habent illi qui vixerunt diu in tribulationibus, & in anguſtijs.* (* etiam) D

¶Ergo. a ¶Quia non plus alijs vtitur eis.
Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi q
a ¶Vt Tantalus ſitiens in medijs vndis. b ¶Enim.
cernit diuitias oculis ſuis? Dulcis
a ¶Requies æterna ſitienti. ¶Bona. ¶Fatigato.
eſt ſomnus operanti ſiue parum ſi-
a ¶Faciens quæ prædicat. ¶Superba ſcientia inflat.
ue multum comedat: ſaturitas † autem diuitis non ſinit eum dormi-
a ¶Cibis curiſq; grauatum.
a ¶Diuitis auari.
re. Eſt & alia infirmitas peſſima,
¶Scilicet.
quam vidi ſub Sole. Diuitiæ con-
¶Periculum. ¶Ei & hæredi.
ſeruatæ in malum domini ſui. Pe-
¶Ipſius.
reunt enim * in afflictione peſſima.
¶Enim.
Generauit filium, qui in ſumma
a ¶Amiſſis diuitijs patris. b ¶Vterque.
egeſtate erit. † Sicut egreſſus eſt nu
a ¶Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nu. re.
dus de vtero matris ſuæ, ſic reuer-
¶In terram. ¶Moriens.
tetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo. Miſerabilis prorſus infir
mitas. Quomodo venit, ſic reuerte-
¶Quaſi: Nihil. a ¶Congregando diuitias.
tur. Quid ergo prodeſt ei, quòd la-
¶Vanum.
borauerit in ventum? Cunctis * die
a ¶Panis abſconditus ſuauior. ¶Mœroris.
bus vitæ ſuæ comedit in tenebris,
& in curis multis, & in ærumna, at-
que triſtitia. Hoc itaq; mihi viſum
eſt bonum *, vt comedat quis & bi
bat, & fruatur lætitia ex labore
ſuo, quo laborauit ipſe ſub Sole nu
mero dierum vitæ ſuæ, quos dedit
ei Deus: & hæc eſt pars illius. † Et
¶Bonorum.
omni homini cui dedit Deus diui-
a ¶Sine me nihil poteſtis facere.
tias atq; ſubſtantiã, poteſtatemque
a ¶Spe.
ei tribuit ut comedat ex eis, & frua
a ¶Spe retributionis.
tur parte ſua, & lętetur de labore ſuo:
a ¶Quia.
hoc eſt donum Dei. Nõ enim ſatis
recordabitur dierum vitæ † ſuæ, eò
a ¶Inſpirando. b ¶Spiritualibus.
q Deus occupet delicijs cor eius.

## CAP. VI.

EST & aliud malum, quod vidi ſub Sole, & quidem frequens
¶ſcilicet
apud homines. Vir cui dedit Deus
diuitias & ſubſtanciam & hono-
rem, & nihil deeſt animæ † ſuæ ex
omnibus quę deſiderat, nec tribuit
a ¶Quia ipſe non vult.
ei poteſtatẽ Deus vt comedat ex eo:
¶Quod congregat.
ſed homo extraneus vorabit illud.
Hoc vanitas, & miſeria † magna eſt.
¶Enim. ¶Hyperbole.
Si genuerit quiſpiam centum libe-

## NIC. DE LYRA. CAP. VI.

EST & aliud. *Hic ponitur ad propoſitum quinta ratio, quia frequenter contingit, quod homo diues ſubtrahitur de vita præſenti, ita quòd non poteſt vti diuitijs: & hoc ſiue per infirmitatem ſiue per gladium. Et differt hæc ratio à præcedenti, quia illa procedit de eo qui propter diuitias ſuas occiditur: iſta verò de eo qui moritur infirmitate vel alia cauſa, & quantum ad hoc dicitur:* (Quinta ratio.) († Etiam)
s Eſt & aliud ma. *differens à præcedenti modo dicto.*
t Vir cui &c. *artificiales, vt aurum & argentum, & conſimilia.*
u Et ſub. *i. diuitias naturales, ex quibus vita hominis ſuſtentatur, vt bladum, vinum, & talia.*
x Et hono. *i. ſtatum honorificum.*
y Et nihil deeſt animę ſuæ. *de pertinentibus ad vitam iucundam.* († eius)
z Nec tribuit ei po. &c. *quia ſubtrahit eũ de vita pręſenti ſubitò, ſicut in euãgelio Luc. dicitur de illo cuius ager vberes fructus attulit, & dicebat: Anima mea habes multa bona repoſita in multos annos, quieſce, bibe, epulare: & ſubditur ibidem: Dixit autem ad illum dominus: Stulte hac nocte repetent animam tuam à te, quæ autem congregaſti, cuius erunt? q. d. alieni habebunt, ideo ſubditur:* (Luc.12.c)
a Sed homo extraneus vor. il. *ideo concluditur: Hoc va. &c.* († eius)
b Si genuerit. *Hic ponitur ſexta ratio quæ ſumitur ex defectu vſus diuitiarũ, & duplicatur ſecunda, ibi: Omnis labor. Circa primum oſtenditur, q talis defectus ex auaritia procedens facit hominem miſerum, etiã ſi cũ diuitijs habeat multa alia, quæ deſiderantur in præſenti vita, & hoc eſt quod dicitur: Si ge. quiſ. cen. Inter deſiderata in hoc ſeculo ſunt proles magna, & vita longa.* (Sexta ratio) († mala)

a Et ani-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

hæc omnia ad gentes tranſlata ſunt, & vident Iudæi bona E ſua, & non fruuntur, & gentes multò meliora, quamuis in fide nouellæ, & quaſi abortiuæ, quam illi qui de patrum an- Iohan.8.e tiquitate gloriantur dicentes: Pater noſter Abraham eſt, & tamen ad vnum locum, ideſt ad iudicium properabimus omnes.

a *Sepulturaq;*. Adeò auarus vt nec de ſepultura cogitet, vel ſæpe pro diuitijs occiſus abijcitur inſepultus, vel quia nullam ſibi memoriam relinquat, cum omnibus bonis affluat.

b *Omnis labor.* hoc eſt quod laborando didicit homo, ideſt rationalis in ore habet, quia alios docet.

† quia c *Anima eius non im.* quia ſemper cupit diſcere quod doceat: & hoc habet ſtultus plus, quia cum beato paupere tendit ad Chriſtum, qui eſt vita, & qui ait: Matt.5.a Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

d *Qui fu.eſt.* Omnium hominum qui futuri ſunt corpore circundandi, iã Deus vocabulum nouit, ne poſſit homo reſpondere contra artificem, quare ita vel ita ſit factus. Quantò enim amplius queſierimus, tantò magis oſtenditur vanitas noſtra & verba ſuperflua, & nõ ex præſcientia Dei tollitur liberum arbitriũ, ſed cauſæ antè præcedunt, quare vnumquodq; ſic factum.

e *Verba ſunt plurima multam.* Quaſi. Dei quidem filius futurus eſt homo: tu autem noli vltrà inquirere qualis, quomodo & huiuſmodi, ſed crede generationem eius.

GLO.

## NIC. DE LY.

†quid pauperi prodeſt ſcire ambulare coram lautè viuentibus

a Et anima illius. *i. ipſe non vtatur in perſona propria. Accipitur enim hic anima pro ipſo homine, eo modo loquendi, quo totum denominatur à nobiliori parte.*

b Sepulturaq; careat. *ſicut cõtigit de Ioachin* F *filio Ioſiæ, cuius cadauer fuit proiectum extra portas Ieruſalem, ſicut prædixerat Iere. Sepul-* Iere.22.e *tura aſini ſepelietur, putrefactus, & proiectus extra portas Ieruſalem.*

c De hoc ego pronuntio, &c. *qui non eſt expertus aliquod malum præſentis vitæ, & habet mortem magis delectabilem, quàm ſit vita præſens, vt dictum eſt ſuprà cap. 3. ideo ſubditur.*

d Fruſtra enim ve. *ſ. ad ortum, cum iam ſit mortuus.*

e Et per. ad te. *i. ad ſepulchrum.*

f Et obliuione delebitur. *quia de talibus non remanet aliqua memoria.*

g Non vidit Solem. *quia egreſſus eſt de vtero mortuus.*

h Neque cog. di. *per experiẽtiam in vita præſenti: & ideo melioris conditionis eſt, quantum ab hoc prædicto qui in tota vita ſua non experitur niſi malum & anxietatem, de quo ſubdit:*

i Etiam ſi. *& non fuerit perfruitus bonis, ſed ſemper malis. q.d. nihil proficit ſibi vita longa, ſed magis officit.*

K Nonne ad vnum lo. *ſ. corruptibilia quæ per mortem properant ad terram, vnde ſumpta ſunt.*

† vanitatis l Omnis labor. *Hic ponitur ſecũda ratio procedens ex defectu vſus diuitiarum, quę talis eſt: Omnia factibilia per hominem ordinantur ad neceſſitatem vitæ præſentis, ſeu decentiam eius, ſicut patet de omnibus artibus humanis, exceptis liberalibus, quæ magis ordinantur ad contemplationem: ſed talis auarus non vtitur diuitijs ad hunc finem ad quem ſunt ordinata, & ſic habet eas fruſtra. Illud.n. eſſe dicitur fruſtra, quod non attingit finem debitum, ſicut medicina quæ non inducit ſanitatem. Huius autem rationis ponit maiorem, cum dicit: Omnis labor hominis in ore eius. i. propter conueniens ſuſtentamentum vitæ humanæ. Conſequenter ponit minorem, dicens:*

m Sed anima illius. *ſcilicet auari prædicti.*

n Non implebitur bo. *quia non vtitur ſuis diuitijs.*

ros & vixerit multos annos, &
¶Alijs hominibus.
plures dies ætatis habuerit, & anima illius non † vtatur bonis a
a ſubſtantiæ ſuæ, ſepulturaq; careat: de hoc ego pronuntio, b c
a ¶Statim moritur, cum ille diu crucietur.
† q; melior illo ſit abortiuus.
¶Ad lucem.
Fruſtra enim venit & pergit ad d e tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. f
a ¶Iuſtitiæ.
Nõ vidit * Solem, g
a ¶Noluit cognoſcere.
neque cognouit † diſtantiã boni & mali, etiam ſi duobus h i
¶Senſus malorum immutabilis.
millibus annis vixerit, & non fuerit perfruitus bonis.
a ¶In terram vel in iudicium.
Nonne ad vnum locum pro- k
b perant omnia? Omnis labor l
¶In victu. ¶Tamen.
c hominis in ore eius, ſed anima m
a ¶Quia neceſſe eſt iterum comedere.
eius non implebitur bonis. n
a ¶Vtriq; neceſſe eſt manducare.
Quid habet amplius † ſtulto ſapiens, & † quid pauper: niſi vt o p q
a ¶Curet vnde viuat. ¶Victus.
pergat illuc vbi eſt vita? Me- r
¶Pro. a ¶An ſit cupiendum.
lius eſt videre quod cupias,
¶Ideſt timere.
quàm deſiderare quod neſcias: s
ſed & hoc vanitas eſt, & præ- t u
¶Dei filius homo.
d ſumptio ſpiritus. Qui futurus x
a ¶A prophetis.
eſt, iam vocatum eſt nomen y
¶Emmanuel. ¶Verus.
eius, & ſcitur quòd homo ſit: & z a
¶Iam. a ¶Patrem ſcilicet ſecundum humanitatem. vnde: Pater maior me eſt.
non poſſit contra fortiorem ſe
e in iudicio contendere. Verba * b c
ſunt plurima, † multamque in
a ¶Qui vehementer emungit elicit ſanguinem. vnde: Ne euaneſcas in ſapientia tua, non plus ſapere quam oportet.
diſputando vanitatem habentia.

## CAP. VII.

Quid † neceſſe eſt homi- d
a ¶Noli altum ſapere ſed time.
ni maiora ſe quęrere,
a ¶Etiam. b ¶Quid ſit vtile vel contra.
cum ignoret quid conducat e
a ¶Proprie nedum aliena, quanto minus ergo comprehendet cœleſtia.
ſibi in vita ſua, numerum
a ¶Patria noſtra paradiſus eſt.
dierum † peregrinationis ſuæ:
a ¶De. b ¶Quod vehementer & homo fugit, & nunquam in eodem ſtatu permanet.
et tempore quod velut vm- f
a ¶Homo.
bra præterit? Aut quis ei pote- g
a ¶Cum ignoret.
rit indicare, quid poſt eum fu-

o Quid ha. *Hæc eſt ſexta pars primæ partis huius libri, in qua excludit a vera felicitate notitiam occultorum, quam multi valde deſiderant in hac vita, intantum q; propter hoc ponunt ſe ad artes magicas, non ſolum in animæ præiudicium, ſed etiam in corporis periculum. Et diuiditur in duas partes, quia primò proponit q; aliquorum occultorum notitia ſit appetenda, & aliquorum ſpernenda: ſecundò probat propoſitum, de ſecunda, ibi: Qui futurus eſt. Circa primum ſciendum, q; occulta ſunt nobis præmia futura & pęnæ per viam rationis: tamen eorum notitia habetur per viã reuelationis in ſacra ſcriptura, & hæc notitia eſt bona pp qđ dicit: Quid ha. am. ſ. inſtructus in ſacra ſcriptura, quæ propriè dr̃ ſapientia, ſaltem quantum ad notitiam ſaluti neceſſariam.* G

p Et quid pauper. *ſ. à diuite.*

q Niſi vt per. il. *ſ. vbi eſt vita. i. ad futurã beatitudinem, vbi mors non habet locum. Sapiens.n. cognoſcit viam, & pauper deſiderat illuc venire, quia non impeditur amore delectabilium huius vitæ quæ non habet, & ideo quãdo iſta duo ſimul concurrunt. ſ. ſapientia, & paupertas in vno homine, ille eſt diſpoſitus per notitiã & deſideriũ ad attingendum ſummum bonũ. Notitia verò occultorũ q̃ tm̃ eſt curioſitatis & ſuperſtitionis, illa eſt ſpernenda, ideo ſubditur:*

r Melius eſt vi. *i. vitam beatam per fidem.*

s Quàm de. *i. quã deſiderare notitiã futurorũ cõtingentiũ, q̃ nõ decet te ſcire, ideo ſubditur:*

t Sed & hoc va. *i. inutile.*

u Et præ. ſpi. *ſ. conari ad notitiam indecentem.*

x Qui fu. eſt. *Hic conſequenter probat propoſitum de notitia vana, & ſuperſtitioſa, quia de alia patet, q; eſt deſideranda, & inducit ad hoc quatuor rationes. Prima accipitur ex Dei proprietate, cuius proprium eſt contingentia futura per certitudinem ſcire, vnde dicit Eſa. Annuntiate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus quia dij eſtis vos: propter quod non eſt homini conandum ad notitiam talium, & hoc eſt quod dicitur: Qui fu. eſt. in rerum natura.*

y Iam vo. eſt no. eius. *in Dei præſcientia.*

z Et ſci. q; ho. ſit. *& non Deus ad cognoſcendum futura contingentia.* H

a Et non poſ. con. for. *i. contra Deum.*

b In iudicio con. *i. rationabiliter allegare, q; deceat ipſum talia cognoſcere.*

c Verba. *Hic ponitur ſecunda ratio, & ſumitur ex talis conatus inutilitate. Multi enim conati ſunt talem notitiam inquirere, vt per aſpectus ſyderum, reſponſa dæmonum, & conſimilia: & de talibus diſputauerunt docẽdo, & ſcribendo multa quæ inuenta ſunt inutilia, quia rariſſimè contingit, q; ſic prædicitur: & ideo magis attribuendum eſt caſui & fortunæ, quàm arti & ſcientiæ, quia ſcientia & ars non ſunt niſi de his quę contingunt ſemper, vel ſaltem vt frequenter. Minor huius rationis ponitur, cum dicitur: Verba ſunt plurima. de diuinationibus circa talia, & patet ex dictis ſententia.*

## NIC. DE LYRA. CAP. VII.

Quid ne. eſt ho. *Hic ponitur tertia ratio ad hoc, & procedit ex impedimento notitiæ magis neceſſariæ, quia in acquiſitione talium inutilium ponitur tempus magnum, & ſic impeditur homo à cognitione ſibi neceſſariorum, & hoc eſt quod dicitur:*

d Quid ne. eſt ho. *i. notitiam intellectum ſuũ excedentem, cuiuſmodi eſt cognitio futurorum contingentium, cum ignoret per talem occupationem inutilem.*

e Quid con. ſibi in vita ſua numerum dierum peregrinationis. *i. quid ſibi vtile eſt in vita præſenti, quę eſt quædam peregrinatio ad patriam cœleſtem.*

f Et tempore quod vel. *q.d. temporis breuitas debet eum retrahere à vanitate tali quæ non eſt exponenda in vanis, ſed tantum in neceſſarijs.*

g Aut quis. *Hic ponitur quarta ratio, & ſumitur ex talis cognitionis impoſſibilitate, quia cum talis cognitio ſit propria Deo, vt prædictũ eſt, non põt haberi niſi ab ipſo, ſicut habuerũt prophetæ ex Dei reuelatione,*

iſti

o Quid



A

## GLO. ORD. CAP. VII.

Melius eſt nomen bonum. Memoria bonorũ operum quæ delectet auditorum corda, ſicut nares vnguenta: vnde: Memoria iuſtorum in laude, nomen impiorum putreſcet.

b *Et dies mortis.* hoc eſt: Melius eſt miſeræ vitæ tormenta & tribulationes & labores moriendo euadere, quam ad hæc naſci & ſuſtinere.

c *Melior eſt ira.* contra peccatum ſuum vel alienum, quia corrigis, non quia vltionem cupis.

d *Melius eſt à ſapiente.* Meliora ſunt amici vulnera, quam fraudulenta inimici oſcula. Verba adulantis magis inſenſata ad ſpinas. i. ſeculi curas mouentia, quæ ducunt ad gehennæ incendia, ſapiens perfectus nulla argutione indiget, nulla calumnia turbatur. Ergo de ſapiente in profectu poſito eſt accipiendum, qui aliquando turbatur de iniquitate iudicij, cum Deus ſtatim non punit.

e *Melior eſt finis.* Perfectio. Qui perſeuerauerit ſaluus erit. Melior eſt cõſummata iuſtitia quàm inchoata, & orationis epilogi quã exordia. hic certamen, ibi victoria. Et cum venerit quod perfectum eſt, eua. quod ex par. eſt.

f *Arrogante.* Huic arroganti contrarius eſt qui in euangelio pauper ſpiritu legitur.

g *Quid putas.* Aliter: Sic debes viuere, vt ſemper præſentes dies ſint tibi meliores quam præteriti. Semper eſt enim tempus operandi, ne B cum cœperis decreſcere, dicatur: Currebatis bene, quis vos impediuit non obedire veritati? Et item: Inſipientes ſpiritu nunc carne conſummamini.

a *Conſidera*

¶In tempore. ¶Ergo.
a turum ſub Sole ſit? † Melius eſt nomen a
¶Bona fama.
b bonum, quàm vnguenta pretioſa, & b c
a ¶Quaſi. In morte patet quid vel quales ſumus, in natiuitate neſcitur.
dies mortis quàm natiuitatis. Melius d e
a ¶Vbi oſtenditur miſeria fragilitatis noſtræ in præſenti cadauere.
eſt ire ad domum luctus, quàm ad do- f
a ¶Vbi obliuiſcuntur quid ſumus in præſenti. inebriati luxuria.
mum cõuiuij. In illa enim finis cuncto- g h
rum admonetur hominum, & viuens i
a ¶Scilicet cadauer: vel rus.
c cogitat quid futurum ſit. † Melior eſt k
a ¶Contra vitia. b ¶Qui diſſoluit etiam ſapientem.
ira riſu, quia per triſtitiam vultus † cor- l m
a ¶Ideo. b ¶Verè. ¶Beati qui lugent quia ipſi conſolabuntur.
rigitur animus delinquẽtis. Cor ſapien- n
a ¶Riſus dolore miſcebitur.
tium vbi triſtitia eſt, & cor ſtultorum
a ¶Ergo. ¶Magiſtro.
d vbi lætitia. Melius eſt à ſapiente corri- o
¶Prælatorum. ¶Si cœcus cœco ducatum præbeat am. in fo. ca.
pi, † quàm ſtultorum adulatione deci- p
¶Inſuanis.
pi. Quia ſicut ſonitus ſpinarum arden- q
tium ſub olla, ſic riſus ſtulti. Sed & hoc r
a ¶Abundans iniquitas.
vanitas. † Calumnia conturbat ſapien- s t
a ¶Refrigeſcet charitas multo.
e tẽ, & perdet robur cordis eius. Melior u x
a ¶Melior eſt ira riſu: ſed non ea quæ impatientem facit quæ eſt arrogantis.
eſt finis † orationis, quã principiũ. Me- y
¶Ergo. ¶Inconſideratus.
f lior eſt patiens arrogante. Ne ſis velox z
¶Expers conſilij.
ad iraſcendum: quia ira in ſinu ſtulti re- a
g quieſcit. Ne dicas: Quid putas cau- b

d Die natiuitatis. *Quia die mortis incipiunt verè viuere, propter quod dies mortis ſanctorum, vocatur eorum natale. Tertiò inducit ad præferendum luctum iucunditati dicens:* C

e Melius eſt ire ad do. lu. *In qua plangıntur mortui.*

f Quàm ad do. conuiuij. *In qua frequenter committitur peccatum gulæ, & ex conſequenti luxuriæ.*

g In illa enim. *i. domo luctus.*

h Finis cunctorum. *Id eſt futura mors ipſorum.* †Pro.22.a

i Et viuens cogitat quid. *ideſt de ſecuro tranſitu ſuo ex hac vita. Quartò inducit ad præligendum iram per zelum riſui, qui eſt per contemptum, cum dicitur:*

K Melior eſt ira riſu. *Pater enim filiũ diligens cum videt eum agere fatuè iraſcitur, extraneus autem qui non curat de eo, ridet de eius fatuitate & lætatur, ideo ſubditur:*

l Quia per triſtitiam vultus. *diligentis.*

m Corrigitur animus de. *quando percipit quòd talis triſtitia procedit ex eius amicitia. Et quia omnis ſapiens dolet de fatuitate alterius, ideo ſubditur:* † Melius † bonum ſit cor

n Cor ſapientum vbi triſtitia eſt, &c. *& quia de fatuitate cuiuſcunque lętatur, propter quod ſubditur:*

o Melius eſt à ſapiente corripi. *cum verborum aſperitate.*

p Quàm ſtultorum adulatione decipi. *qui nutriunt eum in malo ſuo.*

q Quia ſicut ſonitus ſpinarum ardentium &c. *qui faciunt magnum ſonum & inutilem, imò ad ſui ſumptionem.*

r Sic riſus ſtulti. *i. eius applauſus in malo alterius, nocet enim vtriſq; ſ. adulatori, & ei cui adulatur.*

s Calumnia. *Hæc eſt ſecunda pars, in qua inducit ad actus fortitudinis ſeu conſtantiæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò facit quod dictum eſt, ſecundò remouet quoddam dictum temerarium, ibi: Ne dicas. Circa primum dicit: Calumnia, i. grauis iniuria illata.* Diuiſio. D

t Conturbat ſapientem. *non tamen ſtatim deijcit à virtute conſtantiæ.*

u Et perdet robur cordis eius. *i. conſtãtia virtutum ſi multũ inualeſcat. q.d. propter hoc ſapiens debet ſe armare contra impetum huius inualeſcentię, ad quod maximè facit diuinum adiutorium per orationem impetratum, ideo ſubditur:*

x Melior eſt finis &c. *quia incipit à triſtitia propter illatam ſibi calumniam, & terminatur in conſolationem à Deo datam, per quam ſit homo patiens in aduerſis, ideo ſubditur:*

y Melior eſt patiens arrogante. *qui ex impatientia iactat ſe vindicare, quia ira eſt appetitus vindictæ quæ eſt per patientiam reprimenda, ideo ſequitur:*

z Ne ſis velox ad iraſcendum. *quia talis velocitas impedit rationis vſum, ideo ſequitur:*

a Quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. *i. in corde ipſius.*

b Ne dicas. *Hic quoddam temerarium dictum remouetur. Circa quod duo ſunt conſideranda. ſ. qualiter ſit intelligendum, & quare inducitur ad propoſitum. Circa quod conſiderandum, q; prius, & poſterius poſſunt accipi dupliciter. Vno modo ſecundum diuerſa tempora, quorum vnum eſt prius altero, ſicut tempus naturæ lapſæ fuit prius tempore legis datæ, & tempus datæ legis tempore gratiæ. Et hoc modo exponit paſſum iſtum Sanctus Bonauen. quondam Epiſcopus Albanenſis dicens: Et verum eſt, quòd tempus legis datæ melius fuit præcedenti tempore: quia tunc data fuit lex diuina & multa alia beneficia, vt patet in Exo. ad hoc quòd homines magis promouerentur in Dei cognitionem & amorem, & adhuc multo plura & maiora exhibita ſunt tempore gratiæ. Et ideo ſecundum ipſum quærere, quare priora tempora fuerunt meliora, quàm ſequentia eſt ſtultum, quia talis quæſtio ſupponit manifeſtè falſum. ſ. quod tempora priora ſequentibus fuerunt meliora. Et inducitur hoc in propoſito ad refellendum dictum aliquorum, qui defectum ſuæ patientiæ, & conſtantiæ ſuo tempore volebant attribuere malitiæ temporis, & non malitiæ ſuæ mentis. Alio modo accipitur prius & poſterius in eodem tempore ſecundum diuerſas ſui partes, & ſic Ra. Sa. dicit: & verum eſt, quòd prima pars temporis naturæ lapſæ fuerit melior, poſtea verò tempore Noe cœperunt mala multiplicari in terra, ſecundum quod dicitur in Gen. Corrupta eſt autem omnis terra, & repleta iniquitate, propter quod Deus induxit diluuium. Similiter prima pars temporis legis datę, viuente enim Moyſe, Aaron, & Ioſue, & alijs ſenibus, qui viderant mirabilia Dei in deſerto, populus Iſrael de quo principaliter loquitur Salomon, ſtetit in cultu diuino, ſed poſt eorum mortem declinauit ad idololatriam, vt patet in libris Iud. & Reg. & vl-* Prius & poſterius dupliciter accipiũtur. S. Bonauen. Epiſco. Albanenſis. Exo. per totũ Gen.6.b Libri Iud. et Reg. per tot.

timò

## NICO. DE LYRA.

iſti autem quærunt per alium modum, & ideo conantur in vanum, & hoc eſt quod dicitur: Aut quis ei po. *ſ. futura contingentia. quaſi diceret ſolus Deus. ergo &c.*

a Melius eſt nomen bonum. *In parte præcedenti huius libri tractauit Salomon de felicitate falſa, hic incipit tractare de vera. Et diuiditur in duas partes, quia primò inducit ad eius acquiſitionem, ſecundò, ad huius acquiſitionis accelerationem, cap. 12. Circa primum conſiderandum, quòd vera felicitas in ſolo Deo conſiſtit obiectiuè, formaliter autẽ in eius clara viſione & fruitione, diſpoſitiuè verò in meritorio opere. Eſt enim ſpes, certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis proueniens. Et de beatitudine ſic accepta tractat principaliter Salomon. Eſt enim quædam inchoatio perfectæ beatitudinis, ſicut diſpoſitio eſt quædam formæ introducendæ inchoatio. Sic ergo procedit, quia primò inducit ad opera meritoria generaliter, ſecundò ad opera pietatis ſpecialiter, eò quòd pietas habet ſpecialem rationem merendi promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Secunda incipit ca. 11. Prima adhuc in duas, primò ad actum meritorium inducit, ſecundò, actum elationis reprimit, cap. 9. Prima adhuc in duas, quia primò inducit ad actus virtutum cardinalium, ſecundò ad obſeruantiam diuinorũ præceptorum, cap 8. Prima in duas, quia primò ad actus virtutum inducit, ſecundò, difficultatem aſſequendi oſtendit, ibi: Ecce hoc. Prima adhuc in duas, quia primò facit propoſitum, ſecundò remouet impedimentum, ibi: Cuncta tentaui. Prima in quatuor ſecundum numerũ quatuor cardinalium virtutum, & patebunt partes proſequendo. Primò igitur inducit ad actus prudentiæ, eò quòd eſt auriga virtutum. Actus verò prudentiæ propriè eſt eligere ea quæ ſunt meliora. Primò igitur inducit ad præeligendum bonum honeſtum delectabili: quia melius eſt ſimpliciter, & quantum ad hoc dicit: Melius eſt no. bonum. quod conſurgit ex honeſta vita.*

b Quàm vnguenta pretioſa. *quæ ſolum valent ad ſanitatem corporis, & frequenter inducunt ad laſciuiam carnis. Secundò ad præferendum vitam futuram quæ æterna eſt vitę præſenti quæ eſt tranſitoria, & hoc eſt quod dicitur:*

c Et dies mortis. *ſ. iuſtorum, melior eſt, ſupple.*

d Die

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Conſidera opera Dei.* Quàm magna quàm mirabilia, alium gratuita pietate eligit, alium iuſto iudicio deſpicit: vnde: Iacob dilexi, Eſau odio habui. Et, vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas.
Mala. 1. a
Pſal. 24. b

b *Malam diem.* iudicij, quæ mala videtur malis: vnde: Dies illa dies iræ, &c. Vel, Bona & mala .i. proſpera & aduerſa, prout iuſtè euenerint, ſuſtine viriliter. Omnia enim, iuſtè, quamuis occultè, & hoc eſt, vt non inue. &c.
Soph. 1. d

c *Finit tempore.* vnde: Zelaui ſuper iniquos pa. pec. vi. Et Abacuk. Quare taces impio deuorante iuſtiorem ſe? &c. Expectat autem iuſtus iudex, vt retribuat vnicuiq; ſecundum opera ſua in tempore, ſecundum illud: Cum accepero tempus, ego iuſtitias iu. vnde: Noli æmu. in ma. neque zela. fa. iniquitatem.
Pſal. 72. a
Abac. 1. a
Deut. 32. e
Pſal. 74. a
Ibid. 36. a

d *Noli eſſe.* Iudicium ſine miſericordia ei qui non fecit mi. Et alibi: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Et illud: Dimitte nobis de. no. ſicut & nos di. de. noſtris. Corrigat ergo ſapiens vt magiſter, compatiatur vt pater.
Iac. 2. c
Luc. 6. f
Matt. 6. b

e *Et noli eſſe.* Impij non dimidiabunt dies ſuos, quaſi: Noli impœnitẽs prouocare Deum, vt etiam viuenti inferat ſupplicium, ſicut fecit Dathan, & Abiron.
Psal. 54. d
Num. 16. e

a Nihil

a ¶Abrahæ, Iſaac. & Moyſi: quia tunc multi increduli.
ſæ eſt, quòd priora tempora meliora fue-
a ¶Sub Chriſto, quia & modò multi ſunt fideles.
re quàm nunc ſunt: ſtulta eſt enim huiuſ- a
modi interrogatio. Vtilior eſt ſapiencia b
a ¶Quam ſola: Bonum eſt enim indigenti neceſſaria tribuere, ſed melius eſt vtrunque. ¶Corde.
cum diuitijs, & magis prodeſt videntibus
a ¶Iuſtitiæ. b ¶Non tantum. c ¶Vera.
Solem. Sicut enim protegit ſapientia, ſic c d
a ¶Et habentem & cui datur. b ¶Quaſi vtrumque prodeſt, ſed plus eruditio.
protegit pecunia. Hoc autem plus habet e
¶Etiam ſine pecunia.
eruditio & ſapiẽtia, quòd vitam tribuunt f g
a poſſeſſori ſuo. Conſidera opera Dei, quòd h i
nemo poſſit † corrigere, quem ille deſpe-
a ¶Præſent in qua mereri debes vitam æternam.
¶Virtutibus & operibus.
b xerit. In diẽ bona fruere bonis, & malam k l
diẽ præcaue. Sicut enim hanc, ſic & illam m
¶Iuſtus dominus in omnibus vijs ſuis.
fecit Deus, vt non inueniat homo contra n
cum iuſtas querimonias. Hæc quoque o
¶Vana opinione hominum. ¶Vel natiuitatis.
¶Quamuis innocens affligitur.
vidi in diebus vanitatis meæ. Iuſtus pe- p
¶Feliciter.
c rit in iuſtitia ſua, & impius multò viuit q
u Melior eſt. *Poſtquam Salomon repreſſit motum elationis ex incertitudine humani ſtatus, hic conſequenter idem facit ex facilitate ſui caſus, propter quod ſemper debet timere, & non præſumere. Et diuiditur in duas partes, quia primò oſtendit facilitatem caſus ex impulſu interioris fomitis, ſecundò ex defectu exterioris regiminis, ibi: Vę tibi terra. Circa primum ſciendum, quòd fomes impellit ad malam actionem, & ad eius occaſionem, & etiam ad inordinatam locutionem. Primò ergo oſtenditur propoſitum in primo, ſ. in peccati actione, ſecundò in peccati occaſione, ibi: Qui fodit, tertiò in mala locutione, ibi: Si mordeat ſerpens. Prima adhuc in duas, quia primò oſtendit Salomon damnum peccati. ſecundò monet reſiſtere fomiti, ibi: Si ſpiritus. Prima adhuc in duas, quia primò oſtenditur propoſitum. ſecundò infert duplex corollarium, ibi: Pretioſior. Circa primum dicit continuando ſe ad præcedentia: Melior eſt ſapientia quàm arma bellica. quia prius locutus fuerat de ſapientia pauperis ciuitatem liberantis, quod fieri non poterat armis. Et etiam continuatio ad ſequentia, quia per ſapientiam reſiſtitur fomiti: quæ eſt optima victoria, & multò melior quàm illa, quæ acquiritur per arma bellica.* H

x Et qui in vno peccauerit, multa bona perdet. *Sicut enim in bellis ex modico defectu in primo congreſſu debellatur aliquando totus exercitus, ſic ex vno peccato mortali perditur totus cumulus præcedentium meritorum, qui ſtante illo peccato non proficit ad ſalutem, & ad hoc inducitur exemplum cum dicitur:*

nem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam: ſed tēpus caſumq; in omnibus. Neſcit* homo †finē ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, * & ſicut aues comprehēduntur laqueo: ſic capiūtur homines tempore malo cum eis extemplo ſuperuenerit. Hāc quoq; ſub ſole vidi ſapientiam, & probaui maximā. Ciuitas parua, & pauci in ea uiri, venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxit munitiones †per gyrū, & perfecta eſt obſidio. Inuentusq; in ea vir pauper & ſapiens: liberauit vrbem per ſapiētiam ſuā, & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis. Et dicebam egō meliorem eſſe ſapientiam fortitudine. Quomodò ergo ſapientia pauperis contempta eſt, & verba eius nō ſunt audita? Verba ſapientium audiuntur in ſilentio, pluſquam clamor principis inter ſtultos. † Melior eſt ſapientiā quàm arma bellica, † & qui in vnō peccauerit, multa bona perdet.

¶ Æterna vel ſapientiæ. ¶ Sed Dei. vnde: Gratia Dei ſum, id quod ſum. ¶ Neſcit diem neque horam. ¶ Subito. ¶ Iudicij, mortis, cuiuſlibet aduerſitatis. ¶ Alijs dicentibus, quid amplius fa. ſtul. ¶ Ad literam, vel eccleſia hoc illi. ¶ Ad comparationem malorum. ¶ Multi vocati, pauci vero electi. ¶ Fortes. ¶ Diabolus, vnde: Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum in pa ſunt omnia quæ poſ. ¶ Quod ſe magnum iactat di. Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adorā me. ¶ Omnimodas inſtitutiones, perſecutiones. ¶ Diabolo, morte ſua. ¶ Pauci. ¶ Ob dicendo. ¶ Alijs inebriatis præſenti lætitia. ¶ Chriſti. ¶ Diaboli. ¶ Admiratur. ¶ Ab ingratis. ¶ Mandata. ¶ Exponit. ¶ Querē. ¶ Suorum auditorum & ſic. ¶ Clamoroſo oratio. ¶ In bello. ¶ Sapientiam præfert fortitudini. ¶ In charitate, quæ eſt radix omnium bonorum.

*Marginal notes:* *Sap. 9. a* — *† tempus * malo* — *Diuiſio* — *Sap. 6. a* — *Eccleſiaſtici 9.*

## GLO. ORDIN. CAP. X.

M *uſcæ mo.* Sequitur. In dexte. vnde: Neſciat ſiniſtra tua, qd faciat dextera tua. Et alibi: Si quis percuſ. te. in dexte. maxillam, præbe ei & alteram.

a *Locum*

## CAP. X.

M † Vſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti. Pretioſior eſt ſapientia paruaque glo-

¶ Quia. ¶ Sic mali inter bonos, vnde: corrumpunt mores bonos col. pra. ¶ Odorem. ¶ Simplex. ¶ Humilis.

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. X.

M Vſcæ morientes. *id eſt languidæ & debiles, quæ de facili cadūt in illa quæ conficiuntur ab apothecarijs.*

b Perdunt. *id eſt deſtruunt.*

c Suauitatem vnguenti. *i. eius bonitatē, quando cadūt ibi. Et ſicut per muſcam quæ eſt res parua perditur res bene pretioſa, ſic per vnum peccatum, cumulus meritorum.*

d Pretioſior. *Hic infertur primum corollarium, cum dicitur: Pretioſior eſt ſa. Quia locutus fuerat de valore ſapientiæ. Et ſecūdum expoſitores noſtros communiter ſapientia & gloria parua, ſunt nominatiui caſus, & ſtultitia ablatiui, & eſt ſenſus.*

e Sapientia par. glo. *i. ſapiētia cū honore paruo ptioſior eſt quā ſtultitia cum honore magno, vt dictum eſt ſuprà. Melior eſt puer pauper & ¶ ſapiens* (Sap. 4. e)

b Per-



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *Locum tuum ne dimiſeris.* Stationem fidei retine, ne vincaris, & ne perficias ſi iam malè cogitaueris. vnde: Et emundabor à delicto maximo.

b *Incidet in foueam, incidet in eam &c.* Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.

c *Si mordeat ſerpens in ſilentio: nihil co mi nus habet qui occultè detrahit &c.* Q. ſicut ſerpens occultè mordens venenum infundit, ſic & qui detrahit. Vel ſerpens, id eſt diabolus, mordet in ſilentio, quando qui diabolo ſuadente peccauit, non vult confiteri.

a *Stultus*

K Aſcenderit ſuper te. *Impellendo te ad peccatum.*

l Locum tuum ne dimiſeris. *id eſt ſtabilitatem virtutis, in qua tanquam in loco ſtabili debet homo permanere, & ſubditur cauſa:*

m Quia curatio faciet ceſſare peccata maxima. *Licet enim reſiſtendo fomiti non auferatur fomes totaliter in præſenti vita, tamen per talem reſiſtentiam eius poteſtas diminuitur, & virtus moralis firmatur & augetur, quę dicitur quædam ſanitas animę & per conſequens curatio ab infirmitate, & hæc facit ceſſare peccata ad quæ impelleret fomes, niſi eſſet talis ſanitas vel curatio.*

n Eſt & malum quod uidi ſub ſole, &c. *Hic infertur quædam cõcluſio. Ex hoc enim, quod pauci reſiſtunt fomiti modo prædicto, & multi ſequuntur eius impulſum, ideo homines ſunt ambitioſi poteſtatis mundanæ & honoris, & ſic homines defectuoſi ad talia promouentur, & virtuoſi ſine honore dimittuntur, & hoc eſt quod dicitur: Eſt & malum quod vidi ſub ſole. & quid ſit illud ſubditur: Quaſi per errorem egrediens à facie principis.*

o Poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere de. *Princeps iſte Deus eſt, qui nullo modo poteſt errare ſecundum veritatem, ſed tantum ſecundum hominum inſipientium æſtimationem, qui ex promotione malorum ad magnas dignitates frequenter dicunt Deum dormire vel deſipere: tamen ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ & iuſtitiæ nobis occultæ permittit aliquando malos ſublimari & bonos humiliari, & ideo non dicitur hic per errorem principis abſolutè ſed quaſi per errorem, quia ſic videtur fatuis & ſimplicibus.*

p Qui fodit foueam, incidet in eam. *Hic conſequenter oſtendit malum fomitis, in quantum inclinat ad peccati occaſionem dicit: Qui fodit foueam, incidet in eam. Sic enim contingit aliquando corporaliter. Et per hoc intelligitur, quod quærens peccati occaſionem incidit in illud: Sicut vadens ad ſpectacula inhoneſta, cadit in peccatum luxuriæ, & quærens familiaritatem latronum in furti peccatum. Ad idem inducit quod ſubditur:*

q Et qui diſ. ſe. *i. honeſtatis diſciplinam à ſapientibus traditam.*

r Mordebit eum coluber. *id eſt diabolus, qui vocatur ſerpens. Et ad idem facit quod ſubditur:* Gen. 3

s Qui transfert lapides, affligetur in eis, & qui ſcindit ligna vulnerabitur ab eis. *Sicut enim transferens lapides, & ſcindens ligna patitur corporale detrimentum, ſic & ille qui exponit ſe occaſionibus peccatorum, detrimentum animæ.*

t Si retu. fue. *Hic remouet circa prædicta quandam æſtimationẽ falſam, qua aliqui æſtimant hominẽ de facili de vitijs redire ad virtutes, & ideo quęrunt facilius pctõrũ occaſiones, in hoc remouet per exemplũ ferri acuti: qđ ſi inde repercutiatur lapis, eius acies perditur, nec de facili recuperatur, ſed cũ magno labore & ſimiliter declinãs de virtutibus ad vitia, non de facili, ſed cũ multa difficultate redit ad virtutẽ, & patet per experientiã. & per Philoſophum. 1. Ethi. ideo ſubditur:*

u Et poſt indu. *i. magnam diligentiam ad recuperandum virtutem.*

x Seque. ſa. *p quã intelligit ſtatus virtuoſi.*

y Si m. *Hic oſtendit malum fomitis inquantum inclinat ad malam locutionem, di. Si mordeat ſer. in ſilentio corporaliter.*

z Ni. e. mi. ha. *ſpũaliter, q occultè detrahit proximo. Et iõ oppoſitum dr̃ de bono verbo.*

a Verba oris ſa. g. *quia reddũt eum coram Deo & hominibus gratioſum.*

b Et la inſi. præcipitabunt eum. *Quia reddunt eũ Deo & hominibus odioſum. Et quia ſicut ſapiẽs procedit de virtute in virtutem augmentando, ita ſtultus de malo in peius loquendo, ideo ſubditur:*

c Initium uerborum eius ſtul. *Minor.*

d Et no. *Quia aliqũ prorumpit in blaſphemiã cõtra Deum, qđ eſt peſſimum. & vnde procedit hoc ſtatim oñdit.*

a Stultus

## NICOLAVS DE LYRA.

*ſapiens rege ſene & ſtulto. Sed hæc expoſitio ſecundum literam Hebraicam ſtare non poteſt, quia in Hebræo, ſapientia & gloria, ſunt ablatiui caſus, ſtultitia verò nominatiui. Item ſi parua, non eſt adiectiuum huius ſubſtantiui gloria, ſed huius ſcilicet ſtultitia, quia ponitur immediatè poſt ipſam. Eſt igitur ſecundum Heb. hæc litera: Ponderoſior eſt ſapientia & gloria ſtultitia parua. Et eſt ſenſus, quòd defectus paruus in moribus, qui dicitur hic parua ſtultitia, ponderoſior eſt quàm ſapientia & gloria, quia frequenter facit eam vileſcere in perſona aliqua notabili, & ſecundum hoc hæc litera eſt confirmatio præcedentis ſententiæ, in qua dictum eſt quod muſcæ quæ ſunt res paruæ, vileſcere faciunt vnguentum pretioſum. Ratio autem diuerſitatis inter trãſlationem noſtram & dictum Hebræorum circa hoc nomen: Pretioſior eſt, quia nomen Heb. hic poſitum eſt æquinocũ ad pretioſitatem & ponderoſitatem, & frequẽtius accipitur pro pretioſitate, ſicut accipit translatio noſtra, & ideo poteſt aliter exponi litera noſtra, & ſequendo Hebraicam veritatem quantùm ad hoc, quòd ſapientia & gloria ſunt ablatiui caſus, & ſtultitia parua, nominatiui, vt ſit ſenſus: Stultitia parua, id eſt ſtultitia ad horam ſimulata. Pretioſior eſt, id eſt vtilior quàm ſapientia & gloria, vt patet de Dauid. qui ſimulando ſtultitiam coram Achis rege Geth, per hoc euaſit mortem.*

† lenitas — B — †Pro. 26. d — Eccl. 27. d — 1. Reg. 21. d

a Cor ſapientis. *Hic ponitur ſecundum corollarium de ſapientia, & ſtultitia ſibi oppoſita, cùm dicitur: Cor ſapientis in dextera eius, quia dirigitur in bonum moris per dexteram deſignatum.*

b Et cor ſtulti in ſiniſtra illius. *Quia ſemper tendit in malum per ſiniſtram deſignatum.*

c Sed & in uia. *ſcilicet vitæ præſentis, in qua omnes ſunt viatores.*

d Stultus ambulans. *Per vitia & peccata.*

e Cum ipſe inſipiens ſit. *Secundum veritatem.*

f Omnes. *à ſua via declinantes.*

g Stultos æſtimat. *Quia non ſequuntur delectabilia huius mundi, quæ ſola reputat bona, & propter hoc homines vani & mundani viros ſapientes & religioſos reputant ſtultos.*

h Si ſpiritus. *Poſtquam oſtendit damnum peccati ad quod fomes impellit, hic conſequenter monet reſiſtere fomiti, & primò ponitur hæc monitio. ſecundò infertur quædam concluſio, ibi: Eſt & malum. Circa primum dicitur: Spiritus. id eſt impulſus.*

Diuiſio

i Poteſtatem habentis. *id eſt fomitis, qui dicitur hic poteſtatem habens, eò quòd multi obediunt ei, vt poteſtatem habenti. Poteſt etiam dici dęmon, de quo dicit Iob. Non eſt poteſtas ſuper terram quæ ei comparetur. Et frequenter impulſus fomitis & dęmonis ſimul concurrunt in tentatione, quia dęmon excitat fomitem, & eo vtitur tanquam inſtrumento, vt deijciat hominem à virtute.*

Iob. 41. d

a ¶Omnia tempus habent. b ¶Quia intentio.

ria ad tempus ſtultitia. Cor ſapien-

a ¶Id eſt vt perueniat ad dexteram. ſtatuet autem dominus oues à dextris, hædos à ſiniſtris.

tis in dextera eius, & cor ſtulti in ſi-

a ¶Mundania, vnde: In ſiniſtra illius diuitiæ & gloria.

b ¶Praua.

niſtra illius. Sed & in uia ſtultus

a ¶De vitio in vitium.

b ¶Peccator.

ambulans, cùm ipſe inſipiens ſit,

a ¶Sibi ſimiles.

omnes ſtultos æſtimat. Si † ſpiri-

a ¶Immundus. Spiritus princeps huius mundi, & rector tenebrarum harum.

b ¶In filios diffidentiæ.

c ¶Praua ſuggerendo.

tus poteſtatem habentis aſcende-

a ¶Virtutum. ¶Ei.

rit ſuper te, locum tuum ne dimi-

a ¶Penitentiæ.

ſeris: quia † curatio ceſſare faciet

¶Actus impios.

peccata maxima. Eſt & malum

a ¶Sed iuſto iudicio Dei.

quod vidi ſub ſole, quaſi per erro-

a ¶Diaboli vel cuiuslibet qui malos exaltat, bonos humiliat.

rem egrediens à facie principis.

a ¶Fauore populi & potentium. b ¶Sæculi, vel eccleſiæ. vnde. Propter peccata populi facit Deus regnare hypocritam.

Poſitum ſtultum in dignitate ſu-

a ¶Sapientia, virtutibus, bonis operibus, Dei donis.

b ¶Deiectos.

blimi, & diuites ſedere deorſum.

a ¶Idem. b ¶Vitiorum. c ¶In dignitate.

¶Bonos.

Vidi ſeruos in equis, & principes

a ¶Depreſſos. b ¶Cum ſint liberi.

ambulantes quaſi ſeruos ſuper ter-

a ¶Deceptionem.

b ¶Primum ſeipſum iaculo percutiet proprio.

ram. † Qui fodit foueam, incidet

a ¶Inſtitura eccleſiæ. b ¶Hic & in futuro.

in eam: & qui diſſipat ſepem; mor-

a ¶Diabolus. b ¶Sicut hæretici.

c ¶Ab ædificio eccleſiæ.

debit eum coluber. Qui transfert

a ¶Viuos ſcilicet ſanctos, qui in Zacharia voluuntur ſuper terram. b ¶Pro. c ¶Tranſlatis.

lapides, affligetur in eis, & qui ſcin

a ¶Infructuoſa ſcilicet hæreticos & quoslibet malos.

b ¶Compatiens eis. vnde: Quis infir. & ego non infir. quis ſcan. & ego non vror?

dit ligna vulnerabitur ab eis. Si re-

a ¶In diuina ſcriptura.

b ¶Acumen ingenij.

c ¶Acutum.

tuſum fuerit ferrum, & hoc non

a ¶Pro ſuperbia ſua, vel pro negligentia. vnde. Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.

b ¶Studendo, diſcendo, penitendo.

¶Quaſi non eſt deſperandum.

ut prius, ſed hebetatum fuerit, mul

a ¶Sic.

to labore exacuetur: et poſt indu-

a ¶Reſtaurabitur. b ¶Prior.

ſtriam ſequetur ſapientia. Si mor-

a ¶Diabolus. b ¶Occultè.

c ¶Quia tantundem nocet.

deat ſerpens in ſilentio: nihil cõ mi

nus habet qui occultè detrahit.

a ¶Chriſti, vel viri catholici. vnde: diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

Verba oris ſapientis gratia, & la-

a ¶Mors & vita in ma. lin.

b ¶Diaboli vel hæretici.

c ¶In infernum.

bia inſipientis præcipitabũt eum.

a ¶Inſipientis.

Initium verborum eius ſtultitia,

a ¶Quia pertinax in ſtultitia & impęnitens.

et nouiſſimum oris illius error

K Aſcen-



a *Stultus &c.* Vnde: Si peccauerit vir in virum, poteſt ei placari Deus: ſi autem peccauerit in Deum, quis orabit ꝓ eo?

b *In riſu ſa.* Prædicant magis, vt alliciant, quam vt proficiant.

c *Pecuniæ ob.* Vnde: Dextera eorum repleta eſt mune. Et ſacerdotes in mercede docebant.

d *In cogitatione tu.* Simpliciter monet, ne vel ira vel leuitate maioribus male dicamus: quia ſępe eis etiam cum non timebamus, quæ diximus nũtiantur, etiam ſi in cubili.

K Ad reficiendum. *Quia cibus ſic ſumptus reficit naturam, dum tamen non accipiatur in immoderata quanitate, vel cum nimia voluptate. ideo ſubditur: Et non ad luxuriam.*

l In pigritijs humiliabitur contignatio. *Hic conſequenter ponitur mali regiminis proſecutio quantum ad mala inde conſequentia, quia vt prædictum eſt, homines ex hoc efficiuntur carnales, & maximè principes, & ex hoc ſequitur pigritia circa bona opera, ex qua dimittuntur peiorari ædificia, & hoc eſt quod dicitur: In pigri. hu. contignatio. i. ſummitas ædificiorum, in qua coniunguntur tigna, quia diſponitur ad caſum.*

m Et infi. manuum. *Id eſt in remiſſione manuum à bonis operibus.*

n Perſtillabit domus. *Pluuijs & niuibus intra cadentibus. Secundò ex carnalitate principum ſequitur, quòd volunt habere magnam familiam & ſplendidam menſam. ideo dicitur:*

o In riſu. *Id eſt in lętitia inepta.*

p Faciunt panem & uinum, & epulentur bibentes. Et pecuniæ obediunt omnia. *Id eſt diſponunt ſuper menſam. Hoc enim verbum facere, in Heb. aliquando accipitur pro diſponere. vnde in Deut. dicitur de muliere Gentili accipienda in matrimonium à Iudæo, quòd radet cæſariem, & circumcidet vngues ſuos. In Heb. habetur: Faciet vngues ſuas. i. componet, & eodem modo accipitur hic. Et quia ad magnam familiam & amplam menſam indigent multa pecunia, inde ſequitur q ſubuertunt iudicium propter diuitum munera, ideo ſequitur: Et pecuniæ obediunt omnia.*

Deut. 21. c — † Ad ſatu. ri. tatem, & non pro pter potationem.

q In cog. *Hic remouet quoddam periculum. Ex hoc enim, quod dicit de malo regimine regis & principum, poſſet aliquis prorumpere in verba contra famam ipſorum: ideo prohibet hoc tanquam periculoſum, dicens: In cogitatione tua regi ne detrahas. Illa enim quæ in cogitatione reuoluuntur, de facili verbo proferuntur, etiam præter intentionem proferentis.*

† Ad luxũ

r Et in ſecreto cubiculi tui. *Vbi credis à nullo audiri.*

H

s Ne maledixeris diuiti. *Quia poteſt præter ſcitum tuum audiri ab aliquo, & reportari, ideo ſubditur:*

t Quia & aues ce. *i. relatores verborum, qui dicuntur hic aues cęli, eo modo loquendi quo dęmones dicuntur aues cęli in parabola ſeminantis.*

Matt. 13. a

u Portabunt uocem tuam. *Ad tuam accuſationem.*

† cubilis

x Et qui habet pennas. *id eſt quicunque relator verborum velox ad talia referendum. Et eſt repetitio eiuſdem ſententiæ ad maiorem affirmationem.*

y Annuntiabit ſententiam. *i. verba tua ad tuam condemnationem. Vel per habentem pennas intelligitur malus index, qui nimis velox eſt ad proferendum contra ſimplices de facili loquẽs duram ſententiam.*

† indicabit verbum.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Stultus verba mul. *Quia multiplicando verba fatua, finaliter venit ad verba peſſima. Et quia omne malum procedit ex aliqua ignorantia, ſecundũ quod dicit Philoſophus: Ignorat omnis malus, ideo ſubditur:*

b Ignorat ho. *ſcilicet ſtultus.*

c Quid ante ſe fue. *Quia facta præcedẽtium ſapientiũ conſiderare neglexit, quæ ſunt quædam directiones reſpectu agendorum.*

d Et quid poſt ſe futu. eſt. *q. d. Deus, ſed ſtultus talis non eſt hac reuelatione dignus. Et quia talis erat per diuerſa vitia, in quibus eſt magnus labor non ſolum animæ, ſed etiam corporis: ſecũdum quod in perſona damnatorum dicitur, in Sap. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, ideo ſequitur:*

e Labor ſtultorum. *i. ad ſanctorum requiẽ, de qua ciuitate dicitur in Ezech. Et nomen ciuitatis, dominus ibidem.*

f Væ tibi terra. *Poſtquam Salomon oſtendit labilitatem hominis ex inclinatione fomitis, hic conſequenter idem oſtendit ex defectu exterioris regiminis, & primò facit propoſitũ. ſecundò remouet quoddam periculum, ibi: In cogitatione. Prima in duas: quia primò ponitur boni & mali regiminis comparatio, ſecundò mali proſecutio, ibi: In pigritijs. Circa primum dicit: Vę tibi terra, cuius rex puer eſt. moribus & ſenſu, quia ex hoc ſubditi inſoleſcunt, & vitia multipliciter increſcunt.*

F

g Et cuius principes mane comedunt. *id eſt inordinatè, & per hoc deſignantur alia vitia, in quibus principi conformantur, eò quod ſunt ſibi magis propinqui, & ei placere nituntur, & per oppoſitum dicitur:*

h Beata terra cuius rex nobilis eſt. *Moribus & genere. De hac enim duplici nobilitate dicit Greg. Quando altera alteri copulatur, quaſi gemma carbunculi in ornamento auro ſociatur. Talis enim rex ſtudet ſolicitè in terra extirpare vitia & virtutes nutrire.*

i Et cuius principes veſcuntur in tempore ſuo. *i. tempore competenti ſuſtentationi naturæ, & hoc tempus eſt completa præcedentis cibi digeſtione, ideo ſubditur:*

K Ad

a ¶Quia. ¶Contra ſapientes.

peſſimus. Stultus verba multipli-

a ¶Sed tamen. b ¶Carnalis.

cat. Ignorat homo quid ante ſe

¶Hominum.

fuerit, & quid poſt futurũ eſt, qs

a ¶Inquiſitio ſcripturarum & ſtudium vanæ doctrinæ. b ¶Hæreticorum vel philoſophorum.

poterit ei indicare? Labor ſtulto-

a ¶Corpore & anima.

b ¶Nec per ſe nec per alios ſcire volunt.

rum affliget eos, qui neſciunt in

a ¶Ciuitatem Dei, de qua: Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei. b ¶Terrenæ. vel ad literam.

vrbem pergere. Væ tibi terra cu-

a ¶Diabolus qui ſemper nouitate gaudet.

b ¶Cuius ętas leuitati & ſtultitiæ proxima.

c ¶Iudices.

ius rex puer eſt, & cui⁹ principes

a ¶Ante tempus, non curantes publica negotia.

b ¶Econtra. c ¶Eccleſia.

mane comedunt. Beata terra cu-

a ¶Chriſtus. b ¶De ſtirpe regum.

c ¶Prælati.

ius rex nobilis eſt, & cuius princi

a ¶In regno Dei. b ¶Magis neceſſitate quam voluptate. ¶Tantum comedunt vt viuant, non viuunt vt comedant.

pes veſcũtur in tẽpore ſuo, ad † re

a ¶Mundi.

ficiendum & non ad luxuriam.

a ¶Noſtris vel prælatorum. b ¶Ad terram.

c ¶Pars pro toto. ¶Aedificium virtutum cuiuslibet vel eccleſiæ. ¶Tigna congeries lapidum vel domorum.

In pigritijs humiliabitur conti-

a ¶Operum.

gnatio: & in † infirmitate manu-

a ¶Vnde: Venerunt flumina & flauerunt venti.

b ¶Status mentis vel eccleſiæ. c ¶Quia.

um perſtillabit domus: † In riſu

a ¶Quia prælati vel quilibet delicijs & riſui dediti.

b ¶Verbi Dei. c ¶Id eſt vt blandientes non corripientes populo placeant, & delicijs affluant, & agnum de grege & vitulum de armento comedant.

faciunt panem & vinum, vt epu-

¶Sic. a ¶Mortificant animas quæ non moriuntur, & viuificant corpora quæ non viuunt.

lentur bibentes. Et pecuniæ obe-

a ¶Chriſto, qui regit omnia iuſte.

diũt omnia. In cogitatione tua re

a ¶Conſcientiæ.

gi ne detrahas, & in ſecreto † cubi

a ¶Sancto celeſtibus donis ditato.

culi tui ne maledixeris diuiti:

a ¶Angeli. b ¶Ad dominum. ¶Hyperbole: ſicut illud: Si ſerui taceant, lapides clamabunt.

quia & aues cęli portabunt vo-

a ¶Idem. b ¶Deo. c ¶Adminiſtratorij ſpiritus.

¶Deo.

cem tuam, & qui habet pennas,

¶Trans.

† annuntiabit ſententiam.

## GLOSSA ORDIN. CAP. XI.

Mitte pa. Aptos fructificationi. vnde Eſaias: Beatus qui ſeminat ſuper aquas, vbi bos & aſinus calcant.

b *Da partes ſeptem.* Vetus teſtamentum, cuius ſeptima dies ſcilicet Sabbathum præcipuè honoratur, necnon & octo, quod eſt nouum: Sine altero enim non valet alterum.

a *Si ceciderit*

## NIC. DE LYRA. CAP. XI.

Mitte panem tuum. *Superius Salomon induxit ad opera virtutum generaliter, hic conſequenter inducit ad opera miſericordiæ ſpecialiter: quia ſpeciali modo faciunt ad conſecutionem beatitudinis futuræ, ſecundum quod dicit Matt. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratũ vobis regnũ à conſtitutione mũdi. Eſuriui. n. & dediſtis mihi manducare, &c. Et diuiditur in tres partes: quia primò inducit ad opus pietatis, ſecũdò ad accelerationem huius operis ibi: Mane ſemina. Tertiò infert concluſionem ſuæ intentionis, ibi: Lętare ergo. Prima in duas: quia primò inducit ad pietatis actum. ſecundò remouet impedimentum, ibi: Qui obſeruat ventum. Circa primum dicit:*

a Mitte panem tuum ſuper tran. aquas. *Largiendo cibum & potum indigentibus, & maximè peregrinis tranſeũtibus, qui dicuntur hic aquę, eo modo loquendi quo dicitur in Apoc. Aquæ multæ, populi multi. Et aquæ tranſeũtes, quia peregrini tranſeunt ad terram ſuã ſicut aquæ ad mare.*

Apoc. 17. d

b Quia poſt tempora multa inuenies illũ. *Recipiendo inde mercedem non ſolum in futuro, ſed etiam aliquando in præſenti, ſicut Ietro vocauit Moyſen ad comedendum panem, credens eum eſſe peregrinum Aegyptium. Et ex hoc poſtea receptus eſt in populo Iſrael, vt filij ſui haberent partem in terra promiſſionis, quia pietas ad oĩa valet, promiſſionẽ habens vitæ, quæ nunc eſt & futuræ. Apoſt.*

Exod. 2. d — 1. Tim. 4. c

c Da partes ſeptem necnon & octo. *id eſt abundanter da de bonis tuis indigentibus.*

## CAP. XI.

a ¶Quaſi: Mitte vel abſconde eleemoſynam in ſinu pauperis, quia in die iudicij cum multo fenore reddetur tibi ſicut ſemẽ in terra … b ¶Verbi.

Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas:

a ¶… terribilis …

quia poſt multa tẽpora inuenies

a ¶Deo …

illum. Da partes ſeptem necnon



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

F a *Si ceciderit.* Quaſi diceret: Locum quem hic tibi præparaueris, in futuro habebis.

Luc.6.e b *Qui obſeruat ven.* Ac ſi dicat: omni petenti te tribue, vel corporale ſolatiũ, vel Dei verbum ne fortè prætereas cum qui dignus eſt accipere, & omni tempore. Qui obſeruat. In media tempeſtate ſeminandum eſt, quia neſcimus quæ ſit voluntas ſpiritus, & hoc eſt: Quomodo, &c.

c *Mane.* Omni tempore. ſ. à mane in veſperum, & econuerſo: vel, in pueritia & in ſenectute. Qui enim perſeuerat, ſaluabitur.

Matt.10.c d *Lætare ergo iuuenis &c. & in bono ſit cor tuum in diebus.* Hinc vſque ad finem libri Heb ad ſe referũt, in quibus dicũt ſibi præcipi, vt fruantur † diuitijs, antequàm captiuitas ſuperueniat eis vel miſeria ſenectutis, ita tamen vt cor habeant in lege Dei, & ambulẽt in mandatis Dei, non in carnis deſiderijs, & pro omnibus quæ fecerint ſe iudicandos ſciant. Nos verò hoc ſuperioribus iungimus, quibus ait: Mane ſemina ſemen tuum, &c.

† delicijs

† venti

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Quia ignoras, quid fu. ſit ma. ſ. ter. *id eſt in vita præſenti, & ab illo liberari poteris per opera pietatis impenſa indigentibus: quia ſicut prædictum eſt, pietas non ſolùm habet promiſſionem vitæ futuræ, ſed etiam præſentis. Vel aliter poteſt exponi: Quia ignoras* F *quid futurum ſit m. ſu. ter. quaſi dicat forte eueniet mortalitas hominum per peſtilentiam, aut gladium, in qua tolleris de vita præſenti, & tunc opera pietatis valebunt tibi: quia ſola pietas comes eſt defunctorũ, vt dicit. Aug.* Aug. de cura agenda pro mortuis. *Ad hoc etiam inducit exemplum ſenſibile dicens: Si repletæ fuerint nubes exhalationibus humidis.*

b Imbrem ſuper ter. effun. *q.d. ſic homines diuitias habentes debent eas reddere indigentibus. Ad hoc etiam inducit motiuum ex hominis ſtatu poſt mortem, quia tunc ceſſat meritum & demeritum, ideo dicit:*

c Si ceciderit l. *id eſt homo qui dicitur arbor euerſa à philoſophis. vnde 2. de Anima dicit* Ariſt. 1. de anima sext. com.b *Philoſophus, quod radices in arboribus ſunt ſicut ori in hominibus: quoniam per illas accipitur arboris nutrimentum. Dicitur ergo lignum cadere, quando homo per mortem abſcinditur à ſtatu præſentis vitæ.*

d Ad auſtrum aut ad aqui. *i. ad partem electorum vel reproborum, quæ nomine aquilonis deſignatur, eo quod dicitur in Iere. Ab* Iere.1.e *aquilone pandetur omne malum.*

e Ibi erit. *id eſt immutabiliter remanebit: propter quod in vita præſenti debet homo de operibus pietatis ſolicitari, quandiu poteſt mereri.*

f Qui obſeruat. *Hic remouet quoddam impedimentum: Impeditur enim homo ab operibus pietatis ex nimia dilatione, cogitans quod veniet tempus magis opportunum ad diſtribuendum pauperibus bona ſua, & interim auferuntur*

*ſeruntur ei bona, vel etiam vita, & ſic priuatur intento: & hoc eſt quod dicit per ſimile: Qui obſeruat ventum. non ſem. quia rarò autem nunquam eſt aer ſine vento aliquo.* G

g Et qui conſi. nu. *Dimittens metere propter apparentiam nubium.*

h Nunquam metet. *Quia rarò contigit, quòd aer ſit ſine nubibus: Et in tali dilatione aliquando irruunt hoſtes terræ naſcentia ſibi colligentes, remanentia deuaſtantes. Secundum impedimẽtum prouenit ex æſtimatione longitudinis vitæ propriæ, & ſic impeditur homo ab operibus pietatis: quia credit ſe indigere in futuro bonis ſuis, hoc remouetur cum dicitur:*

a ¶Nouum propter dominicam diem.
& octo: quia ignoras quid futurũ a
¶Tribula. ¶Quaſi Mitte pa. ſuper terram quia ſic.
ſit mali ſuper terram. Si repletæ
a ¶Prædicatores vel præcepta. vnde: Conuer. Iacin plu. b ¶Prædicationes. c ¶Mortales
fuerint nubes, imbrem ſuper ter b
a ¶Enim. b In fine. c ¶Homo.
a ram effundet. Si ceciderit lignum c
a ¶In calore charitatis ſpiritusſancti. b ¶In frigore infidelitatis.
ad auſtrum, aut ad aquilonẽ: in d
a ¶Moriendo.
quocunq; loco ceciderit, ibi erit. e
a ¶Metuit. b ¶Perſecutionem aduerſorum.
b Qui obſeruat ventum, non ſemi f
a ¶Facto vel verbo. b ¶Blandientium adulationes.
nat: & qui conſiderat nubes, nun g h
a ¶Vitam æternam.
quã metet. Quomodo ignoras i
¶Tui quomodo in te ingreſſus eſt.
quæ ſit via † ſpiritus, & qua ratio- k
a ¶Tua etiam. b ¶Nemine ſciente.
ne compingantur oſſa in uentre l m
a ¶Matris. ¶Occulta.
prægnantis: ſic neſcis opera Dei, n o
c qui fabricator eſt omnium. Ma- p
a ¶Opera bona & verba.
ne ſemina ſemen tuum, & veſpe- q
¶Operis.
re ne ceſſet manus tua: qa neſcis r s
a ¶Placeat Deo remuneratori.
qd magis oriatur, hoc aut illud:
a ¶Oriatur.
& ſi vtrunque ſimul, melius erit. t u
a ¶Sic tandem. Aliter enim horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.
Dulce lumen, & delectabile eſt x
a ¶Corporis & mentis. b ¶In iudicio. ¶Iuſtitiæ. ¶Et.
oculis videre ſolẽ. Si annis multis vixerit homo, & in his omni-
a ¶In proſperitate vel bonis operibus. b ¶Semper.
bus lætus fuerit, meminiſſe debet y
a ¶Diem mortis. vnde: In omnibus diebus memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.
tenebroſi tẽporis & dierum mul z
torum: qui cùm venerint, vanita- a
a ¶Quia tot mala & aduerſa: ergo lætare ¶Ironice. ¶In domino. vnde: Gaudete ſemper in domino, non in mundo.
d tis arguentur præterita. Lætare b
a ¶Antequam ſenectus veniat, vel captiuitas Babylonica, vel Romana.
ergo iuuenis in adoleſcentia tua,
a ¶Quod tibi placet.
& in bono ſit cor tuũ in diebus
iuuentutis tuæ, & ambula in vijs c
a ¶Voluptatis. b ¶Sapientiæ.
cordis tui, & in intuitu oculorũ d
a ¶Tamen b ¶Semper meditare c ¶Quæ facis.
tuorum: et ſcito q pro omnibus e
a ¶Vbi manifeſta erunt abſcondita cordis noſtri.
his adducet te Deus in iudiciũ.

i Quomodo ign. quæ ſit uia ſpi. *id eſt per quem modum anima infunditur corpori.*

K Et qua ratio. *i. per quem modum.*

l Compingantur. *i. formentur.*

m Oſſa. *ſ. pueri.*

n In uentre præg. *i. matris. Iſta enim ſunt totaliter occulta nobis.*

o Sic neſcis ope. Dei. *Quia ſtatim poteſt te tollere de vita præſenti: propter quod Luc. 12. dicitur diuiti diu viuere ſperanti: Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te, quæ autem congregaſti, cuius erunt?*

p Mane. *Poſtquàm Salomon induxit ad pietatis exercitium, hic conſequenter inducit ad huius exercitij feſtinum principium, & etiam profectum continuum di. Mane ſemi. ſemen tuum. id eſt pietatis opera incipe à tempore iuuentutis.*

q Et ueſpere. *ſ. in ſenectute, in qua ſolent homines fieri tenaces.*

r Neceſſet m.t. *Facere pietatis opera.*

s Quia neſcis quid ma. ori. *i. Deo acceptius efficiatur.*

t Et ſi utrunque ſimul. *id eſt æqualiter Deo acceptum.*

u Melius erit. *In fructu præmij.*

x Dulce lumen. *Hic remouet huius accelerationis quoddam impedimentum, quod procedit ex conſideratione vitæ præſentis tantum, & ſic impeditur homo ab operibus pietatis, quia non conſiderat tempus ſuæ mortis, ideo dicitur: Dulce lumen, id eſt delectabile eſt homini perfrui vita præſenti: Sed quia cum hoc debet de morte cogitare, ideo ſubditur: Si annis multis vixerit homo, & in proſperitate: tamen.* H

y Meminiſ. debet te. tem. *i. mortis qđ tempus vocatur frequenter nox in ſcriptura.*

z Et die. multo. *i. temporis poſt mortẽ, quod non habebit finem.*

a Qui cum uenerint uanitatis arguentur præte. *id eſt huius vitæ delectabilia, quæ tranſierunt vt vmbra.*

b Læta. ergo. *Hic infertur intenta concluſio, ſcilicet quod homo ex conſideratione diuini iudicij debet à malis retrahi, & in bonis exerceri. Dicit igitur: Lætare ergo iu. Et ſecundum Heb. eſt ironica locutio, ſicut aliquando pater dicit filio: Vade ad tabernam, & bibe & lude. quaſi diceret. poſtea dolebis, & hoc patet ex ſequentibus, cum dicitur:*

c Et ambula in vijs cordis tui. *i. ſecundum modum tuæ propriæ voluntatis.*

d Et in intui. ocu. tuo. *i. ſequendo concupiſcentiæ impulſum, quod eſt valde malum, ideo ſubditur:*

e Et ſcito, quod pro om. *Te grauiter puniendo propter quod infert per oppoſitum.*

## GLO. ORDIN. CAP. XII.

Hinc vſque ad finem capituli legitur tribus modis. ſ. de iudicio, ſenectute, captiuitate. & terminunt quædam gloſſæ quandoque duabus ſententijs, quandoque verò inueniuntur † ſecundum omnes ſententias. † iuuentus

☞ a *Antequam*

## NIC. DE LYRA. CAP. XII.

A Vfer iram à corde tuo. *Vindictam de alijs non quærendo. Ira enim eſt appetitus vindictæ: quam ſolent iuuenes magis quærere quàm ſenes propter caliditatem naturæ.*

b Et amoue. ma. *i. luxuriam. Et ſubdit vtriuſque dicti cauſam.*

c Ado-

## CAP. XII.

a ¶Omnes iræ motus à parte totũ.
A Vfer † iram à corde a
a ¶Vitia iuuentutis. ¶Omnes malas voluntates.
tuo, & amoue malitiã b
à carne tua. adoleſcentia. n. & † vo c d
a ¶Caroris, comes adoleſcentiæ. b ¶Tranſitoria. c ¶Et. d ¶Qui te fecit, qui te in re cabe.
luptas vana ſunt. Mẽmẽto crea- e f

c Adoleſcentia enim. *Quærens vindictam.*

d Et voluptas. *Exercens luxuriam.* † mol

e Vana ſunt. *Quia citò tranſeunt, & ad finem malum perducunt.*

f Memento creatoris tui. *Superius. Salomon induxit multipliciter ad felicitatis humanæ acquiſitionem, hic conſequenter inducit ad huius acquiſitionis accelerationem. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur hæc acceleratio: Secundò, quædam breuis recapitulatio, ibi: Cum q; eſſet. Tertiò, infertur intenta concluſio, ibi: His amplius. Circa primum dicit: Memento creatoris tui. qui te fecit de nihilo ad imaginem ſuam. Gen. 1. propter quod obligatus es totus ad eius ſeruitutem.*

¶ a In



☞ a *Ante na tenebreſcat ſol.* Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequam veniat dies domini magnus. Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum mouebuntur, quæ ſunt cuſtodes domus, id eſt huius mundi, & viri fortes errore decepti nutabunt, vel in morte cuiuſque Sol & Luna, & ſtellæ & nubes & pluniæ ceſſant ei.

b *Et claudent oſtia in pla.* Ne videant luſus iuuenum: omnia enim talia ſunt eis importabilia.

c *Et conſurget.* Quia non poſſunt dormire refrigeſcẽte ſãguine ſiccato humore quibus alit ſopor. † inclinabunt

d *Diſſipabitur capparis.* Capparis renibus valet. Et quia circa partes illas libido regnat per capparim ſignificatur quæ petræ hæret, ſicut Iſrael Deo. Capparis mane aperit flores ad ſolis ortum, veſpere aũt recõdit eos cum ſolis occaſu. Sic eos qui in proſperitate gratulantur, in aduerſitate vero deſiliunt à bono. † turbabunt

e *Antequam rumpatur funiculus.* Redit ad ſuperiora vbi ait: Memento creatoris tui, &c. ſimili fine ſentẽtiam concludit.

f *Et reuertatur puluis.* Antequam reuertaris in Babyloniam vnde es egreſſus in lumbis Abrahæ, & incipias in Meſopotamia conteri, vnde profectus es.

g *Vanitas vanita.* Poſt deſcriptionem humanæ fragilitatis & mortis, pulchrè quod propoſuerat cõcludit: Vanitas vanita. Quaſi, noli luxuriari, noli delicias quærere, cũ ſcias te celeri fine tranſire, & ad iudicium feſtinare.

h *Verba ſapientum ſicut ſtimuli, &* B *quaſi claui in al.* Ne videatur temerè poſt legem per Moyſen ipſo Deo præmonente datam, noua præcepta cudere, dicit hæc verba ſapientum eſſe.

☞ a *Finem*

## NICO. DE LYRA.

¶ a In diebus iuuentutis tuæ. *Quia tunc potes ei promptius & melius ſeruire, ideo ſubditur:*

b Antequam ueniat tem. a. *i. ſenectutis: quia ſicut dicit Horatius: Multa ſenem circumueniunt incommoda.*

c Et appro. anni. *Tuæ mortis.*

d De quibus di. non pla. *Omnes enim mortem refugiunt & abhorrent.*

e Antequam. *Reſumendum eſt quod dictum eſt in principio ca. Memento creatoris tui, in principio huius clauſulæ & etiam clauſularum ſequentium. Antequam tenebreſcant ſol. Dicitur autem Sol & Luna & ſtella obtenebreſcere ſenibus, & maximè ad mortẽ appropinquantibus, quia deficit virtus eius viſiua, & ſic non poteſt claritatem eorum bene videre, nec de die, nec de nocte.*

f Et reuer. nubes. *tribulatio mortis ſuper tribulationem in ſenectute, ita quod Salomon loquitur hic metaphoricè ſecundum omnes expoſitores Hebr. & latinos.*

g Quando commouebuntur cu. d. *i. corporis, quod eſt domicilium animæ. Huius autem domus cuſtodes ſunt ſenſus, qui præcauent corpori à nocitis. Et dicuntur hic commoueri, quando incipiunt deficere & hebetari.*

h Et nutabunt viri fortiſſimi. *i. crura & tibiæ, quæ dicuntur viri à virtute, quia ſuſtinent corporis pondus: ſed nutãt id eſt tremunt ſeu vacillant in ſenectute deficiente naturali virtute.*

i Et

toris tui in diebus iuuentutis tuæ, antè a b
a ¶Senectutis, mortis, iudicij, captiuitatis.
quàm veniat tempus afflictionis tuæ,
& appropinquent anni de quibus di- c d
a ¶Id eſt antequam auferantur iudices tui & viri fideli. b ¶Veniet e iudice.
a cas, non mihi placent. Antequam † te- e
a ¶Senes qui in ſenectute debilitantur.
nebreſcant ſol & lumen, & ſtellæ & lu-
a ¶Prophetæ. ¶Completis quæ prænuntiant. b ¶Ad annulationem verborum ſuorum.
na, & reuertantur nubes poſt pluuiam, f
a ¶Recedentes. b ¶Angeli, cuſtodes domus. ¶Coſtæ quæ muniunt uiſcera corporis.
quando commouebuntur cuſtodes do- g
a ¶Turbabuntur. ¶In exitu tuo. b ¶Crura tot. m corporis ſuſtinentia.
mus, & † mutabuntur uiri fortiſſimi, h
a ¶Debiles non valentes molere cibum. b ¶Dentes. ¶Verba magiſtrorum.
& otioſæ erunt molentes † in minuto i k
a ¶Caligabunt. b ¶Oculi. ¶Prophetæ qui de cœlo ſolebant viſionis ſuæ lumen accipere.
numero, & tenebreſcent videntes per l
a ¶Senes qui non poſſunt ambulare in domo ſedent.
b foramina, & claudent oſtia in platea, m
a ¶Adueniente captiuitate leuſa'em humiliabitur.
c in humilitate vocis molentes, & con- n o
a ¶Chaldæi. b ¶Quaſi ſeruitute voce inuitati. c ¶Galli. ¶Nimia ſenectute nihil valentes diſcernere. d ¶Aures quæ delectantur carmine, vel choro pſallentium in choro.
ſurgent ad vocem volucris, & obſur- p
deſcent omnes filiæ carminis. Excel- q
a ¶Dei potentiam. ¶Laſſis poplitibus. b Ingredi. c ¶Ne cadant. ¶Iſrael morte Sennacherib.
ſa quoque timebunt, & formidabunt r
a ¶Plana. b ¶Caneſcet caput. ¶Metaphora. c ¶Virga quam Ieremias vidit.
in via, florebit amygdalus, impingua- s t
a ¶Intumeſcent tibiæ. b ¶Nabuchodonoſor cum exercitu ſuo. c ¶Refrigeſcet libido, organis membrorum deficientibus.
d bitur locuſta, diſſipabitur † capparis. u
a ¶Amicitia Dei cum Iſrael b ¶Sic diſſolutus. ¶De auxilio deſtitutus. c ¶In terram.
Quoniam ibit homo in domum æter- x y
a ¶Obſidione vallati.
nitatis ſuæ, & circumibunt in platea z
a ¶In funere vel in furore.
e plangentes. Antequam rumpatur † funi- a
a ¶Gloria Iſrael. b ¶Continuatio vitæ. c ¶Vnde venit. d ¶Velcatena ¶Anima precioſa pars hominis.
culus argenteus, & recurrat vita aurea, b
a ¶Metaphoricè. ¶Homo.
& conteratur hydria ſuper fontem, & c d
¶Id eſt donec vobis ſanctaſanctorum præcepta legis & gratia ſpiritusſancti auferantur. ¶Qua extrahitur aqua.
f confringatur rota ſuper ciſternam, & e
a ¶Corpus. b ¶Vnde egreſſus in lumbis Abrahæ.
reuertatur puluis in terram ſuam vn-
a ¶Anima. ¶Gratia propheticæ qua quondam fruebatis. b ¶Deum.
de erat, & ſpiritus redeat ad eum, qui f
a ¶Non eſt enim de traduce.
g dedit illum. † Vanitas vanitatum, di- g
¶Commendat ea quæ dixit & allegorice dicta ſunt.
xit Eccleſiaſtes, & omnia vanitas. Cùm h
que eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes,
docuit ✠ populum, & † enarrauit quæ i k
a ¶Quæ fecerat.
fecerat, & inueſtigans compoſuit pa- l m
rabolas multas. Quæſiuit ✠ ver- n
¶Auditori.
¶Teneri retinendos.
ba vtilia, & conſcripſit ſermones re- o
h ctiſſimos ac veritate plenos. Ver- p q
a ¶Non mea tantum. b ¶Acuunt et urgentes pigros & excitantes ſomnolentos, non pungentes.
ba ſapientum ſicut ſtimuli, & quaſi r

i Et otioſæ erunt molentes. *i. dentes quibus molitur cibus in ore: iſti* C *appropinquante morte non poſſunt hoc facere.*

K In minuto nume. *Numerus enim dentium in communi curſu minuitur in ſenectute.*

l Et teneb. videntes. *i. oculi intra foramina capitis collocati.*

m Et claudent oſtia. *i. labia in plano faciei ſita, quæ dicuntur claudi, quando non poſſunt bene loqui. ideo ſubditur:*

n In humilitate. *i. exilitate vocis, quod contingit in appropinquatione mortis.*

o Et conſurgent ad uo. uo. *i. galli. Senes enim non poſſunt bene dormire, & ſic excitantur in primo gallorum cantu, & hæc excitatio dicitur hic ſurrectio, quia ad literam non poſſunt ante retinere vrinam propter debilitatem organorum, & ideo oportet eos tunc ſurgere.* † obſurdeſcent

p Et obſcurdeſcent omnes. *Iſti ſunt aures, quæ dicuntur filiæ carminis, eò quod delectantur in melodijs.*

q Excelſa quoque timebunt. *id eſt ſuperior pars animæ: quia ſenes naturaliter timent mortem propinquantẽ, etiam ſecundum partem ſuperiorem corpori compatientem.*

r Et formidabunt in uia. *Quia timent exitum viam præſentis vitæ.* † pauebunt

s Florebit amygda. *i. caput canebit.*

t Impinguabitur locuſta. *i. venter intumeſcet humoribus indigeſtis.*

u Et diſſi. capparis. *i. concupiſcentia carnis, quæ ſic nominatur, eò quod capparis eſt herba, qua luxuria excitatur.*

x Quoniam ibit homo. *Per mortem.*

y In domum æter. ſuæ. *Quia inde nunquam reuertetur ad vitam præſentem.*

z Et circ. in pla. *Homines iam defuncti.*

a Antequam rumpat. *Reiteratur memento creatoris tui, antequam rumpatur funis argenteus. i. harmonia, qua elementa colligantur in corpore viuente, quæ rumpuntur in morte.* D

b Et recurrat vita aurea. *id eſt vita futura, quæ ſecundum veritatem melior eſt iuſtis quàm vita præſens, ſicut aurum melius eſt argento.*

c Et conteratur hydria ſuper fon. *Fons dicitur hic cor, à quo procedunt ſpiritus vitales, ſicut aquæ viuæ ex fonte. Hydria cum qua hauritur aqua de fonte, dicitur hic compago cæterorum membrorum, recipiens vitam à corde, quæ conteritur ſuper fontẽ: quia moriuntur cum corpore.* † deſideria

d Et confringatur rota ſuper ciſt. *Rota dicitur hic caput, quia appropinquat ad figuram rotundam. Ciſterna vero dicitur ipſum cor, eò quod inde accipitur vita, vt prædictum eſt, & ſic rota confringitur ſuper ciſternam, quando omnes ſenſus qui vigent in capite, deficiunt totaliter corde moriente.*

e Et reuertatur pul. *id eſt corpus humanum, quod pro maiori parte factum eſt de elemento terræ.*

f Et ſpiritus re. ad De. *Secundum merita eius & demerita iudicandus.*

g Vanitas. *Exponatur, vt ſupra.*

h Cumque eſſet. *Hic ponitur breuis recapitulatio de libris Salomonis, & dicit ... ſapientiſſimus ... ſapientiæ ... tempore.*

i Docuit po. *Verbo & ſcripto.*

K Et enar. *Supra. 2. & in pluribus alijs locis.* 3.Reg.4.d

l Et inueſtigans. *Sapientiam.*

m Compo. para. *ſ. tria millia.*

n Quæſiuit. ver. *ad bonum regimẽ populi.*

o Et conſcripſit ſer. re. *Quia nulla eſt in eis diſtorſio à veritate.*

p Ac ueri. ple. *Quia cum veritate literali continent plures veritates myſticas.*

q Verba ſapientum ſic. *Quia excitant tardum pigros in opere virtutis.*

r Et q. clauis in pfundũ, *ſicut de lo, ...*



¶ alias

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶Mentis. ¶Multorum.
claui in altũ defixi, quæ per magiſtro- a
a ¶Non temere. b ¶Ideo digniora. ¶Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.
rum cõſiliũ data ſunt à paſtore vno. b
a ¶Ergo. ¶Verbis. ¶Quia. b ¶Sed ſi his contentus non fueris, & vltra quæſieris.
His amplius fili mi, ne requiras. Faci- c d
¶Tibi. a ¶infinita curioſitas.
endi plures libros nullus eſt finis: frẽ- e
¶Non tantum ſpiritus.
quenſque meditatio, carnis eſt affli- f
a ¶Vnanimes. ¶Nullus excuſet ſe.
a ctio. Finem † loquendi omnes pariter
a ¶Hunc ſcilicet. b ¶Filiali amore. ¶Sic.
audiamus. Deum time, et mandata g h
a ¶Inuiolata. b ¶Ad. c ¶Factus à Deo. d ¶Time, quia cum. quæ ſi mala ſcilicet & bona.
eius obſerua: hoc eſt omnis homo. i k
a ¶Diſtrictum.
Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iu l
a ¶Et iudicabit. b ¶Etiam otioſo verbo ignoranter prolato.
diciũ † pro omni errato, ſiue bonum m n
ſiue malum ſit. o

E a *Finem loquendi.* Quia diuerſorum diuerſas ſententias tanquam concionator induxerat, hoc fine omnes conciliat. ſ. Deum time. Hoc ſolum aiunt Hebræi in autoritate habitum: quia hic intentionem ſuam oſtendit, cùm videatur in multis ad voluptates hortari. Stabat Amos propheta ſupra murum litum. Et dixit dominus ad eum: Quid tu vides Amos? Trullam cementarij ego video linitẽtem murum. In trulla tria conſiderantur acumen, lignum, & planicies. Acumine dura eijciũtur, ligno eminentia intus reſtringuntur, planicie omnia adęquantur & poliunt. Murus expolitis & impolitis lapidibus & cemento conſtat. Murus iſte, mundi vniuerſitas eſt, cuius diſpoſitio & diuerſitas ex rerum varietate conſtat: Sicut in muro quædam latent, quædam prominẽt, omnia tamen æquantur, ita in mundo quædam quę latent, ad ortum prodeũt: & quæ ſunt ad occaſum, tendunt & occidunt: omnia tamen vno fine clauduntur & ęquantur. Super hunc murum, id eſt ſuper hanc varietatem & diuerſitatem ſtabat Amos, ſemper ſe ad interiora mente extendens. Salomon verò ſubter vel iuxta hũc murum ſtabat, & nõ deſuper. Tandem cõſiderans ſubtili inquiſitione varietatẽ & rerum mutabilitatem, intellexit omnia eſſe vana & caduca. Moritur enim doctus cum indocto, pauper cum diuite, & huiuſmodi ſimilia. Et ſicut in principio dictum eſt, tria edidit volumina: Prouerbia, Eccleſiaſten, Cantica canticorum. In quibus tria hominum genera exprimit, incipientes, proficientes, & perfectos. Inde trinomius dictus eſt, Idida. i. dilectus, Eccleſiaſtes, id eſt concionator, Salomon. i. pacificus. In titulo parabolarum vocat ſe filium regis Iſrael. Ibi enim G loquitur maioribus & minoribus, inſipiẽtibus & rudibus, & ad plures. In Eccleſiaſte verò filium regis Ieruſalem: iam hic ad ꝓfectos loqũ & ad paucos. In Cantico tñ Salomon ſe vocat, ibi perfectis & ęqualibus more boni oratoris. In hoc libro loquitur ad populũ iam penitentẽ. Legitur enim Salomon Deum offendiſſe ſupra omnes coętaneos ſui temporis, & in tantum, vt idololatra ſit factus amore mulierum, & tẽpla tribus idolis circa Ieruſalẽ conſtruxiſſe, vñ & thurificaſſe dñ: Hebręi tradunt illum penituiſſe, & in illa pnia hunc librum compoſuiſſe, in quo oſtẽdit oĩa vana caduca eſſe, & ita reuocat eos ab errore vitiorum & peccatorum ad pęnitentiam ſui exemplo. Materia eius eſt trulla cementarij. i. mundi mutabilitas, vt dictum eſt. Intentio eſt nos reuocare ab appetitu rerũ mũdanarum ad contẽptũ earum, vt cũ Amos nõ ſubter vel iuxta ſed ſupra murum ſtemus. Modus talis more prophetico præmittit proęmium, in quo oſtendit quis ſit, & qui loquitur, & ad quos loquatur. Notandũ etiam quod non omnes ſententiæ quæ hic ponuntur ſunt Salomonis, ſed diuerſorum. Non enim tam ſapienti hoc cõueniret. ſ. Bonũ eſt ut quis bibat & comedat. Et illud: Vnus interitus hominum & iumentorum. Et illud: Quid amplius habet ſapiens ſtulto, &c. Poſitis itaq; diuerſorum ſentẽtijs, more boni concionatoris, qui vt oẽs audiant ipſum, manu ſilentium indicit, ſuam iniam promulgat, quam omnes acclamẽt firmiter tenere. Ita finẽ loquẽdi oẽs pariter audiamus. Deum time, & mãdata eius obſerua: hoc eſt omnis homo.

Amos. 7. d — † ſermonis omnis — † omne abſconditum — Eccl. 2. a — Supra 2. c. Ibid. 3. a. Ibid. 1. a

## NICO. DE LYRA.

F ¶ altus eſt, id eſt profundus. & ideo ſicut claui in profundũ ligni defixi, ſunt ibi quaſi immobiles, ſic uerba prophetarum non poſſunt à veritate remoueri.

*a* Quæ per magi. conſi. *id eſt ſapientum.*

*b* Data ſunt à pa. uno. *ſcilicet ipſo Deo, qui omnia regit, & paſcit. Magiſtri verò iſti poſſunt dici tres perſonæ in diuinis, vel angeli in quibus primò reuelantur diuina ſecreta, & ſunt executores diuinæ voluntatis.*

*c* His amplius. *Hæc eſt vltima pars huius libri, in qua ponitur intenta concluſio: & hoc quantum ad duo. Primum eſt, quod homo non ſit curioſus in inueſtigatione ſcripturarum præter neceſſarium, & quantum ad hoc dicitur: His, id eſt ſacræ ſcripturæ libris, vt exponit Rab. Sab. Amplius fili mi ne requiras, per hoc tamen non excluduntur libri alij ad intellectum ſacræ ſcripturæ neceſſarij, ſed illi qui non ſunt ad ſalutem neceſſarij, de quibus ſubditur.*

*d* Faciendi plures libros nullus eſt fi. *Quia ſemper emergunt nouæ difficultates in talibus.*

*e* Frequenſque medita. *Circa talia.*

*f* Carnis eſt afflictio. *ſcilicet effectiuè, & ſine vtilitate, cum ſit de præter neceſſarijs ad ſalutem, & impediat neceſſariorum cognitionem: quia impedit ſtudium circa ipſa. Secundum eſt, quòd homo intendat totis viribus neceſſarijs ad ſalutem: ideo dicit.*

*g* Deum time. *timore filiali. per quem receditur à malo.*

*h* Et mandata eius ob. *exercendo te in bono: & hæ ſunt duæ partes iuſtitiæ, quæ faciunt hominem perfectum in virtute, ideo ſequitur.* H

*i* Hoc eſt omnis homo. *i. totus ſiue perfectus homo, quia totum, & perfectum ſunt idem. 5. Metaphy. ita quod accipitur hic ſignum totius vniuerſalis pro ſigno totius integralis. quia in Hebræo pro utroque eſt vna ſola dictio æquiuoca ad vtrũque & eſt ſenſus: Hoc eſt omnis homo, id eſt iſtæ duæ partes iuſtitiæ faciunt perfectum hominem in virtute, & ſubditur motiuum ad iſta duo, cum dicitur.* Ariſt. 5. Metaph.

*K* Cuncta quæ fiunt ſub. *ſcilicet ab hominibus, qui per liberum arbitrium poſſunt mereri & demereri.*

*l* Adducet Deus in iudicium. *generale.*

*m* Pro omni errato. *In Heb. habetur: Pro omni celato, quod ibi manifeſtabitur.*

*n* Siue bonum ſit. *vt remuneretur.*

*o* Siue malum. *vt puniatur. Ad hanc ſententiam poteſt trahi quantum ad aliquid noſtra litera, cum dicitur: Pro omni errato. id eſt delicto ex malitia vel ignorantia. Siue ſit bonum. de genere, malum tamen ex circunſtantia: ſicut cum aliquis dat eleemoſynam mulieri paupercule, vt eam pertrahat ad luxuriam. Siue malum. de genere, ſicut furtum, & homicidium. Punitio tamen talium cedet ad gloriam electorum, ſicut dicitur in Pſalm. Lætabitur iuſtus cum uiderit vindictam. & ad gloriam Dei: Cui honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.* Pſal. 57. b

## PRÆFATIO IN LIBRVM CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS.

*SALOMON filius David regis Iſrael iuxta numerum vocabulorum ſuorum tria volumina edidit. Quorum primus eſt* במשלי *misle, quem Græci* παροίμιας *Latini prouerbia nominant, eo quod in ipſo ſub comparatiua ſimilitudine figuras uerborum & imagines veritatis oſtendit. Ipſam autẽ veritatem ad intelligendum ingenio legentium reſeruauit. Secundum librum* קהלת *Coheleth vocauit, qui Græcè* ἐκκλησιαστής *vocatur, Latine concionator: eo quod conciones non ſolum ſpiritualiter ad vnum ſicut in prouerbijs, ſed ad vniuerſos generaliter dirigantur, docens omnia quæ in mundo cernimus, vana eſſe & breuia, & ob hoc minimè appetenda. Tertium librum* שיר השירים *ſir haſſirim prænotauit: qui in Latinam linguam vertitur in Cantica canticorum. Vbi per epithalamicum carmen coniunctionem Chriſti & eccleſiæ myſticè canit. Dicitur autem Canticum canticorum, eo quod omnibus canticis præferatur. Sicut in lege quædam dicitur ſancta ſanctorum. In his quidem tribus libris trium generum diſciplinas compoſuit, quibus ad rerum ſcientiam peruenitur. In primis namque Ethicam, id eſt moralem, poſt hoc Phyſicam, quæ qualitatẽ naturæ comprehendit, ad ultimum Theoricam, id eſt contemplatiuam. In prouerbijs enim moralia docens, per communem quendam loquendi vſum altiorẽ intelligentiam edidit, conſeruationemque mandatorum, & doctrinæ cęleſtis inſtitutionem ſuccinctis verbis breuibus ſententijs coaptat. Sunt autem prouerbia ſub verbis alijs res alias explicantia, quæ aliter quàm dicuntur intelliguntur: plus in virtute ſententiarum, quàm in ſono verborum habent, quæ Græci* παροίμιας *vocant Eccleſiaſtes rerum naturas diſcutiens cuncta in mundo vana, et caduca eſſe deprehendit, rerumque omnium fragilitate conſpecta, renuntiari mundo admonuit. In Canticis canticorum ſupergreſſus viſibilia atque contemplans ea quæ ſunt cęleſtia vel diuina ſub ſpecie ſponſi ſponſæque Chriſti eccleſiæque vnitatem declarat, atque animam ad amorẽ cęleſtiũ excitans, perueniendũ ad conſortiũ Dei prouocat. Illud verò non eſt putandũ, ꝙ ab auditorib. noſtris traditur, apud Heb. hãc fuiſſe conſeruationem, ne cuiquam hunc librum legere permitterent, niſi viro iam perfectæ ſcientiæ & roboratę fidei in peritia: ne tam erudiret cognitio lubricas mẽtes, quàm textus ad concupiſcentias corporales conuerteret. Salomon. i. pacificus, quia in regno eius pax per quam futura pax eccleſiæ figurabatur. Idida. i. dilectus:*

Cantica canticorum quare — Prouer. — Eccleſ. — Pſ. 44



A *ſtas: & ſignificat illum de quo dicitur: Specioſus forma præ filijs hominum: propterea benedixit te Deus in æter. Eccleſiaſtes, i. concionator, & ſignificat illum qui rationabiliter erat allocuturus, & congregaturus eccleſiam. Iuxta numerum vocabulorum, tres fecit libros. Prouerbia. i. in quo libro docet paruulos non tam ætate, quàm ſapientia, de æquanimi cõuerſatione in mundo ſ. qualiter licitè poſſint uti temporalib. Eccleſiaſtẽ, in quo inſtruit hõies prouectioris ætatis, ad contemptum caducorum. Cãtica canticorum. ſ. hoc opus in quo virum conſummatũ docet de ſolo amore Dei, ut requieſcat inter brachia ſponſi. Vnde & Cãticũ cãticorũ dicitur ſua dignitate oĩa alia excellẽs cãtica. Per illa quippe uitantur uitia, cauetur hoſtis: per iſta locupletamur virtutibus, domino coniungimur. Simili ordine etiam philoſophi inſtitutiones ſuas ponunt. Primum Ethicam docent, poſtea Phyſicam, & quem in his profeciſſe vident, ad Theoricam vſque perducunt. Materia, ſponſus & ſponſa, id eſt caput & eccleſia. Et modus quali deſiderio membra capiti cohæreant, & ei placere contendant, & quæ dona ab illo, vel in præſenti accipiant, vel in futuro expectent, & quali affectione ſponſus eccleſiam diligat, eam laudans, & admonens, & confortans. Finis eſt dilectio Dei. Quatuor mihi in hoc opere inueniſſe videor perſonas ſponſum & ſodales ipſius, ſponſam & adoleſcentulas cum ea. Alia à ſponſo, alia dicuntur à ſponſa, nonnulla à iuuenculis, quędam à ſodalibus ſponſi. Congruum quippe eſt, vt in initijs ſit adoleſcentularum multitudo cum ſponſa, iuuenum turba cum ſponſo. Sponſum, Chriſtum intellige, ſponſam eccleſiam ſine macula & ruga. Angelos verò, & eos qui peruenerunt in virum perfectum, intellige amicos ſponſi. Adoleſcentulæ, ſunt ſponſarum incipientium turbæ, iuxta modum † quendam ſalutem adeptæ. Ex hoc autem libro Gentiles ſibi epithalamium vendicarunt, & iſtius generis carmen aſſumptum eſt. Si vis aſcendere ad Canticum canticorum, neceſſe eſt de Aegypto egredi, vt poſt tranſitum maris rubri ſub aquis inimicis, primum poſſis canere canticum: Cantemus domino gl. enim &c. Sed quia adhuc longè es à Cantico canticorum, perambula tota ſolitudine deſerti ſpiritualiter & conſequenter Iordanis ad ripam conſiſtens, ſecundum canticum canas: Audite cęli quę loquor &c. Et cùm Iordanẽ tranſieris, ad altiora conſcende, vt poſſis anima decora cum ſponſo, & hoc canere Canticum canticorum. Notandum, quod ſponſa ſemper in domo, vel in lectulo, vel in aliquo interiori loco cum ſponſo eſſe concupiſcit: quod mulieribus conuenit. Ipſe quod maſculorum eſt, ad forinſeca vinearum, vel ad huiuſmodi opera amicam euocat: quia uirilium eccleſia, ſi poſſet fieri in tranquillitate pacis, domo ſuos filios educare deſiderat. At ipſe in præſenti eam crebris perſecutionibus exercet, quò mundior ad æterna perueniat, ne ſi proſpera contingant incolata præſentis ſeculi vel exilij delectata, minus ad celeſtem ſuſpiret patriam. Synagoga congregatio, quod & lapidum: eccleſia conuocatio, quod rationabilium. Vtraque autem hæc portio in hiſtoria in eadem fide Chriſti & dilectione diuerſis temporibus, illa expectando venturũ, iſta ſuſcipiendo præſentem conſors effecta eſt. Omnes animæ motiones, vniuerſitatis conditor Deus creauit ad bonum, ſed vitio noſtro ſepe fit, vt res quæ per naturam bonæ ſunt, dum malè his abutimur, nos ad peccatum deducant. Vnus ex animæ motibus amor eſt, quo bene vtimur ſi ſapientiam amemus, & veritatem. Male autem, ſi carnem aut ſanguinem. Tu igitur, vt ſpiritualis audi ſpiritualiter amatoria verba cantici cantari, & diſce motum animæ tuæ, & naturalis amoris incendium ad meliora transferre.* C

Pſal. 44. a — † quandam — Exo. 15. a — Deut. 32. a — Quia amor bonus

## GLOS. ORD. CAP. I.

OSculetur me. Vox præcedentium aduentum Chriſti qui orant ad patrem ſponſi, id eſt Chriſti. In medijs precibus exauditur, & videns ſponſum ad ipſũ loquitur: Tangat me dulcedine præſentiæ ſuæ, quam à prophetis ſæpius promiſſam audiui, & velut oſculum afferens etiam mei oris attactum ſuſcipiat, id eſt interrogantem me de via ſalutis audiat, & erudiat, & vtraque vnum faciens, oſculum pacis afferat. Oſculari pro pacificari ponitur, ad ſimilitudinem illorum qui propter diſcordiã à dominis ſuis receſſerunt, ſed redeuntes ſe inuicem oſculantur, & perfectè pacificantur, ſic ſynagoga. Genus humanum à Deo per peccatum remotum, optat reconciliari per incarnationem filij. Quot præcepta ex eius prædicatione cognoſcit, quaſi tot oris eius oſcula ſuſcipit. Loquitur more amantis quæ præ feruore dilectionis ordinem loquendi non valet obſeruare. Sicut enim in oſculo duo corpora diuerſa iunguntur, ſic in incarnatione filij duæ ſubſtantiæ diuinitatis, & humanitatis penitus diuerſæ inſeparabili coniunctione vniuntur. B

a Meliora

## INCIPIVNT CANTICA CANTICORVM SALOMONIS.

## CAP. I.

a ¶Delectet, & certificet.
b ¶Humanam naturam.
c ¶ Incarnatione filij, quę eſt quaſi quędam prelibatio coniunctionis.

a OSculetur me oſculo oris ſui: a

## Poſtilla venerabilis Patris, Fratris Nicolai de Lyra ſuper Cantica canticorum incipit.

OSculetur me. *Expedito primo Salomonis libro, in quo traduntur documenta, quæ faciunt ad illuſtrationem mentis: & ſecundo, in quo inducimur ad contemptum affluentiæ mobilis, hic conſequenter incipit tertius, inducens ad amorem ſupernæ felicitatis, ſicut dictum fuit plenius in principio primi libri, vbi poſui quandam præfationem pro iſtis tribus libris. Appetitus verò felicitatis ſupernæ procedit ex amore mutuo Dei, & rationalis creaturæ, qui in hoc libro deſcribitur, vt plenius videbitur proſequendo. Tamen ad maiorem dicendorum intelligentiam aliqua ſunt hic præmittenda. Primum eſt, quòd tranſlatio noſtra in pluribus locis diſcrepat à litera Hebraica, & ſimiliter ſignatio capitulorum. Secundum eſt, quòd totus iſte liber procedit parabolicè nec tamen apparet lucidè, quibus perſonis determinatè parabolæ ſecundum ſenſum literalem ſint applicandæ, & hoc cum prædictis difficultatẽ ingerit in hoc libro. Si enim hoc appareret ſicut Iud. 9. vbi dicitur: Dixerunt autem omnia ligna ad rhamnum: Veni, & impera ſuper nos. Ex litera ſequenti manifeſtè patet, quòd intelligitur de Sichimitis & Abimelech, quem vnxerunt ſuper ſe regem: tunc facilè eſſet hunc librum exponere, ſed hoc non apparet niſi in quodam generali, ſcilicet quòd iſte liber loquatur parabolicè, de amore mutuo ſponſi & ſponſæ. Sed quis ſit iſte ſponſus, & quæ ſit hæc ſponſa, clarè non apparet ex litera: propter quod accipiuntur variè à diuerſis. Quidam enim dixerunt, quòd hic accipitur ſponſus ad literam ipſe Salomõ, & ſponſa filia Pharaonis vxor eius prædilecta. Sed hoc non videtur verum, quia licet hic amor inter ſponſum et ſponſam potuerit eſſe licitus, vt potè infra limites matrimonij contentus, ſicut dixi plenius ſuper tertium librum Regum, tamen carnalis fuit, & frequenter habet talis amor aliquid inhoneſtum & illicitum adiunctum: propter quod deſcriptio talis amoris non videtur ad libros ſacræ ſcripturæ canonicos pertinere, maximè quia huiuſmodi libri Spirituſancto dictante ſunt ſcripti. Salomon autem amorem ſui ad vxorem & econuerſo, & delectamenta ad hoc ſequentia cognouit per experientiã, & non per Spirituſſancti reuelationem: propter quod hic liber qui ſemper fuit ab Hebręis & Latinis inter canonicos libros reputatus, vt patet per Hier. in prologo galeato, non videtur de hoc amore conſcriptus. Propter quod Hebręi dicunt, ꝙ iſte liber loquitur parabolicè de amore Dei, et plebis Iudaicę: quam ſibi deſponſauit in legis datione Exodi vigeſimo. et ſic habuit eam, vt ſponſam prædilectam. Expoſitores vero catholici dicunt communiter, quòd iſte liber loquitur de amore Chriſti & eccleſiæ, accipiendo eccleſiam prout diuiditur contra ſynagogam, quæ proceſſit de latere Chriſti dormientis in cruce, ſicut Eua formata fuit de coſta dormientis Adæ, & ſic tam illi quàm iſti nituntur ad ſuas intentiones literam applicare. Saluo tamen meliori iudicio, vtrique vñr in aliquo deficere. Primi in hoc ꝙ ſponſam accipiunt nimis ſtrictè Iudęi, dicentes, ſponſam precisè eſſe plebem Iudaicam cum gente conuerſa ad ipſam. Catholici verò plebem Chriſtianam, quia in hoc libro ponuntur aliqua quę non videñ conuenienter exponi referendo ad ſtatum vet. teſt. Et econuerſo aliqua quę non poſſunt conuenienter exponi de ſtatu noui. Et ex hoc ſequitur defectus alius quo Iudęi aliqua ad ſtatum noui teſt. ꝑtinentia inconuenienter exponunt de ſtatu veteris, & econuerſo catholici aliqua ad vetus teſt. pertinentia minus conuenienter exponunt de ſtatu noui, loquendo tamen de ſenſu literali, cui prout potero, inſiſtere intendo. Et eſt hic ſenſus literalis, non ille qui per voces ſignificatur, ſed qui per res ſignificatas primò intelligitur, ſicut patet in exemplo ſuprà poſito de Abimelech & Sichimitis: propter hoc dicitur parabola à para, quod eſt iuxta, & bole quod eſt ſita, quia iuxta ſignificationẽ vocum aliud ſignificatur. Igitur in hoc libro ſponſus accipi videtur ipſe Deus, ſponſa verò ipſa eccleſia complectens ſtatum vtriuſque teſtamenti: quia ſicut eſt vna fides modernorum, & antiquorum, variata tamen ſecundum maiorem & minorem explicationem, ſic eſt vna eccleſia, variata tamen ſecundum maiorem & minorem coniunctionem ad Deum, quia magis coniuncta eſt tempore noui teſtamenti, & hoc modo accipit eccleſiam beatus Grego. hom. 7. dicens: Quis ſimilitudinem patriſfamilias rectius tenet, quàm conditor noſter, qui eos quos condidit ſic poſſidet quaſi ſubditos in domo qui habet vineam, ſcilicet vniuerſalem eccleſiam, quæ à primo Abel iuſto vſque ad vltimum electum qui in fine mundi naſciturus eſt, quot ſanctos produxit quaſi tot palmites miſit. Eccleſia verò ſic accepta reſpicit diuerſa tempora, & in aliquibus offendit ſponſum, & in alijs placauit. Item conſtituta eſt ex diuerſis gentibus, ſcilicet ex Iudæis & gentibus, ex iuſtis & peccatoribus, ex prælatis & ſubditis, & hæc conſimilia faciunt difficultatem in hoc libro, quia frequenter fit tranſitus de vno tempore ad aliud, & de vna parte eccleſiæ ad aliam, &* D

*¶ de eccleſia*

Iud. 9. b — Materia huius libri — 3. Reg. 3. a — Exodi 20. d — Grego. ho. 7.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Meliora ſunt.* Vbera ſponſi Chriſti nominat quod muliebre eſt, vt ipſo carminis initio figuratè ſe loqui manifeſtet. Ideo deſidero oſculum quod eſt etiam redemptio mea, quia inſtructiones tuæ quæ ſunt lac & nutrimenta paruulorum, ſunt meliores alijs doctrinis quæ non fouent, ſed occidunt ſimplices: ſicut vinum enecat paruulos. Vnguentorum odoribus, opinio ſolet ſignari virtutum.

b *Oleum eff.* Ideo etiam deſidero oſculum, quia nomen tuũ eſt oleũ, &c. Sponſus a patre ad ſponſam venit vnctus, vt & ſponſam vngat. A chriſma, Chriſtus, i. ab vnctione vnctus, quia nomen per gratiã ſpiritusſancti in baptiſmate ſunditur in cunctos fideles. Nõdum poſſunt ipſum amplecti, nomẽ tuũ interea ex deſiderio tui mecũ pernoctabit. Nomen Ieſu venit in mundum, & ſtatim prædicatur. Oleum eff. i. in vniuerſa terra Chriſti nomen prædicatur, nunc Moyſi nomen auditur in gentibus, quod prius Iudeæ finibus claudebatur anguſtijs.

c *Ideo adoleſcen. dil. te.* Hæc dicens, adoleſcentulas conſpicit, quæ dum prius loqueretur, non aderant, ſed in precibus medijs ingreditur adoleſcentularum chorus, & ſponſæ laudatur eloquijs. Vniuerſæ eccleſiæ, quæ vnam catholicam eccleſiam faciunt, adoleſcentulæ ſunt: non vetuſtæ per culpam, ſed nouellæ per gratiam; nõ ſenio ſteriles, ſed ætate mentis ad ſpiritualem congruè fecunditatem. Et quia oleo tuæ gratiæ omnes dolores criminum euacuaſti, Ideo ado. dile. †Infrà. 2. a.

d *Trahe me poſt te.* Reſpondent adoleſcentulæ: Trahe me poſt te. Sponſa non poſt tergum ſequitur, ſed ſponſi iuncta †amorum lateri, famulæ poſt eam ingrediuntur. Trahe me poſt te. Huiuſque vox expectãtium incarnationem ſaluatoris, & dona ipſius commendantium: hinc ſubinfertur vox illorum qui poſt tempora incarnationis ad fidem venerunt. Illa vt veniret & oſculum auferret rogabat, hæc non ad ſe vltra eũ deſcendere taliter flagitat, ſed ipſa potius ad cęlos ſequi deſiderat: quod quia per ſe non poſſe fieri conſpicit, eius ducatum implorat, ad quem venire deſiderat. In odore vnguentorum tuorum. In conſideratione miraculorum.

e *Introduxit me rex in cellaria ſua.* Sponſa in penetrale ſponſi ingreſſa reuertitur ad iuuenculas, & nuntiat illis: Intro. in cellaria ſua. Vel, per ſpem in æternam beatitudinem induxit pluraliter pro omnimoda bonorum copia, quaſi iam dulcedinem regni cęleſtis prælibaui, quę mihi in cęlis parata ſunt, ipſo reuelante cognoui: Moxq; ad eum conuerſa, qui ſibi hoc reuelat, gratias agit pro beneficijs. Quatuor ſunt in domo, porta, aſcenſus, triclinium, cubiculum. Per portam, fidem: per aſcenſum, ſpem: per triclinium, charitatem: per cubiculum, ipſam beatitudinem intelligimus.

f *Exultabimus &c.* Q. Non de perceptis muneribus ipſi nos extollimus, ſed te: memores per omnia quanta pietate auſteritatem legis, gratia fidei euangelicæ mitigare dignatus es: ideo non in nobis, ſed in te exultabimus, quia recti omnes diligunt te, & ſuper omnia diligendum didicerunt. Rurſus in penetrale ſponſi ingreſſa, adoleſcentulæ dum illius præſtolantur aduentum lætè concinunt pro ſponſæ perfectione. Memores vberum. Et recti diligunt, ad ſponſæ commendationem refert.

g *Memores vberum tuorum ſuper vinum.* Illa (quæ maior eſt) iam tuorum lacte vberum perfruitur: Nos quoque non quidem diligimus, ſed diligemus. Deinde loquuntur ad ſponſum. recti diligunt te. Recti, omnes qui ſunt recti corde ſuper omnia te diligunt, nec recti ſunt qui tuo amori aliquid præponunt, à quo ſolo habent quicquid boni habet.

a *Recti di-*

[Text:]

a ¶Quia hic gratia adiuuans, & [illegible] vita æterna. b ¶Doctrinæ [illegible]
quia meliora ſunt † vbera tua
a ¶[illegible] vel quibus [illegible]. b ¶[illegible]. c ¶[illegible]
uino, fragrantia vnguentis optimis. Oleum effuſum nomen tuũ:
a ¶De baptiſmo. [illegible] b ¶[illegible]
ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. Trahe me poſt te. Curremus
a ¶[illegible] Curremus: quia vna per [illegible] fidelibus.
in odorem vnguentorum tuorum.
a ¶In fama nominis tui, quod comparatur vnguentis [illegible]. a ¶[illegible] b ¶Nondum ad requiem, ſed in præſentem eccleſiam vbi neceſſarium [illegible].
† Introduxit me rex in † cellaria
a ¶Corpore cum bonorum operum [illegible]. b ¶Animo cum bona voluntate [illegible].
ſua: exultabimus & lætabimur in
a ¶Non in nobis. b ¶Exultabimus quandiu memores erimus donorum vel doctrinarum tuarum. c ¶[illegible] auſteritatem legis vel carnali [illegible] deſiderio [illegible] inebriant.
te, memores † vberũ tuorũ ſuper

## NICO. DE LYRA.

¶ de eccleſia ad Deum, & econuerſo quaſi ſub eodem contextu literæ: & hoc propter conuexionem ſponſi & ſponſæ ad inuicem & partium eccleſiæ [illegible] vnam fidem: ſicut plenius [illegible] in principio Geneſ. in regulis [illegible]. Secundum autem quòd licet eccleſia à principio mundi [illegible], [illegible] tamen ſpecialiter nomen ſponſæ primo in data lege in monte Sinai accepit: per quam plebs Iſrael fuit deſponſata Deo per fidem & latriam, alijs gentibus ad idololatriam declinantibus: propter quod Salomon ſpiritusſancto dictante deſcribendo amorem Dei & eccleſiæ ſub nominibus ſponſi & ſponſæ, incepit a tempore egreſſu de Aegypti ea [illegible], quia tunc lex fuit data. Igitur iſte liber [illegible] partes: in prima deſcribitur amor iſte pro tempore veteris teſtamenti, & in ſecunda pro tempore noui. Secunda incipit infra. ca. [illegible]. Prima diuiditur in tres, quia primo deſcribitur amor prædictus per reſpectu egreſſum de terra Aegypti. Secundo progreſſum per viam deſerti, ibi: Dum eſſet rex. Tertio ingreſſum terminis [illegible] capitulo [illegible]. Prima in duas: in prima primò ponitur amoroſa ſponſæ petitio: Secundo gratioſa ſponſi reſponſio, ibi: Si ignoras. Prima adhuc in duas: quia primò ponitur petitio amoris, ſecundò excluſio erroris, ibi: Nigra ſum. Circa primum ſciendum, quòd populus Iſrael qui ſponſa nomine hic intelligitur multum deſiderabat de Aegypto exire, vt liber a ſeruitute dura, poſſet Deo liberius ſeruire, & ei amore ſeruientius [illegible], vt habetur Exod. i. [illegible] deſiderium exprimitur, cum dicitur: Oſculetur me oſculo oris ſui, id eſt, Deus oſtendat ſe nobis per ſigna & effectus amicabiles, ſicut ſponſum ſponſæ prædilectæ.
Eccl[illegible] Geneſ.
Dan. ſi
Exod 3. c.

a Quia me. ſunt vbe. tua. vi. In Hebræo habetur: Quia meliores ſunt amores tui: Nomen enim Hebraicum hic poſitum, æquiuocum eſt ad amores & vbera. Hebræi, [illegible], tranſlatio noſtra aliam. Sed in hoc videntur Hebræi melius dicere, quia ſecundum proprietatem Hebraici ſermonis ſponſa hic alloquitur ſponſum. In commendatione vero ſponſi non videtur decenter fieri mentio de vberibus. Poteſt tamen dici, quòd per vbera ſponſi hic intelligitur plenitudo miſericordiæ Dei. Eſt igitur ſenſus ſecundum Hebræos cùm dicitur: Quia meliores ſunt amores tui vino, i. ſapidiores menti deuotæ quam quodcunque ſapidum corporale guſtui corporali. Et ſecundum tranſlationem noſtram: Meliora ſunt vbera tua vino, i. tuæ miſericordię plenitudo dulcior eſt humanæ menti quàm vinum guſtui, quod inter corporalia eſt magis ſapidum.

b Fragrantia. Vel, fragrantes ſecundum Hebræos.

c Vnguentis optimis. id eſt, plenitudo tuæ miſericordiæ, vel amores tui magis recreant animum deuotum, quàm quodcunque redolens ſenſibiliter olfactum.

d Oleum effuſum nomen tuum. Per oleum hic intelligitur liquor aromaticus fluens de arboribus aromaticis in Arabia & terra promiſſionis, & collectus ſeruatur in vaſis, & quando effunditur ſuper aliquem ad refrigerium ſeu medicinam emittit odorem ſuauem, per quem intelligitur in ſcriptura bona fama, ſecundum illud Apoſt. Chriſti bonus odor ſumus, &c. Eſt igitur ſenſus, cùm dicitur: Oleum effuſum nomen tuum. Quod per mirabilia quæ fecit Deus pro filijs Iſrael in Aegypto & in mari rubro, fama nominis, & bonitatis eius diffuſa eſt ad alios populos, propter quam multi ad Iudaiſmum fuerunt conuerſi. propter quod ſubditur:

e Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. id eſt aliæ gentes ad amorem tuũ ſunt conuerſæ. Multi enim de Aegyptijs hoc modo fuerunt conuerſi, & cum filijs Iſrael exierunt de terra Aegypti. Similiter Iethro cum domo ſua auditis mirabilibus quæ fecerat Deus Iſraeli Exodi. xviij.

f Trahe me poſt te. Educendo me potenter de Aegypto.

g Curremus in odorem vnguentorum tuorum. Te per viam iuſtitiæ ſequendo.

h In odore vnguentorum tuorum. id eſt, tracti effectibus bonitatis tuæ. Hoc tamen ſcilicet: In odore vnguentorum tuorum, non eſt de textu, quia non eſt in Hebræo, ſed ab aliquo doctore fuit appoſitum per modum interlinearis gloſſæ, quæ poſtea inſerta fuit textui per imperitiam ſcriptorum.

i Introduxit me rex. Cæleſtis.

k In cellaria ſua. Reuelans mihi per Moyſen ſecreta ſua, ſecundum quod dicitur in Exodo. Cumq; minaſſet gregem ad interiora deſerti &c. Sequitur: Apparuit ei dominus &c.

l Exultabimus & lætabimur in te. Quod fuit impletum, quando tranſito mari rubro lætantes dixerunt: Cantemus domino glorioſè & cætera.

m Memores vberum tuorum ſu. vinum recti. Vel, amorum tuorum ſecundum Hebræos: & exponatur vt ſupra.

a ¶Recti



a *Recti diligunt.* Fruſtra ſe conditorem diligere credunt, qui eius monita contemnunt. Verè iuſti, nec actu, nec cogitatu, nec dicto Deum violant.

b *Nigra.* Poſtquam eccleſia in cellaria eſt perducta, per cognitionem. ſ. & per ſpem futurorum bonorum, poſtquam eũ recto corde diligere, & in eius gratia gaudere didicit, reſtat oſtẽdere quid pro amore illius, & pro acquiſitione bonorum quę guſtauit, certamen ſubeat, & quid afflictionis toleret. Nigra. Q. promittitis vos mecũ ituras, & poteſt vos tribulatio deterrere quam patior: ſed nec afflictio, nec infamia vos deterreant, quia hæc virtutum formoſitatẽ conferent, & poſt amorem reſtat patientia ad experimentum amoris. Nigra. Rurſus adoleſcentulis ſponſa reſpondet, & agitur de manifeſta tentatione. Nigra. Vilis quidẽ in oculis perſequentium appareo, ſed ante Deũ veritatis confeſſione glorioſa refulgeo.

c *Sicut ta. Ce.* Hic ſicut, ponitur nõ pro veritate, ſed pro æſtimatione inſipientium, qui eam putant vitiorum vel dęmonum manſionem, ſicut pelles Salo. hic ponitur pro veritate. Cedar. Iſmahelis filius fuit, cuius manus cõtra omnes, & manus omnium contra eũ, nullum inter homines habens locum, ſed in tabernaculis pro nequitia & ira ſemper habitãs. Sic & iuſti pro meritis ſuis creduntur expelli & affligi, & quaſi hoſtes omnium iudicantur. vnde dicitur: Eritis odio oĩbus ho. pp nomẽ meum.

d *Sicut pel.* Eccleſia in ſe carnalia mortificans deſideria, & decorata virtutibus, vero pacifico dignũ fit habitaculũ. Ideo caro dominici hominis vocatur pellis, quia ſicut tentorium ſuper aliquem tenditur ne à ſole vratur, ita carò Chriſti in cruce extenſa fuit nobis obumbratio vitiorum.

e *Decolora. me ſol.* Solis eſt vrere & illuminare, ſic verus ſol exterius ſuos perſecutionibus exurit, dando vires reſiſtendi illuminat.

f *Filij ma.* Et quaſi ad obiectionem infirmorum dubitantiũ reſpondet. Oſtendit vnde primam perſecutorum rabiem pertulerit, quæ grauior apparet, per hoc quòd à contribulibus. Filij. i. Apoſtoli deſtruxerunt ſectam noſtram. Paulus eccleſię perſecutor filius fuit matris eius ſecundum carnem & educationem: & pœnitentiam agens ad ſororis ſigna conuerſus, prædicauit fidem quam antè deſtruebat.

g *Poſuerunt me.* Vna erat in Ieroſolymis vinea Chriſti, ſcilicet primitiua eccleſia, quæ in die pẽtecoſtes aduentu ſanctiſpiritus eſt conſtituta, cuius eo tempore Apoſtoli cuſtodes fuerunt: ſed facta perſecutione diſperſi ſunt in regionibus Iudææ & Samariæ præter Apoſtolos, & ſic cõtigit vt plures eſſent vineæ. i. in pluribus locis. Et dũ perſecutores Iudęi volebãt eccleſiã perturbare, ſeminariũ verbi ſpargebant latius nolentes, & vnam perſequendo multas conſtitui fecerunt. Cùm ergo dixiſſet ſe afflictam parricidali odio ſynagogæ, mox ſubijcit, quantùm per hãc afflictionem profecerit, addens ex perſona illorum, quibus prædicandi cura commiſſa eſt. Poſuerunt me cuſtodem in vineis. Grego. Vineæ noſtræ actiones ſunt, quas vſu quotidiani laboris excolimus. Sed cuſtodes in vineis poſiti, noſtram vineam non cuſtodimus. quia dum extraneis actionibus implicamur, miniſterium actionis noſtræ negligimus. Dũ plures cuſtodirẽ vineas, vt alios lucrifacerem, in quibuſdam damna ſuſtinui. Acerbitas perſecutionis filiorũ ſynagogę fecit me vineam meam non cuſtodire, quia relicta euãgelica doctrina, ad legaliũ obſeruationum differentias cogebant.

h *Indica mihi quem diligit anima mea: vbi paſcas, vbi cubes.* Vox incipientis eccleſiæ de gentibus ad ſponſum, quia multi pſeudoprophetę exeunt in mundum dicẽtes: Ecce hic Chriſtus, ecce illic, exorat, vt poſſit diſcernere in quorum profeſſione [illegible] poſſit inueniri. Indica mihi paſtorẽ meum quem tota anima diligo, & in quibus requiem & paſcua habeat, ne aſtu turbata tentationum, per ſodalium, id eſt hæreticorum conuenticula eam quærere incipiam. Vel, in voce prædicatorũ ad ſponſum, vt diſcernere poſſint quibus vitæ verbo [illegible] debeant. Deinde conſpicit ſponſum, qui conſpectus abceſſit. Et frequenter hoc facit in toto carmine, quod expertus in ſe probauit, ſæpe habitus ſponſus ſæpe elabitur donec verè tenebitur.

i *In meridie ne vagari incipiam poſt greges.* id eſt, in ſplendore maieſtatis tuæ, quod perfectis conuenit, non mane vel veſpere. Vel, meridie. id eſt, in exuſtione tribulationum, quam

immittis

[Text:]

a ¶In preſſuris vel per pœnitentiam.
a vinum. Recti diligunt te. Nigra
a ¶Virtutum decore. b ¶Quæ iam ad celeſtis patriæ habitationem ſuſpiratis.
ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem,
a ¶Nigra reputor, & quaſi purgamentum mundi, non habens locum inter homines, ſed ſemper moriens & exulans. b ¶Id eſt tenebra. c ¶Formoſa, ſicut pelle Salo. d ¶Noſtræ militiæ pacificum verum delectantes.
¶De pellibus rubricatis fecit ſibi tabernaculum Salomon in quo delectabatur.
ſicut tabernacula Cedar, ſicut † pelles
a ¶Nigra quidem ſum, ſed nolite mirari ſi hominibus foris deſpecta ſum ob æſtus tentationum.
Salomonis. Nolite me conſiderare,
a ¶Non eſt naturalis hæc nigredo, ſed interior fulgor a foris velatur tribulationibus. ¶Nec hoc ſolum intueamini quod patior, ſed attendite fructum qui ſequitur. b ¶Exercitatio tribulationum, vel Chriſtus pro cuius amore hæc patior.
quòd fuſca ſim: quia † decolorauit
a ¶Chriſtus. b ¶Iudæi qui in ritibus ſynagogæ adhuc perſeuerant. c ¶Diſputationibus & perſecutionibus.
me ſol. Filij matris meæ † pugnaue-
a ¶Ad me retinendam. b ¶Cauſa fuit eorum malitia. c ¶Fructum.
runt contra me, poſuerunt me cuſto-
a ¶Gentium excolendis per orbem. b ¶Primitus in Ieroſolymis conſtitutam per Chriſtum & Apoſtolos, ſed multas per orbem.
dem in vineis: vineam meam non cu-
a ¶Vox adoleſcentularum ad ſponſum. ¶De occulta tribulatione quæ ab hæreticis fit. b ¶Congruè dilectum vocat, quia quo grauius eſt periculum eo amplius liberatorem diligit.
ſtodiui. Indica mihi quem diligit
a ¶Des paſtum, id eſt opera: vel accipias vt eis poſſim conformari vel paſcat. b ¶Scilicet in contemplatiuis poſt paſtum requies. c ¶Vel cubet.
anima mea: vbi paſcas, vbi cubes in
a ¶Id eſt clarè & manifeſtè. b ¶Niſi annuntiaueris, incipio errabunda iactari à via recedendo.
meridie, ne vagari incipiam poſt

Margin: † cortinæ, tapetia; Moraliter. † aſpexit. † irati ſunt.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Recti. id eſt iuſti.

b Diligunt te. Filiali amore.

c Nigra ſum. Hic conſequenter ponitur excluſio erroris. Circa quod ſciendum, quòd eccleſia militans ſemper habuit, habet, & habebit vſque ad finem mundi cum iuſtis aliquos peccatores, & cum fortibus aliquos debiles, propter quod ſaluator comparat eam ſagenę miſſe in mari et ex omni genere piſcium congreganti. Et ideo fragiles Hebræi in Aegypto exiſtentes, ex ſeruitute dura per impatientiam fracti reputabant totam illam eccleſiam Deo abominabilem ſicut ſponſa deformis viro ſuo, cum tamen Deus frequenter permittat electos tribulari ad ſuam purgationẽ, & meriti augmentationem: propter quod errorem fragilium remouet dicens: Nigra ſum. id eſt turpis in conſpectu Dei ſecundum imperitorum æſtimationem.

d Sed for. ſecundum veritatem.

e Filiæ Ieru. id eſt ò vos imperfecti de plebe Iſraelitica, propter quod dicuntur filiæ in ſexu fœmineo & fragili.

f Sicut ta. Ce. i. Agarenorum, eo quòd Cedar fuit filius Iſmahelis, qui fuit filius Agar. Agareni verò qui nunc dicuntur Saraceni, tunc habitabant in tabernaculis expoſitis imbribus & niuibus in hyeme, & ſolis ardoribus in æſtate: propter quod denigrata erant exterius, pulchra tamen interius.

g Sicut pelles Salomo. Nomine Salomonis, qui pacificus interpretatur intelligitur ipſe Deus ſecundum Hebræos, quia diſponit omnia ſuauiter, pelles autem eius dicuntur hic operimentum ſuperius tabernaculi, in quo Deus colebatur, quod erat de pellibus arietum. & erat expoſitum pluuijs & caumatibus: ſicut filij Iſrael duris laboribus in Aegypto.

h Nolite me conſi. id eſt iudicare.

i Quod fuſ. ſim. id eſt obſcura & abominabilis.

k Quia de. me. ſol. Mulier enim pulchra de ſua natura ſi ſolis ardoribus exponatur, à pulchritudine ſua exterius immutatur, tamẽ talis immutatio accidentalis eſt, & procedit ab exteriori. Eſt igitur ſenſus: Quia decolorauit me ſol. i. ardor tribulationis Aegyptiacæ, fecit me nigram & turpem apparere: vnde dicitur de hoc ardore in Deut. Vos autem tulit dominus, & eduxit de fornace ferrea Aegypti. propter quod ſubditur: Deut. 4. c.

l Filij matris meæ pugnauerunt contra me. id eſt, duris laboribus me afflixerunt Aegyptij. Qui dicuntur filij eiuſdem matris cum Hebræis, eo quòd vtrique de eadem terra fuerunt nati, eo modo loquendi quo nati Pariſijs dicuntur pueri & filij Pariſienſes. Omnes enim Hebræi qui cum Iacob fuerunt ingreſſi Aegyptum, mortui erant, quando Aegyptij ceperunt eos affligere, & ideo omnes reliqui erant in Aegypto nati. Exod. 1. a

m Poſuerunt me cuſtodem in vineis. Id eſt, deputauerunt me ſeruilibus operibus. Et forſitan aliqui eorum tanquam ſerui erant deputati nocte, & die ad cuſtodiam vinearum.

n Vineam meam non cuſtodiui. id eſt, operibus meis intendere conuenienter non potui, propter occupationem in operibus Aegyptiorum.

o Indica mihi quem diligit anima mea. Poſtquam ſponſa petiuit à ſponſo dilectionis affectum, hic conſequenter petit ab eo directionis effectum. Aliqui enim Hebræi laboribus fracti reputabant Aegyptios felices, & cum eis ad idololatriam inclinabantur: propter quod petit ſponſa ab hac deuiatione præſeruari, dicens: Indica mihi quem diligit anima mea. & conſtruatur ſic litera: O tu ſponſe quem diligit anima mea, Indica mi in meridie. id eſt, in hoc tribulationis ardore.

p Vbi paſcas. fideles tuos tanquam gregem tuum.

q Vbi cubes in meridie. Id eſt, requieſcas per fidem formatam ab infidelitate, & idololatria me præſeruando. propter quod ſubditur:

r Ne vagari incipiam poſt greges. Id eſt, alias gentes infideles.

¶ a Sodalium

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E immittit diabolus dolens ſibi mundum ſurripi. Solet rerũ qualitas ex tempore notari. Abraã meridie Angelos ſuſcepit. Ioſeph meridie cum fratribus epulatur.

Gen. 18.a
Gen. 43.g
a *Sodalium tuorum.* Hæretici ſodales dicuntur: quia nominis eius & confeſſionis myſteria circunferunt.

b *Si ignoras.* Quia ſponſa dum auxilia pñtię Dei requireret in tribulationibus ex perſona infirmantium ſubiũxerat: Ne vagari incipiam: ſtatim eandẽ trepidationem illius ſpõſus imploratus benigna increpatione redarguit: ſecũ
Matt. 14.d dum illud Euãgelij: Modicæ fidei q.d. quaſi tu times in tribulatione à me deſeri: & in feruore denigratam te cõquereris: ſed ego per tribulationes te pulchriorem efficere conſtitui. Quod ſi forte hoc ignoras: nec reminiſceris ꝙ nemo coronatur, niſi qui legitime
2 Tim. 2.a certauerit: egredere à meo conſortio.
Moraliter Moraliter. Greg. Qñ anima inter peccatores poſita, ad autoris ſui imaginẽ ſe conditam meminit, iuxta perceptæ ſimilitudinis ordines incedit: Quod ſi nõ cognoſcit, egreditur à ſecreto cordis in exteriores cõcupiſcentias: & ad latam vitam ducta, ſequitur exempla populorũ. Dñs obiurgans eccleſiã pauentẽ: admonet datæ ſibi gratiæ, aduerſus hoſtium inſidias.

c *Hædos tuos.* Quia nõ iuxta mandatorũ meorum regulã: ſed iuxta tuos errores inſtituuntur: Iuxta. in veſtigijs paſtorum nouiſſima fies: nõ inter oues, ſed hædos. Vel iuxta. i. vt ſis ſimilis veris paſtoribus: quia hypocritæ ſequi bonos videntur viros.

d *Equitatui.* Sicut priorem populum de ægyptiaca ſeruitute liberaui, ſic te de perſequentium manibus liberabo elidens Pharaonem, ſi te ſponſam meã cognoueris: liberans à ſeruitute diaboli, ĩ fonte baptiſmatis paſſione rubricati: ſubmerſo ibidẽ auctore p. Equitatui meo. Quia dñs non vult eccleſiam ignorare ſeipſam: ſed diligenter attendere quid donorum acceperit: quid pati debeat: ꝓīr poſt comminationem
F blãditur ei. q.d. Si vis intelligere quo modo te ſcire debeas: intellige cui te cõparauerim: & tunc cognoſces te talem p beneficia mea tibi collata quæ turbari non debeas. Equitatui. Eques: ſpõſus: dicente propheta: Et ſalus eius equitatio.
Abacu. 3.b Quantum ego differt meus equitatus ab equis Pharaonis:
ſecundũ 70. tñ melior es omnibus alijs filiabus. Sicut ille populus ſuper
Exod. 15.f uenientibus curribus Pharaonis perterritus eſt (ſed cęleſti ꝓtectione ſaluatus, & ꝑ aquas ſubmerſis hoſtibus in terram promiſſionis introductus eſt) ſic vnda mortis quæ cunctis occurſura eſt mortalibus, prauos rapit in interitum: pijs reſerat iter ad ſalutem: & cætera omnia quæ ibi corporaliter: hic cõplentur ſpiritualiter. Dubitantẽ benigne increpat: & ne deſperet inſequenti fideli amore viriliter confortat vbi Pharaonis e. comparat.

*a ¶ Laſciuas multitudines latam viam incedentes. b ¶ Sub huiuſmodi tentatione te mihi ſponſatam.*

a b greges ſodalium tuorũ. Si ignoras te o pulchra inter mulieres: a b c d

*a ¶ Illius: cõſanimas hominum diabolo ſacrificantes.*

*a ¶ Non præcipit ſed permittit: quid euenturum prædicit. b ¶ Varios actus errantium ſequere.*

egredere & abi poſt veſtigia gregũ tuorũ, & paſce hedos tuos iuxta tabernacula paſtorũ: Eqtatui meo in currib⁹ pharaonis aſſimilaui te amica mea. Pulchrę sũt genæ tuæ ſicut turturis: cõllũ tuum ſicut monilia. Murenulas aureas faciemus tibi: vermiculatas argento. Dum eſſet rex in e f g h i k l

*a ¶ Nunc prauos motus carnis: vel perditos auditores qui a ſiniſtris ſtatuentur.*

*a ¶ Secuta magiſtrorum inſipientium doctrinas. b ¶ Populo Iſraelitico.*

*a ¶ Idest prædicatores: qui cibum ſcripturarum conterunt, & auditoribus ſuis comeſtibilem reddunt.*

*a ¶ Per collum capiti membra iunguntur.*

*a ¶ Ego & illi qui illuminati Spiritu ſancto ſcripturas alijs miniſtrant. b ¶ Diſtinctas & variatas ſecundum diuerſitates perſonarum.*

*a ¶ Eloquij nitore. b ¶ Cauſa præmiſſa quare tã topere diligat.*

c *In curribus Pharaonis.* i. in tẽpore curruũ. Et nota ſuperbiã: G Pharao, elidens vel diſſipans interpretatur. Nec oportet vt vagari incipias cum me conſolatorem habeas: & prælatos quibus imitaris per quos ſubſiſtas.

f *Pulchræ.* Quoniã oſtẽſum eſt quomodo dñs eccleſiã inter aduerſa protegat: reſtat oſtẽdi quãtũ amorẽ ipſius dñi inter aduerſa ſeruet eccleſia. Vñ ſequitur. Pulchrę ſunt genę t. Tanta te verecundiæ ſalutaris virtute decoraui: vt caſtitatem promiſſæ mihi fidei nulla prauorũ doctorũ doctrina vel ſuggeſtione corrũpas, a quibus timebas in errorẽ deduci. Pulchritudo mulieris in genis dr̃ eſſe q plurima. Allego. In genis notat̃ ſignum pudoris: ſicut in prædicatoribus mos recte viuẽdi. Eccleſia & ſi ſponſi ſui morte viduata: tanta tñ eius memoria tenet̃, vt nullatenus externorũ poſſit recipere cõſortiũ: & ꝓ ſuis & aliorũ peccatis gemit. In collo, doctores: in monilibus, opera illorũ: qa ea q̃ verbo docent operant̃. Quæ ſit huius ſobrietatis cuſtodiẽdę gratia ſubdẽdo demonſtrat. Collũ tuũ. Per collum namq; cibos traijcimus in corpus reficiẽdũ, & verba proferimus: quibus ſecreta cordis ꝓximis declaramus. i. doctores q & verbis inſtruũt: & cibũ ſalutis in commiſſa ſibi mẽbra trãſfundũt. Qui monilib⁹ cõparant̃: qa pulchri ſunt moribus, & pectora virginũ verbis & exẽplis claudũt: ne adulter inferat manũ.

g *Murenulas.* Alia trãſlatio. Similitudines auri fabrefeciem⁹ tibi cum diſtinctionibus argẽti: quoaduſq; rex in accubitu ſuo eſt: Quod eſt: aurum. i. faciem meam in præſenti vita nõ poteris videre: ſed ſimilitudinẽ claritatis cęleſtis, per illuminationẽ ſcripturarũ, videbis ꝑ ſpeculũ in ęnigmate: donec omnibus appareat, quod nunc latet in deitate. Murenulas. Pulchrè deſcribit ſponſus eius pulchritudinem: Poſt hæc fit ei ſponſus in recubitu. Interim eo dormiente eius ſocij, id eſt Angeli conſolantur eam: non habemus aurum: ſed ſimilitunẽ auri fieri faciemus tibi: donec ſurgat, cum ſtigmatibus argenti. Murenulæ: quæcunque bonæ inſtitutiones H quaſi ornamenta aurium. In murenulis ſcriptura Sancta: quæ auro ſpiritualium ſenſuum fulget interius: & argento cęleſtis eloquij ſplendet exterius: per doctorum ædificationem fit cuſtodia ſobrietatis: & per diuinæ ſcripturæ meditationem. Auro diuinæ ſapientiæ: & argẽto diuini eloquij intus & exterius renitentes.

h *Faciemus.* Ego & mei opifices: quos plurimos ad erogan da ſemina verbi conſtitui.

i *Dũ eſſet.* Acceptis eccl'ia tãtis a cõditore ſuo munerib⁹ & ꝓmiſſis, q̃ hęc deuotiõe operũ ſuſcepit manifeſtat. di. Dũ eẽt rex, qđ ẽ cũ Dei fili⁹ ĩ carne apparuit: eccl'a ꝑ ipm myſteriũ ĩcarnõnis ĩ virtutũ cęleſtiũ feruorẽ exercuit. Vel cũ ĩ humiliatione crucis



## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Sodalium tuorum. *i. regum & principum ipſarum qui dicuntur ſic ſodales Dei: eo ꝙ cum eo participant in nomine: dicũtur enim reges & domini ſicut ipſe Deus: vt dicit Ra. Sa. Sed mihi videtur melius dici, ꝙ Angeli ſancti prælati gentibus infidelibus dicũtur hic ſodales Dei. vnde Danie. 10.d. Angelus prælatus Grecis dicitur Princeps Grecorũ:*
angeli principes infidelium *& prælatus Perſis, princeps Perſarum. Et dicit beatus Dionyſius ꝙ fuerunt angeli ſancti de quibus certum eſt, ꝙ ſunt in ſocietate Dei: et tamen præerant infidelibus populis.*

b Si ignoras. *Poſtquam deſcripta eſt amoroſa ſponſæ petitio. Hic conſequenter ponitur ſponſi gratioſa reſponſio. Et primo reſpondet ad petitionem ſecundam vt continuetur litera ad immediate præcedentem dicens: ſi ignoras te o pulchra inter mulieres. i. o tu plebs Hebræa inter alias gentes pulchra: propter puritatem fidei & latriæ. Si ignoras te. i. times propter infirmos tuos a via recta declinare.*

c Egrede. *De ſocietate & familiaritate idolatrarũ. quia ſcribitur Prouer. 13.d. Amicus ſtultorum ſimilis efficietur.*

d Et abi poſt ueſtigia gregum. *i. ſimplicium credentium: quales fuerunt Abel, Seth, Enoch, Noe & conſimiles.*

e Et paſce hædos tuos. *i. infirmos de populo tuo.*

f Iuxta tabernacula paſtorum. *i. ſecundùm documenta patriarcharũ: qui interrogati de ſua conditione reſponderunt: Viri paſtores ouium ſumus nos & patres noſtri. Gen. 47.a.*

g Equitatui. *Hic conſequenter reſpondet ad primam petitionem ſponſæ, quæ erat de dilectionis affectione, dicens: Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimi. te ami. mea. i. oſtendi manifeſte veram dilectionem ad te, quãdo ſubuerti currus Pharaonis in mari rubro te perſequẽtis. Exo 14.d. Et tunc aſſimilaui te equitatui meo. i. Angelis meis quos valde diligo: Angeli enim ſancti in multis locis ſacræ ſcripturæ dicuntur eius militia & exercitus: Et eodem modo dicuntur hic equitatus Dei. Militum enim turma & exercitus: equitatus communiter nominatur.*

h Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis. *id eſt pulchritudo fidei tuæ eſt mihi amabilis. In Hebræo habetur: Pulchræ ſunt genæ tuæ in ordinibus. i. in ornamentis circa faciem tuam ordinate dispoſitis: Et ad hoc conſonat litera ſequens cum dicitur.*

i Collum tuum ſicut monilia. *Sunt enim monilia colli ornamenta. Hebræi enim de Aegypto exeuntes petierunt ab amicis & vicinis Aegyptijs iocalia argentea & aurea de mandato Dei. Exo. 11.a. de quibus poſtea ornauerunt ſe in ſolemnitatibus domini. Ratio vero diuerſitatis literæ prædictæ eſt: quia nomen Hebraicum ibi poſitum eſt æquiuocum ad turtures & ordines: tranſlatio noſtra ſequitur primam ſignificationem: Hebræi vero aliam: quorum dicto magis conſonat litera ſequens: vt viſum eſt. Et ad idem pertinet quod ſubditur:*

K Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argen. *Sunt enim murenulæ ornamenta opere plectili facta de filis aureis & argenteis & lapidibus intextis: quibus ornabantur capita mulierum: & oræ veſtium circa manus & collum.*

l Dum eſſet rex. *Deſcripto amore ſponſi & ſponſæ prout reſpicit exitũ de Aegypto. Hic conſequenter idem deſcribitur prout reſpicit habitationem in deſerto: Et diuiditur in duas partes, quia primo ponuntur huius amoris promotiua. Secundo eius impeditiua: vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant. Secunda pars incipit ibi: Capite nobis. Promotiua verò amoris ex parte ſponſi ſunt eius beneficia in deſerto ſponſæ collata, non tamen recoluntur hic omnia, ſed aliqua notabilia. Nec*



G tione cruci. humanum genus per crucem redẽptum, exer-
A citio bonorum operum odorem ſuauitatis aſperſit. Chriſto rege in beatitudine cęleſtis ſecreti quieſcente, ſanctorũ virtus in eccleſia magna nobis gratiã ſuauitatis miniſtrat, qui quò eum quem appetunt non vident, tanto ardentius per deſiderium flagrant. Vel dũ eſſet cum patre, nardus. i. dilectio qua prior dilexit nos, dedit odorẽ, quia per dilectionem propter nos aſſumpſit carnem. Mirandus ordo verborũ. Accubante rege nardus mea de. odo. ſu. dum propter nimiam charitatem qua dilexit nos, filius factus eſt mulieris.

a *Nardus.* quę dicitur expellere tumores, fugare frigus, & afferre calorem, cui aſſimilatur homo dñicus, q carnẽ aſſumẽdo ſe humiliauit, & ſe humiliãdo oẽm tumorẽ ſuperbię abſtulit, frigus infidelitatis remouit, & feruorem charitatis intulit. Herba etiam hæc, quantò plus atteritur, tantò maiorem reddit odorem ſic Chriſtus.

b *Faſci.* mors dilecti mei, quam pro mea ſalute ſubijt, ſemꝑ in mea memoria commorabitur. Item faſciculo myrrhæ comparatur, dũ propter nos crucis iniurias tolerauit. Myrrha arbor eſt Arabiæ, altitudinis quinque cubitorũ, ſimilis ſpicę quã achantũ dicunt, cuius gutta viridis atq; amara vnde nomẽ accepit myrrha. Gutta ei⁹ ſpõte manãs ꝑtioſior eſt, corticis vulnere vilior, q̃ medendis infirmitatibus eſt ſalubris. vñ, Et myrrhatũ vinũ à militibus accepit.

*a ¶ In humilitatione incarnationis, vel humiliatione crucis, vel in ſinu patris. b ¶ Nardus humilis herba eſt calidæ naturæ. per quam charitas deſignatur.*

a accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea commorabitur. Botrus † cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarũ. Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. † Lectulus noſter floridus, tigna domorum noſtrarum cedrina: † laquearia noſtra cypreſſina. b c d e f g h i k l

*a ¶ Tota continet es paſſionis. ¶ Faſciculus myrrhæ factus eſt Chriſtus quando ablatus de cruce myrrha ſepultus eſt.*

*a ¶ Imitanti paſſionem. b ¶ In principali cordis. ¶ Dicitur in canticis ... appellat mammas pectus.*

*a ¶ Quæ prius timebam vagari, nunc firmo amore eum complector. b ¶ Floritio interpretatur. c ¶ Repetit ex nimia dilectione.*

*a ¶ Cuius flore digna ſum. b ¶ In collectione ... quæ abluuntur fonte baptiſmatis.*

*a ¶ Simplicitate cordis, & munditia operis. ¶ Vel bis dicit, pro acquiſitione vtriuſque populi, vel anima & corpore.*

*a ¶ Quia tu es mihi ſpiritu ... intellectu prędita.*

*a ¶ Naturaliter per diuinitatem, & ego ex te ſum pulchra. b ¶ Secundum humanitatem, quia de ſanctiſſima natus.*

*a ¶ Humanum corpus.*

*a ¶ Tui facientis, mei ... & odore ſuo ſerpentes, id eſt demones fugantia. b ¶ Imputribilia.*

*a ¶ Quia alia odoris optimi, medendis apta corporibus.*

c *Vbera mea.* Caſtarum vbera non franguntur, ſed meretricum laxis pellibus irrugantur. Vnde Ezechiel In Aegypto fractæ ſunt mammæ tuæ.

d *Botrus cypri di.* Botrus cypri cũ reſurrexerit. In vineis En-
B gaddi eſt, cum fidelibus ſpiritualia dona diſtribuit. Arbores balſami, quæ in Engaddi creſcunt, quia in modum vinearũ excoluntur, vineas appellat. Sponſus Chriſtus igitur eſt in vineis Engaddi, quia in carne veniẽs ſpiritu ſancto plenus, credentibus eiuſdem ſancti ſpiritus dona largitur per chriſmatis vnctionem, in cuius cõfectione oleum & balſamum cõmiſcẽtur. Engaddi fons edi. propter chariſmata quę poſt reſurrectionẽ largitus eſt in baptiſmo ſuis participibus. Engaddi i. oculus meæ tentationis, & tẽtatio eſt vita hominis ſuper terrã Quia morti mediatoris, mox reſurrectionis gloria ſucceſſit, rectè ſubditur: Botrus qui fuit faſciculus myrrhæ in amaritudine paſſionis. in dulcedine reſurrectionis extitit botrus cypri. Quod myrrha enim triſtificat, vinum lætificat.

e *Ecce tu pul.* Hactenus eccleſia, quæ dilectionis pignora à ſponſo receperit teſtatur, cui ipſe mox remunerationis vice reſpondet: Ecce tu pulchra, quaſi ex hoc quod me diligis, pulchra efficieris.

f *Amica mea.* Alia tranſlatio: Proxima mea, hoc eſt, in hoc ꝙ C proxima es ſpecioſa es, & poſtquam ceperis eſſe ſpecioſa, ſine additamento pulchra es.

g *Oculi tui.* Alia laus ſpõſę ſpecioſæ, vt & nos laboremus ſpecioſi fieri. Ocu. tui co. ſimplr̃ Deum intueris, qa nihil aliud niſi ipſum q̃ris. Qui viderit mulierem ad cõcupiſcendũ eã, non habet oculos columbæ, ſed q habet caſtis intuetur ocu-
Matt. 5.d lis, & legem & euangeliũ ſpiritualiter intelligit. In cuius colũbæ ſpecie ſpiritus ſanctus apparuit. Ideoq; & ſpiritualis intelligẽtia, & oĩa ſpiritualia dona nomine colũbæ deſignãtur. Columba felle caret, roſtro non lędit, in cauernis petrarum nidificat, alienos pullos nutrit, iuxta fluẽta manet, meliora grana eligit, gemitum pro cãtu reddit, gregatim volat, alis ſe defendit, vitam recuperat. Ita ſancti iuxta fluenta doctrinę ſedẽtes meliores ſententias eligũt, homines a Chriſto alienos nutriũt Deo, ſi quas bonas ſententias in hæreticis inueniunt non peruertunt, ira irrationabili carent, in fide plagarum Chriſti refugium habẽt. gemunt pro peccatis.

h *Ecce tu pul. hoc es.* audiens ſponſa ſe per dilectionem ſponſi meruiſſe, vt ab ipſo ſponſo laudaretur, ſponſo vicem in laudibus tribuit, nõ quod ei quod nõ habet ſuo præconio largiatur, ſed intelligens decorẽ eius ꝑ quẽ, & ipſa decora facta eſt, ait: Ecce tu pulchra es dilecte mi & decorus.

i *Lectulus noſter floridus.* Aliquando eccleſia quaſi in lectulo cùm ſponſo quieſcit tempore ſcilicet pacis, vbi Dei pulchritudinem liquidius aſpicit, & pro'em fidelium flore fidei redolentem, ex aqua & ſpiritu ſancto gignit. Aliquando cum ſponſo inſurgente tentatione in acie conſiſtit. Vel, lectulus, D puſilli fideles, qui Deo ſunt quies & magiſtris ſuis, per hoc ſaltem, quòd peccare hic mortaliter nolunt, qui florent initijs bonorum operum, per quod dant ſpem fructus, id eſt maiorum operum. Quietam in ſponſo vitam agere volens quales domus ſint, in quibus eum ſuſcipere velit inſinuat. Pax eccleſiæ, virtutibus floret, & ſpirituali ꝓle multiplicat.

k *Tigna domorũ noſtrarũ cedrina.* Domus varię p mũdũ de gentibus eccleſiæ. Tigna q̃ ad munitionẽ domus ſolẽt fieri, ꝓdicatores, quorũ verbo & exẽplo ſtructura eccl'iæ ne corruat, continetur. Laquearia, quæ ad decorem domus ſolẽt fieri, ſimpliciores famuli Chriſti, qui tignis adhærent & ſuſtentantur qui non doctrina, ſed virtutibus ornant.

l *Cypreſſina.* Cypreſſus Græcè dicitur, quòd caput eius à rotunditate in acumen erigitur. vnde & ... dicitur, Id eſt alta rotunditas, hinc & fructus eius chonus dicitur. vnde: Chonifera cypreſſi. Virgilius 3 Aenei.



## NICO. DE LYRA.

*lia. Nec ponuntur eodẽ ordine quo fuerunt collata, quia frequenter in ſacra ſcriptura prius facta poſterius narrantur & econuerſo. Igitur pars iſta diuiditur in tres partes. In prima, ponitur beneficium cohabitationis diuinæ. In ſecunda columnæ nubis, et mannæ ibi: Sub vmbra. In tertia, legis datæ, ibi: vox dilecti mei. Prima adhuc in duas: quia primò ponitur dictum beneficium. Secundò, ſpõſi & ſponſæ mutuum colloquium, ibi: Ecce tu pulchra. Circa primum ſciendum, ꝙ maximum beneficium fecit Deus Iſraeli in deſerto, quando voluit habitare in medio populi in tabernaculo in quo erat propitiatorium tanquam ſedes Dei, ſicut dictum fuit plenius in Exodo. De quo loquebatur Moyſi ſicut homo ad amicũ ſuum & per Moyſen populo. vnde dicitur in Deu. Nec eſt alia natio tã grandis quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. De hac igitur habitatione Dei dicit ſpõſa: Dum eſſet rex. cęleſtis.*

a In accubitu ſuo. *in propitiatorio.*

b Nardus mea dedit odorem ſuum. *i. thymiama boni odoris, quod offerebat̃ in altari incẽſi in cõſpectu ſanctiſanctorũ vbi erat ꝓpitiatoriũ.*

c Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. *id eſt, intra cor meum per iugem meditationem. Et dicitur dilectus faſciculus myrrhæ, quia ſicut myrrha conſeruat carnem à putrefactione, ſic Deus mentem à peccati corruptione. Et quia non ſolum mentem ſeruat, ſed etiam delectat, ideo ſubditur:*

d Botrus. *& ordinetur ſic litera: Botrus cy. in vi. En. Eſt autem Engaddi locus vbi creſcit balſamum prope mare mortuum: vt apparet in deſcriptione terræ ſanctæ: & ibidẽ creſcit arbor aromatica nomine cyprus quæ facit grana ſimul iuncta ſicut in vuis vineæ, & inde locus vineæ dicitur, vt dicunt aliqui. & ideo cyprus non eſt hic nomen inſulæ quæ eſt in mari mediterraneo, quia ibi non ſunt dictæ vineæ.* Cyprus quomodo eſt

e Dilectus meus mihi. *i. magis delectat me ſpiritualiter, quàm quodcunque ſapidum & ſuaue delectet corporaliter.*

f Ecce tu pulchra es ami. mea. *Poſt cohabitationem ſponſi & ſponſæ, ponitur hic mutuum colloquium gratioſum ſponſi & ſponſæ, quod ſolet eſſe in corporalibus ex cohabitatione: & ſecundum hoc dicit ſponſus: Ecce tu pul. es. & duplicatur li pulchra, ad denotandam pulchritudinem mentis & exterioris conuerſationis.*

g Oculi tui co. *per ſimplicem contuitum qui multùm decorat ſpõſam corporalem: & per hoc in ſponſa ſpirituali ſimplicitas intentionis intelligitur eam decorans, ſecundum quod dicit ſaluator. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Et reſpondet ſponſa.* Matth. 6.c

h Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. *cuius pulchritudinis non eſt finis.*

i Lectulus noſter. *id eſt tabernaculum, in quo ſponſa per Moyſen, & Aarõ, & alios ſacerdotes in quiete contẽplonis quaſi in lecto quieſcebat.*

K Floridus. *quia operimentum interius tabernaculi erat de cortinis varijs coloribus, & pulchra varietate contextis ad modum diuerſorum florum. Et quia templum Salomonis poſtea fuit ædificatum ad ſimilitudinem huius tabernaculi, ideo occaſione huius dicitur hic de ipſo.* Exod. 26.a

l Tigna domorũ noſtrarũ Cedrina laquearia nr̃a. *De lignis ... fuit illud tẽplũ ædificatũ. Et ſubdit ſponſa tanq̃ de beneficijs ſponſi grata.* 3. Reg. 6.

## GLOSSA ORDIN. CAP. II.

E

Ego flos. Quia præſentis tẽporis ſtatuti labor magis quàm requies conuenit, rectè ſponſam otio delectatam ad laborum exercitia prouocat. Q. Tu quidem volens pulchritudinem tuam mihi commẽdabilem reddere, delectaris in quiete ſecretis florere virtutibus: ſed ſcias, q ego alteriuſmodi pulchritudinẽ requiro in præſenti, quia ſum flos virtutũ à quo omnis fructus cãpi egreditur, quia odorem meum toti mũdo innoteſcere cupio, quod non põt impleri niſi intermiſſa quiete qua delectaris, ad officiũ prædicationis accingaris. Et lilium conuallium magis q montium, quia charitatẽ meæ ſum imitatis, vel ſplẽdorem æternæ lucis vel deitatis magis reuelo humilibus, & paratis ad patiendum. Q. Memẽto q qui de virgine naſci potui, qui Deus ſum humiliter in mundo apparui, hominibus me ſociam eſſe exhibui humiliter vſq; ad mortem veni. Ideo deſiſte quietis ſecuritatem quærere. vñ ſubdit: Sicut li. Sicut cãpus floribus ornatur, ita mũdus mea notitia & fide decoratur.

b *Sicut li.* Laudato ſe laudat ſponſam, ita: Sicut lilium nõ põt ſpinis cõparari inter quas ſæpe exoritur, eodẽ modo pxima mea ſuper oẽs filias lilium eſt. Sicut li. Tu requiem quæris & laudes lectuli, ſed ſcito quia candidior tribulationum aculeis efficieris, & maior eſt fructus prædicationis quàm quietis.

*Has prof. ſ...* | † *deſiderabam*

## CAP. II.

a ¶Decor mundi, gloria humilium, virginis integritas de ... ortus.

a Ego † flos campi, & lilium a

a ¶Potest in hoc humilitas parentum Christi accipi, quia ... pauperes elegit parentes.

b ¶Quod pungi ... ſpinis, candorem tamen retinent, & tunc maiorem odorem effundent.

b conuallium. Sicut lilium inter ſpi- b c

a ¶Id eſt te pungentes dum a ... diabolo mouentur.

b ¶Non ſolum ab infidelibus, ſed etiam cum ... quos in ... meto gaudebat ... accepiſſe.

c ¶... odore & guſtu antecedit omnia ligna ſyluarum.

c d nas, ſic amica mea inter filias. Sicut d e f

a ¶Omnes inſtitutiones ad comparationem inſtitutionis diuinæ inſecaces ſunt, id eſt infructuoſæ ſylua.

malus inter ligna ſyluarum, ſic dile- g h

a ¶Sic Chriſtus præcedit omnes ſanctos, qui dicuntur filij Dei gratia, ipſe natura.

b ¶Quia ab æſtu deſideriorum carnalium ſub aduentus ſilij protectione requiem, i. ... vmbra ... eſt diuina ſcriptura.

e ctus meus inter filios. Sub vmbra il- i k

f lius quem † deſiderauerã ſedi, & fru-

a ¶Reliqua ... vmbra pro ... me fructu eius ſaturata ſum, id eſt cœleſti eius dulcedine vel corporatio.

b ¶Cordis mei. c ¶In collectionem gentium quæ iam alijs exemplo & prædicatione vinum propinat, quo eos amore ebrios facit.

g h ctus eius dulcis gutturi meo. Intródu- l

a ¶Ordinauit in me ... habere charitatem.

¶Oſtendit mihi ... Deus, & qualiter proximus eſſet diligendus.

i xit me rex in cellã vinariam: † ordina- m

tædio fatigata, ſed recordatione pulchritudinis & decoris eius illecta dicebat: Lectulus noſter floridus, cuius deſiderij ſe compotẽ factam oſtendit, dicens: Sub vmbra. Et notãdũ q ſuperius tigna cedrina & laquearia cypreſſina pdicabat, non tamẽ horum ſibi protectionem ſufficere memorabat, ſed ſolã vitæ arborem, in cuius vmbra quieſceret, & fructu reficeretur, quærebat: quia ſancti exemplis, doctrina, & interceſſione, ſuffragia ferunt: ſoli tamen ſaluatori dicere habemus: Filij autem hominum in protectione alarũ tuarũ ſperabunt. G

f *Sedi & fru. &c.* Nõ dicit ſedeo, ſed ſedi. Huiuſmodi profectus ſunt eccleſiarum, vt in exordio deſideret quiſpiam in virtutum vmbra conſidere, vt ad eum veniat corpus eius, ex quo vmbra naſcitur: ideo & natiuitas Ieſu ab vmbra cepit, & in veritate finitur: Sicut dicitur: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obũbrabit tibi. Sic poſtea ad meliora fit tranſitus.

g *Dulcis* Quia in eo intelligit anima cauſam vitæ, dum & corporaliter percipit.

h *Introduxit me.* Hæc refectio quantæ dulcedinis, quantæ ſit virtutis oſtẽdit, cũ ſubdit: Introduxit me. i. ſpe futuræ gloriæ adeò lætificauit, vt iam ſeculi non ſentiam labores. Introduxit. Ambr. Quàm citò guttur meum dulcedinem gratiæ eius attigit, ita me recreatam ſpiritu, & ab amore terrenorum in ſuperna tranſlatam ſentio, acſi in cellam vinariam introducta, noui ſim meri odore & poculo refecta. Typicè per vinum gratia ſpiritusſancti notatur. Cella vinaria eſt eccleſia, in cuius vnitate tãtùm dari ſolet & accipi ſpiritusſanctus quam eccleſiam de toto orbe collectam, Deus in vnam ſibi domum fabricauit H quam ſpiritusſanctus ſuis chariſmatibus conſecrauit. Quæ fabrica, quia in charitatis maximæ fundamento ipſo operante conſiſtit, rectè ſubditur:

*Sap. ... Luc. 1 ... Charitas ordinata*

c *Sic amica mea. Greg.* In eccleſia nec mali ſine bonis, nec boni ſine malis eſſe poſſunt: bonus non fuit, qui malos tolerare nõ potuit. Auguſt. Aduerſarum hæreſum dogmatibus eius integritas tanquam ſpinis pungitur, vt contra hoſtes ſuos F vigilans exerceatur donec eminens tanquam lilium in capite ſponſi ſui, candore ipſo decoretur.

d *Sicut ma.* Sponſa laudata & exemplo ſponſi ad patiendũ admonita, reciproca laude ſponſum attollit, q inter bonorum opera † ſimiliter ſanctus emineat, & ſe paſſuram promittit, quod patitur eo præſidente qui eſt refrigerium & refectio. Sicut ma. Vnguentorum odor quamuis ſuauiter redolet, non eſt tamẽ ad edendum ſuaue. Malum autem optimi ſaporis & odoris tale eſt, vt fauces delectet, & ſpiritum mulceat odoratu.

*Moraliter* | † *ſinge a... ter* | *Mali odor*

e *Sub vmbra.* Ideo dilectum oĩbus præpono, quia ſola pietatis eius protectione, cuius deſiderio ardebam, refrigerium tribulationum me inueniſſe conſpicio, & ſuauiſſimum donorum eius fructum ſentio, quo me perpetuò reficiendam confido. Deſiderauerat autem ſub vmbra autoris reſpirare, cum ſe ſole perſecutionum fuſcatam quærebatur, cùm Dei auxilium implorans clamabat: Indica mihi quem di. a. mea: vbi paſcas, vbi cubes in meridie. cum non ſolùm preſſurarũ tædio

*Sup. 1. b*

i *Ordi. in me ch.* Multorum charitas inordinata eſt, quod in primo eſt ponunt tertium vel quartum. Primò, Deus diligendus eſt Secundò, parentes, inde filij, pòſt domeſtici, qui etiam ſi boni ſunt, malis filijs præponendi ſunt. Secundum hoc in Euangelio ad cuiuſcunque dilectionem proprium ponit. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & proximum tuum ſicut teipſum. Inimicos non ex tota virtute, non ſicut teipſum, ſed ſimpliciter: Sufficit enim quod diligimus, & non odio habemus. Vel ipſe prior dilexit me, & diligendo vt eum amare poſſem, donauit. Vel ordinauit, ideſt ordinata charitate, mea ſingula membra, ideſt electos omnes ſibi copulauit, eminentiora ampliori affectu complectitur. Quantum charitas mentem quam perfectè abſorbuerit ab amore infirmorum ſuſtollat oſtendit, cum ſubditur:

a *Fulcite*

## NICO. DE LYRA. CAP. II.

Ego flos campi. *ideſt modo habito pura, & munda extra vilitatem Aegypti.*

*Supra. 1. b* b Et lilium conuallium. *quaſi dicat, quando eram in Aegypto, eram quaſi lilium in monte, cuius color obfuſcatur ſolis ardore, ſicut dixit ſuprà. Decolorauit me ſol, ſed modò ſum ſicut lilium in valle, quod habet colorem recentem ex vallis humore, & quia Deo placet ſponſæ gratitudo, ideo ſubdit eam commendando.*

c Sicut lilium inter ſpinas. *i. ſicut lilium redolens, & ſuaue: comparatur ad ſpinas aſperas & pungentes:*

d Sic amica mea. *id eſt, plebs Hebraica.*

e Inter filias. *i. gentes alias quæ ſunt idololatriæ deditæ, et innocentes tractant aſperè, ſicut patet de Aegyptijs, qui tractauerant Hebræos valde durè. Et ſubditur reſponſio ſponſæ:*

f Sicut malus. *quæ eſt arbor fructifera.*

g Inter ligna ſyluarum. *Quæ communiter ſunt infructifera.*

h Sic dilectus meus. *A quo procedunt cuncta bona.*

i Inter filios. *i. aliarum gentium Deos, à quibus nulla bonitas procedit, ſed ſunt inutiles omnino.*

k Sub vmbra illius. *Hic conſequenter ponitur duplex notabile beneficium in deſerto Iſraeli exhibitum. Primum eſt beneficiũ columnæ ignis & nubis, quæ illuminabat noctem, & de die temperabat ſolis ardorem. & quantùm*

*Primum beneficium in deſerto.*

*& quantùm ad hoc dicit ſponſa: Sub vmbra illius quem deſiderauerã ſedi. id eſt manſi vel habitaui, ſicut dicitur in Deuteronom. Sediſtis ergo in Cadesbarne multo tempore, id eſt, manſiſtis. Secũdum beneficium fuit mannæ cœlitus datæ in cibum. De quo cibo dicitur in Sapientia. Panem paratum de cœlo præſtitiſti eis, ſine labore omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem, & hoc eſt quod ſubditur: Fructus eius dulcis gutturi meo. Tertium beneficium fuit ritus ſacrificiorum, per quæ placabatur offenſa diuina, & conferebatur gratia, non ex ſacrificijs ſecundum ſe, ſed inquantum fiebant ex offerentium fide & deuotione. & quantùm ad hoc dicit ſponſa:*

l Introduxit me rex in cellam vinariam. *id eſt ad altare holocauſtorum, vt dicit Rabi Salomon, quod dicitur cella vinaria, eò quòd in libaminibus ſacrificiorum ibi effundebatur vinum, & tunc Leuitæ cantore incipiebant canere diuinas laudes, quæ ordinantur ad dilectionem Dei, & proximi. & ideo ſequitur:*

m Ordinauit in me charitatem &c. *Licet autem per charitatem Deus habeatur in via, hoc tamen non eſt in re, per quem modum habetur in patria, ſed in ſpe. Licet autem ſpes inquantum eſt de bono, cauſet delectationem: tamen abſentia realis huius boni inducit afflictionem, ſecundum illud: Prouerbio. Spes quæ differtur, affligit animam. & hæc afflictio vocatur hic languor ſponſæ. Mulier autem languida corporaliter delectatur florum, & pomorum odoribus, & ſponſi amplexibus: per quæ hic deſignantur metaphoricè diuinæ conſolationes quæ dantur ſperantibus in ſe, cùm dicitur:*

*Exod. ... Deut. ... Sap. ... Prou.*

¶ a Fulcite



a *Fulcite.* Iam ſupradictis cõfortata, ita in amorẽ Dei ardet, A vt præ nimio amore vel pœnis illatis languor carnis immineat. Vel fulcite. id eſt vos alij vel perfectiores, vel incipiẽtes bene operando ſitis mihi recreatio, vt in bonis operibus veſtris quieſcam. quæ adhuc nõ poſſum quieſcere contẽplando vultũ Dei. Ideo fulcite, vt & præſens & futurũ ſubſidium habeatis, ſicut ego in languore meo habeo. Quantò ſe ad amorẽ ſponſi accendit, tantò ab amore temporaliũ lãgueſcit. vnde ſubdit: Langueo.

b *Leua eius.* Noli aliũde capiti requiẽ quærere, ſi enim leuã eius habueris, oĩa tibi q mea ſunt tribuentur. Leua eius ſub ca. meo. Cũ corda fidelium in hac vita, per ſacramentorũ participationẽ, per pignus ſpiritus, per ſcripturarũ ſolatia confortãtur: quæ & ad ſubſidium peregrinationis dat Deus dextera amplexabit, cùm poſt hãc vitã cæleſtia premia accipiemus. Leua (i. præſens vita & tẽporalia Dei dona) dum p ſpem mẽtem roborat, eſt ſub capite ad cõſolationem data. Et dextera. i. æterna vita amplexabitur, ſicut protegens, qñ per remunerationem nos glorificabit. Q. temporalia Dei beneficia (quò à mũdi cupiſtitatibus & perturbationibus aliquantulum quieſcere queam) adiuuant in hoc loco peregrinationis, & æternorum promiſſio amplius delectat.

c *Adiuro.* Primitiua eccleſia ad gentes conuerſa, & quaſi in perſona eorum hucuſq; locuta cùm ex amore interiori corporis defectum ... tiatur, monet ſpõſus nouellã eccleſiam, ne peccando inquietet eam. Quàm amabilis ſit Deo huius eccleſiæ & cuiuſlibet fidelis animæ pauſatio, ex rñſione ſponſi declaratur.

d *Per ca.* i. ſi velitis eſſe cõparabiles B capreis vel ceruis in virtutũ altitudine & ptioſioribus cibis, & in agnitione, q medela ſit congrua veſtris vulneribus, ſi vulnera habetis. Capreæ & cerui, mũda aĩalia, venenorũ inimica, ruminãtia opera ſpũalium virtutũ ſignant, contra virulenti hoſtis inſidias. Cerui tpe amoris diſcedentes à patria, alter clunibus alterius capite impoſito ſe ſuſtentant, ordinatim incedẽtes, primus fert, vltimus tñ fert, primo fatigato, vltimus ſuccedit, canibus in ſequẽtibus per dumeta cornibus dorſo impoſitis illæſi euadunt. Caligantibus oculis ſerpentẽ comedunt, & hauſto fonte viſum recuperãt & deponunt ſuperflua. Sic ſancti amore Dei renũtiãt terrenis. Alter alterius onera ſupportant, minus. n. onerati peccatis alleuiant oneratos, cõdonando, p eis orando Robur datum per ſpiritumſanctũ, menti ſuæ ſupponunt dum vrgẽtur ab impijs, & ſic tranſeunt illæſi, diabolũ comedũt. i. annihilant in ſe, & potato fonte. i. Chriſto, viſum interiorẽ recuperant, & pellem ponunt. i. immunes ſiunt à peccatis.

e *Ne ſuſcitetis.* Greg. Si ſubditi aliquid peccant, pp quod doctores à quiete ſurgere cogantur, no tñ pœnam illius peccati incurrunt, ſed ẽt puniũtur pro inquietatione doctorum, quia qui doctores cæleſtibus intentos inquietare præſumit, etiam

a ¶Conſolamini me exemplis, etiam illorum qui iam incipiunt bene operari, vel qui currunt, vel ... iam prædicto curſu terminant ... am ſalutis, vt eorum exempla ad memoriam reducta non deficiam.

a uit in me charitatem. Fulcite me † flo- a

a ¶In hoc ... mundi peregrinatione, amore ſupernæ viſionis ...

ribus, ſtipate me malis, quia amore

¶Mente.

b langueo. † Leua eius ſub capite meo,

a ¶Et ſi nondum.

& dextera illius amplexabitur me.

¶Conteſtor. a ¶Iam in fide generati illis miniſtrantibus qui Deum propius vident. b ¶Bene capreas & ceruos dicit eſſe camporum, vt notet per ... ſimplicitatem ... p ... fide florentium in quibus virtutes orian tur & nutriantur.

c d Adiuro vos filiæ Ieruſalem per ca- b c

a ¶Vt veſtra culpa neceſſe ſit illis laborare.

¶Id eſt alius aliũ non impediat, ſed ſi quiſque de proximorum profectu quaſi de ſuo gaudeat.

e preas ceruoſq; camporũ, ne ſuſcitetis, d

a ¶Id eſt ne commoueatis etiam vt malo ... interrumpere faciatis quietem. b ¶In meo amore ... c ¶Notat eam aliquando ex voluntate reſurrecturam.

neq; euigilare faciatis dilectam, † do e

a ¶Spontanea voluntate ſi congruũ ... tempus viderit.

b ¶Quæ me diligit. ¶Horum.

¶Hic de contemplatiua. c ¶Si vt eum mecum inuenire ſtatis hoc ſigno quærite.

f nec ipſa velit. Vox dilecti mei: Ecce f g

a ¶Qui eſt inuiſibilis carne indutus. b ¶Viſit nos. c ¶Id eſt ... in ſcripturis viſibilem ſecit, & crebra viſitatione illuſtrat corda fidelium.

g h iſte venit ſaliens in montibus, tran-

a ¶Secundum ...

i ſiliens colles. Similis eſt dilectus h

a ¶Quia eſt in ſimilitudine carnis peccati. ¶Caprea id eſt dorcas. b ¶Veram tamen de patriarchis aſſumpſit. Et velocior illis, quia pondere peccatorum preſſi, iſte immunis. ¶Secundum opera quia contrarias fortitudines conterit.

meus capreæ hinnuloque ceruo-

a ¶Ecce venit adiuuandum. b ¶Corporali præſentia paratus ad ... c ¶Indutus parietem noſtræ carnis ita manet in nobis, vt à nobis videri non poſſit.

k rum. En, ipſe ſtat poſt parietem, i

ẽt virtutes quas habere ſe credebat, perdit. Ad iuſſum ſponſi, C ſponſa libenter ſuſcipit, & audiens determinationem iſtam appoſitam, ſ donec ipſa velit. animaduertit ſibi latẽter precipi, vt ipſa ſponte ſurgere velit, pmittit ergo ſe ſurrecturã, & proponit talem ſponſum pro quo velit, & tempus congruum. Poſtquã enim Apoſtoli in primitiua eccleſia gẽtium poſiti, in tãtam perfectionem ſe, & alios induxerant, vt iam cõtemplationi vacarent, iterum intelligit ſibi impoſitam neceſſitatem diſcurrẽdi per totum mundum, & conſtruendi nouas eccleſias.

*† phialis, vaſis vinarijs*

f *Vox dilecti mei.* Hæc eſt quam audiui adiurantem filias Ieruſalẽ ne ſuſcitarent, gaudeo, conſolatoriã eius vocem audiens, dum eius faciẽ nondum video: tamen ſubleuato ad cælum animo, aliquam ſuauitatem futuræ beatitudinis prægusto, etiã in hoc præſenti.

g *Saliens in montibus.* Salit in montibus, & quaſi pedes ponit quo ſigno ibi fuiſſe dignoſcitur, quia cum per paſſionem & vitæ conuerſationem imitatur. Saltum fecit de cælo in vterum, de vtero in præſepe, de præſepi in crucem, de cruce in ſepulchrũ, de ſepulchro redijt in cælum. Ipſe eſt qui eleuatus eſt ſup omnes mõtes, & colles. i. ſanctorum tam maiorum, quàm minorum altitudines.

*Salit in montibus.* | *† ... que* | *Eſa. 2.*

h *Tranſil. eos col.* In collibus non apparent ſigna pedum, ſed vmbram ſuperuolantis ſuſceperunt, quia etſi non vt illi maiores, tamen aliquatenus imitantur, & ab eo viſitãtur. Montes & colles ſunt, qui generalem eccleſiæ conuerſationem quaſi floridam camporum planiciem, ſingulari mentis puritate tranſcendunt, & ab infimis recedentes vicinius ſuperna contẽplantur. In qui- D bus ſalit, quia corda ſublimium crebra viſitatione illuſtrat, & non manet, ſed ſalit, & tranſilit: quia hæc dulcedo contemplationis breuis eſt & rara, propter grauedinem carnis, quia terrena inhabitatio aggrauat ſenſum multa cogitantem.

i *Similis.* quia acutè videt, & in altis montium habitat, velociter ſaltat. Vnde & rarius à nobis videtur: ſemper aſcendit à natiuitate vſque ad ſinum patris. Similis. Et quamuis diuinitate ſua ita omnes tranſcendat, tamen factus eſt homo pro me natus eſt de Gentili & patriarcharum ſemine. In aſſumptione carnis, & humanitate comparatur capreæ, in varietate virtutum, & miraculorum hinnulo. Ceruus flatu narium ſerpentem de cauernis extrahit, & ſuperata pernicie veneni pabulo delectatur. Quoniã illis verſiculis ſpeculatiuæ vitæ ſublimitas eſt expreſſa, reſtat actiuæ vitæ, quæ omni eccleſiæ communis eſt, perfectionem oſtendere. Vnde ſequitur: En ipſe ſtat &c.

K *Poſt parietem.* Paries qui ab eius aſpectu nos ſeducit, mortalitis conditio eſt, quã peccando meruimus, qui ita conditi ſumus, vt ſi non peccaremus, omnes electi diuinum lumẽ indefeſſi cerneremus: ad quod intuendum perpauci perfectiores

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Fulci. *me floribus: ſtipate me ma. & patet ex dictis litera. Et quia continuatio talium conſolationum eſt appetenda, & ſubtractio abhorrenda, ideo ſubditur:*

b Adiuro vos filiæ Ieruſalem. *id eſt infirmi de populo Iſrael, vt dictum eſt ſuprà capite primo.*

c Per capreas ceruoſque camporum. *id eſt per patriarchas, qui ſic nominantur in ſcriptura, Geneſis. Nepthali ceruus emiſſus, &c.*

d Ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectam. *id eſt, vt non declinetis ad aliquod horribile peccatum, propter quod diuina conſolatio ſubtrahatur & totus populus perturbetur, ſicut contigit in fabricatione vituli, & eius adoratione.*

e Donec ipſa velit. *Per iſtud donec, non intelligitur q ſpõſa debeat hoc velle futuro tempore ſicut Matthæus. de Ioſeph & Maria dicit: Et non cognoſcebat eam, donec peperit, quia non cognouit eam poſtea.*

f Vox dilecti mei. *Hic ponitur beneficium datæ legis, quod fuit valde gratioſum vel notabile, ſecundum quod dicitur in Deuterono. Non eſt enim alias gens ſic inclyta, vt habeat ceremonias iuſtaq; iudicia & vniuerſam legem, &c. De hoc beneficio dicit hic ſponſa. Vox dilecti mei pronuntiantis præcepta decalogi in Exod. Locutuſq; eſt dominus cunctos ſermones hos: Ego ſum &c.*

*Deut. 4. b* | *Exod. 20. a*

g Ecce iſte venit ſaliens in montibus. *Id eſt deſcendens in montem Sinai, in quo protulit præcepta decalogi. Qui dicitur montes, & colles in plurali, propter diuerſas ſui partes, vel ponendo plurale pro ſingulari, ſicut frequenter fit in ſcriptura. vnde in Exodo. Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Aegypti: & tamen erat ibi vnum idolum tantum.*

*Ibidem. 32. b*

h Similis eſt dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum. *Per hoc deſignatur velocitas diuini deſcenſus ad dandum legem.*

i En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras. *Per parietem intelligitur nubes denſa, quæ inter Deum erat & populum. Et quia ex illa nube procedebant coruſcationes, ex quibus videbatur nubes aperiri, ideo ſubditur:*

¶ a Reſpiciens

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ctiores, cum labore, fide parificati nunc pertingunt: ſed in hoc pariete miſericors a Dei feneſtras & cãcellos vnde nos proſpiceret fecit, quia mentibus quamquã oppreſſis, gratiã ſuæ cognitionis aperuit, & crebra nos † ſuæ inſpirationis luce † reſpicit. Per cuius inſpirationis † proſpectum, quia hoc maximè Deus agit, vt nos à temporalibus ad promerẽda cœleſtia prouocet, rectè ſubiũgitur. En dilectus meus loquitur mihi, qui ſuprà monuit filias Ieruſalẽ ad cuſtodiã meæ quietis: me ad colendas vineas mittit: oſtendẽs opportunitatem. Poſt pa. Hierony. Moraliter, ſi feceris ędificationẽ tuã, Deus veniet poſt parietẽ tuũ, proſpiciẽs per feneſtras .i. per quinq; ſenſus ſolicitè cõtuetur, vbi enim non ꝓſpicit ſpõſus, mors aſcendit. vnde Ieremias: Ecce mors aſcendit per feneſtras noſtras eminens per retia. Oĩa retibus diaboli plena ſunt, quibus caperis, niſi quia ſpõſus ſubiecit ſe retibus mundi, q eminẽter, & cõſcindens viã faceret, vt dicas: Anima noſtra ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium.

† vna † reſpicit † proſpectum

Moraliter

Iere. 9. f

Pſal. 123. b

a *Per fe.* Sicut ſol intrans per feneſtras illuminat domũ, ita Chriſtus exemplo, & admonitione Apoſtolorum nos illuminauit. Sicut per cãcellos .i. per parua foramina parua lux intrat, ſic obſcura cognitio per prophetas.

b *Surge* .i. interrumpe contẽplationem, & labora in acquiſitionẽ aliorum, vel ſurge ab amore terrenorũ. Surge oĩa tempus habent, qui modò adiurabat filias Ieruſalem, ne inquietarent dilectam: ecce eam ad laborẽ inuitat. Surge propera. Greg.

F Cùm iam de corruptionis corpore educitur, ei imber tranſijt, quia pręſentis vitæ torpor abſceſſit, & ad cõtemplandũ Deum in ſubſtãtia educitur, nec iam verborum guttę ſunt neceſſariæ, vt pluuia prædicationis debeat infundi. Nã quod minus audire potuit, amplius videbit. Tunc enim apparent flores in terra, qñ de ęterna beatitudinis vita qdam ſuauitatis primordia pręguſtare aĩa cęperit, quæ iam in floribus odoratur exiens, quæ poſtquam egreſſa fuerit, in fructu vberius habebit. Tẽpus amputationis aduenit. Noſtra amputatio tunc euenit, qñ infructuoſam ac noxiam corruptionẽ carnis deſerimus, vt ad fructum animæ peruenire valeamus, qui fructus nobis eſt vberrimus. In amputatione quippe ſarmenta ſterilia reſcinduntur, vt ea quæ valent, vberius fructũ ferãt. Ideo ſurge, quia ego patiens pro te fluctus ſedaui.

† in abſcõdito ſepi.

c *Veni.* Ad impendendam ẽt curam ſalutis proximis per ſtudium ſedulæ prædicationis, vt cũ magno comitatu ad nuptius merearis recipi. Q credis te venturam ſi vacaueris cõtemplationi, ſed venies melius per laborẽ huiuſmodi. Oportet vt prædices, quia cũ iam ſcientia eſt in te, eſt etiam in illis ad quos te mitto, opportunitas recipiendi.

d *Imber abijt.* Ego à mortuis reſurgens, tempeſtate cõpreſſa tranquillitatẽ reddidi. Modò facilius eſt pręedicare, cũ quidã iam conuerſi ſint, quàmprius cùm nullus adhuc crediderat. G

e *Flores.* Q. Iſtos qui iam credunt, & iã bona operantur, potes dare in exemplum alijs. Iſtos potes proponere alijs in exemplum, qui iam patiuntur falcem vitia reſecantem. Pro quiete tua non debes dimittere prædicationem, quia Chriſtus qui in magna quiete erat cum patre, quietẽ quodãmodo pro prędicatione intermiſit.

¶ Nobis reſiſtentem, ſed ei non: Vel, nobis communem, quam pro omnibus aſſumpſit, non pro nobis ſolis. b ¶ Sicut ex alto. c ¶ Miſericordiam faciens aperte per miracula, per prædicationem. ¶ Id eſt Apoſtolos.

a noſtrum, reſpiciens per feneſtras, pro- a

a ¶ A longe. ¶ Dudum. b ¶ Per prophetas. ¶ Per inſpirationem. c ¶ Venit & ſtat, & ſic de alijs conuertendis mihi præcipit.

ſpiciens per cancellos. En dilectus b

a ¶ Inſpirando. b ¶ Et debes ſurgere, quia amo te, & tu me. c ¶ Quia tempus breue eſt.

b meus loquitur mihi: Surge, prope-

a ¶ Simplex, non inuidia ſpiritu ſancto illuſtrata. b ¶ Per morum pulchritudinem.

ra amica mea, columba mea, formo- c d e f g

c ſa mea, & veni. Iam enim tranſijt hy-

a ¶ Congelatio infidelitatis. ¶ Iam non habet locum quæ prius mundum tegebat vſque ad tempus incarnationis. b ¶ Perſecutio. c ¶ Non ſolum perſequi deſinunt, ſed etiam obedientes ſequuntur. d ¶ Initia bonorum operum vel fides.

d e ems, imber abijt, & receſſit. Flores h

a ¶ Olim. ¶ Alijs veloci ac tre[...] ecclesia. b ¶ Cordis. ¶ Cui do[...] incrementum in cœlis & regis.

f apparuerunt in terra noſtra, tem-

a ¶ Modo b ¶ Chriſti.

g pus putationis aduenit. Vox tur-

a ¶ Ideo non debes deſperare qu[...] & tu ita audieris. b ¶ In alijs qui prius erant mare & inſtabiles. c ¶ Quæ cœpit eſſe noſtra, dum fidei verbum recepit. d ¶ Quia Da in exemplum Iudæos & Gentiles iam conuerſos.

h turis audita eſt in terra noſtra, ficus

a ¶ Protulit vel produxit. b ¶ Gentium collectiones. c ¶ Et ſic facile poſſent corrumpi.

i protulit groſſos ſuos. Vineæ floren-

a ¶ Famam ſ[...] conuerſationis. b ¶ Et ideo. ¶ Ad iuſtitiam vel laborem.

tes dederunt odorem ſuum. Sur- i

a ¶ Cui tanta obtuli dona.

ge, propera amica mea, ſpecioſa

a ¶ Fouens mihi pullos infuſione ſpiritusſancti.

k mea & veni, columba mea, in fora- k l

a ¶ Manſueta. ¶ Fide. ¶ Chriſti vulneribus. b ¶ Id eſt Chriſti qui eſt ſtabile fundamentum. ¶ Lateris Chriſti vel Apoſtolorum. c ¶ Quia quidam plus capiunt, quidam minus.

minibus petræ † in cauerna mace-

a ¶ Non alienam, ſed quam in te feci.

l riæ. Oſtende mihi faciem tuam: m

f *Tẽpus puta.* Iam inutilibus vanę religionis amputatis ſarmẽtis, futuro fidei fructu præparantur corda hominũ, iam & vitia amputãtur, quia venit tẽpus remiſſionis peccatorũ.

g *Vox turturis audita eſt.* Spiritusſanctus qñ de occultioribus loquitur ſacramẽtis, & quę multi non capiũt, turturis appellatione ſignatur. Vnde & Moyſi apparet & vni. Qñ de humilibus quæ ad oẽs vſque perueniunt, per columbã aſſumitur. Vnde & circa Iordanẽ aſtantibus multis nõ in turture apparuit, ſed in columba. Vox turturis, vox Apoſtolorum vel quorumlibet prędicatorũ, qui ſuo cãtu gemitum reddũt, qui pudicitiæ amatores ſunt, q ſemper in iugis montium, vel in verticibus arborum morantur, & cõuerſationem fugiunt hominum, dũ in mũdo corpore poſiti, conuerſationem habent in cœlis, incolatus ſui & patriæ ſibi promiſſæ memores.

h *Ficus.* Groſſos vocat primitiuas & immaturas ficus, quæ non ſunt habiles eſui, quæ etiam ſi concuſſę fuerint, leni tactu cadunt: ergo ſonante turture .i. prædicantibus Apoſtolis ſynagoga protulit groſſos .i. immaturam legalis obſeruantiæ intelligẽtiam abijcit. Vel, ita: Synagoga procreauit Apoſtolos qui dulcem cibũ ſuis credentibus miniſtrarent, Et quia proferente ſynagoga Apoſtolos, totius orbis fides ſalusque ſecuta eſt, rectè ſubditur: H

i *Vineæ flo.* Per floritionẽ initia multiplicium eccleſiarũ. de ea Ieroſolymis primò plantata eſt, de cuius flore ſuccus expreſſus, poculi genus cõficit, ſaluti & voluptati accommodum, quod lætificat cor hominis.

k *In fo.* In vulneribus Chriſti eccleſia ſedet & nidificat, cũ in paſſione dñi ſpem ſuæ ſalutis ponit. & per hoc ab inſidijs accipitris .i. diaboli ſe tutandam confidit, & in eodem alios gignit. In foraminibus. In fide vel in capacitate, in qua fideles locati ab hoſtibus ſunt tuti. Maceries eſt congeries lapidum, ſine cęmento in vnũ compactorũ, ſic Apoſtoli eadem fide & eiſdem ſacramentis ſunt vniti.

l *Oſten. mi.* Necdum habebat fiduciam, vt reuelata facie gloriam Dei cõtẽplaretur, ſed quia iam ornata eſt, dicitur: Oſtẽde mihi fa. tuam: ſonet vox tua in auribus meis. Oſtenditur dño facies, rectè operando. Oſtendit ſonus vocis, ſalubriter prædicãdo. Ne erubeſcas prędicare crucẽ Chriſti, quis ſtultitia videatur incredulis, quã prædicauerũt Chriſti Apoſtoli, qui ſunt maceries & munimẽtũ eccleſię. Vel, maceries ſunt prophetæ & patriarchæ, in quibus Apoſtoli habẽt refugiũ.

Quod in

## NICOLAVS DE LYRA.

a Reſpi. per fe. pro. per can. *Illius nubis aperturas, quia concutiebatur populus timore, acſi Deus præſentialiter videretur. vnde in Exo. dicitur: Cunctus autem populus videbat voces & lampades .i. coruſcationes. Sequitur ibidem: Et territi ac pauore concuſſi procul ſtantes dixerunt Moyſi: Loquere tu nobis & audiemus, & non loquatur nobis dominus, ne fortè moriamur.*

Exod. 20. a

b En dilectus meus loquitur mihi. *Surge propera. id eſt animum erige ad verba mea.*

c Amica mea. *Per charitatem.*

d Columba mea. *Per intentionis ſimplicitatem.*

e Formoſa mea. *Per exteriorem honeſtatem.*

f Et ueni. *Ad ſeruiendum mihi ſoli, vnde primum præceptum decalogi eſt: Non habebit Deos alienos coram me &c. & ſubditur ratio:*

g Iam enim hyems tranſijt imber abijt & receſſit. *id tempus horridum Aegyptiacæ ſeruitutis, in quo à ſeruitute mea impediebaris.*

r Flores

b Flores apparuerunt in terra noſtra. *id eſt tempus amœnum libertatis venit, in quo liberè potes mihi ſeruire. Hoc antẽ tẽpus libertatis intelligitur hic per tẽpus vernale, in quo incipiunt flores apparere, turtures cãtare, & aues cæteræ, vinea florere in terra illa q̃ eſt valde calida, arbores putari, & primæ ficus maturari. Et ſcdm veritatẽ hiſtoriæ populus Iſrael exiuit de Aegypto in vere. Exiuit. n. 15. die mẽſis primi, qui incipit à prima lunatione propinquiori æquinoctio vernali, vt dixi plenius Geneſis 7. & quinquageſima die ab exitu fuit data lex in monte Sinai.*

i Surge propera ami. mea, ſpecioſa mea, & ueni. *Exponatur vt ſuprà, quia repetitio eſt eiuſdem ad maiorem excitationem.*

k Columba mea. *Hic incipit verſus in Hebræo. Columba enim nidificat in foraminibus parietum, & petrarum, per quæ deſignatur hic locus caſtrorũ, vbi populus Iſrael habitabat. Eſt igitur ſenſus: Columba mea, id eſt plebs Hebraica, vt prædictum eſt.*

l In foraminibus petræ in cauerna maceriæ. *i. in habitaculis tuis.*

m Oſtende mihi faciem tuam: &c. *Hilariter recipiendo legẽ meam.*

a Sonet



Quod intus pulchritudinis habes, & in ſecreto quietis didiciſti, in publica actione ad vtilitatẽ aliorũ demonſtra. Nã mihi qui intima proſpicio, tunc faciem tuã oſtendi eſtimo, cum vtilitati proximorũ bonã actionem oſtendi cõſidero. A

a *Meis.* Non alienis .i. meæ dilectioni, non alicui terreno, & opus & vocem expende.

b *Vox enim tua.* Non aliena, ſed ea quã in die deſponſationis te mihi ſeruire promiſiſti.

c *Capite no.* Qñ non ſufficit nobs vitã noſtrã alijs in exemplũ proponere & bonã prędicationẽ facere, niſi ẽt errãtes corrigamus, & infirmos ab inſidijs aliorũ defendamus, rectè dr: capite non vobis, ſed nobis: in hoc mihi .n. ſeruitis, in hoc vos remunerabo. Vulpes in foueis abduntur, & cum apparuerint, nunquam directis itineribus currunt, ſic hæretici.

d *Nam vinea no.* Pulchrè cum ſuprà vineas plurali numero, hic ſingulariter vinea, quia multæ vineę per fidem & charitatẽ vnã & ideo ſunt expellẽdi, qui eam volunt per hæreſes ſcindere.

e *Dilectus meus mihi.* Tali affatui dilecti, mox amica colũbini cordis ſimplicitate reſpõdet, & iniuncto officio ſe obedirurã promittit. q. d. nõ ſolũ hortatur ſed ẽt adiuuat. Dilectus meus mihi. Syncero amore mihi copulaĩ, & ego illi. Vel dilectus talẽ exhortationẽ mihi facit, & ego illi faciẽ, & vocẽ oſtendo. Vel, dilectus meus mihi, nõ alteri cuilibet. ſ. gratiã præſtabit, & fructũ rependet, & ego ei, non alteri cuiq̃, nõ in alia turba hominũ, ſed integra obediẽtia & deuotione ꝯglutinabor. Cũctis his ſenſibus aptè cõuenit qđ ſequiĩ:

a ¶ Laudis vel prædicationis. b ¶ In potentia dante quod petis.

a ſonet vox tua in auribus meis. a

a ¶ Prædicationem volo, quia talis vox tua eſt dul. b ¶ Quia laudem Dei cogitat. c ¶ Faciem requiro, quia talis fa. d ¶ Id eſt vita deco.

b Vox. n. tua dulcis, & facies tua de-

a ¶ Quia ad videndam eius faciem ſatagit. b ¶ Vox Chriſti aduerſus hæreſes. ¶ Debellate & deprehendite. c ¶ Schiſmaticos & hæreticos qui callidi ſunt, & ſe humiles fingunt. d ¶ Id eſt in ipſo initio fraudis, ne maiores effectæ amplius noceãt.

c cora. Capite nobis vulpes paruu- b c

¶ Id eſt præcipitia faciunt per ſingulas eccleſias.

las, quæ demoliuntur vineas:

a ¶ Vulpes ſunt capiendæ: quia florenti vineæ ſunt nociuæ. ¶ Vox directus.

d e nam † vinea noſtra floruit. Dile- d e f

a ¶ Qui delectatur cãdore meatum virtutum & odore.

f ctus meus mihi, & ego illi, qui † pa- g

a ¶ Donec venturi ſeculi lux oriatur, quæ erit iuſtis aura recreationis.

g ſcitur inter lilia, donec aſpiret h

a ¶ Vt tranſeant & deficient. b ¶ Ignorantia præſentis vitę vel errores. c ¶ Condeſcende per gratiam qui in cœlis quieſcis.

h dies, & inclinẽtur umbrę. Reuer- i k

a ¶ Propter acutum viſum.

tere, ſimilis eſto dilecte mi, capreę l

a ¶ Propter agilitatem currendi. b ¶ Tu dico exiſtens ſuper montes Bethel, montes propter celſitudinem contemplationis, non propter ſu[...].

hinnuloq; ceruorum ſuper mon- m

a ¶ Domus conſurgens vel domus vigiliæ, vel domus Dei.

tes † Bethel.

f *Qui paſcitur inter lilia.* Paſciĩ in nobis, quia corpus illius ſumus & mẽbra de mẽbro, paſcit nos ipſe q caput eſt. Paſciĩ inter lilia. cũ fideles qui ſunt membra eius, exemplis priorũ fidelium in ſupernorum amore perficiuntur. B

g *Lilia.* Aduſtis mẽbris mederi ſolẽt: Sic ſancti ſi fortè vidẽt corda proximorũ aduri flãma vitiorũ, refrigeriũ cõſolationis & exhortationis adhibẽt. Quia hæc dñi paſtio q̃ in ſanctorũ eius profectibus agitur, vſq; ad finẽ ſeculi pertingit: Nam vbi ad viſionem peruenerint, in quo vltrà proficiunt non habebunt, rectè ſubditur: Donec aſpiret dies:

h *Reuertere, ſimilis.* In excelſis mentibus veſtigia pone, & ab illis aliqñ ẽt condeſcendendo inferioribus apparet, qui in valle ſunt. Reuertere ſi. Et quia ad eccleſias conſtituendas, & excolendas, & ad verſutias vulpecularũ abigẽdas prouocas, & vt faciẽ meã tibi oſtenderẽ, cũ tuã faciẽ adhuc clarè non videã, & per me nõ ſufficiã, obſecro, illuſtra perfectius cor meum, & corda illorum quibus prædicatura ſum.

Bather

## NICOLAVS DE LYRA. C

a Sonet vox tua. *Profitendo conſeruationẽ meæ legis, ſecundum qđ ſcribiĩ in Exo. Venit ergo Moyſes, & narrauit plebi oĩa verba dñi atq; iudicia, reſpõditq; populus cũctus vna voce: Oĩa verba dñi q̃ locutus eſt, faciemus. Et q̃a hoc fuit Deo placitũ. Iõ ſubdiĩ: Vox. n. tua dulcis, &c.*

Exo. 24. a

b Capite no. *Poſt amoris ſpõſi & ſponſæ promotiua, hic interſeruntur impeditiua: Et licet plura fuerint in deſerto, vbi populus pluries offendit Deũ, tñ hic ponũĩ duo magis notabilia. ſecundũ ibi: In lectulo meo. Primũ aũt impedimentũ eſt de adoratione vituli, qđ fuit maximũ, ad qđ inductus fuit populus p aliquos ad idololatriã magis pronos, & fraudulenter ſub ſpecie boni dicẽtes Aaron: Fac nobis deos q præcedãt nos: Moyſi. n. viro huic, q nos eduxit de terra Aegypti, neſcimus qđ acciderit, quaſi dicãt, nõ poſſumus procedere ſine ductore, & iſti poſtea fuerunt interfecti per Leuitas, vt ibidem habetur: & hoc eſt quod dicitur: Capite nobis .i. interficite.*

Primum impedimentum

Exo. 32. a

c Vulpes par. &c. *id eſt perſonas doloſè inducentes populum ad idololatriam.*

d Nam vinea no. *i. plebs Iſraelitica, Iſa. vinea domini exercituum domus Iſrael eſt.*

Iſa. 5. b

e Floruit. *Floruerat. n. hæc vinea in receptione legis deuota, & ſicut tẽpore floritionis vineæ vulpes ibi tranſeuntes & flores excutientes faciũt magnũ damnũ, ſicut prædicti idololatræ in vinea Iſrael fecerunt magnũ damnũ ſpirituale, verumtamen quia Leuitæ iunxerũt ſe cũ dño & Moyſe. Si quis eſt domini iungatur mihi: congregatiq; ſunt ad eũ omnes filij Leui, qui erant pars notabilis populi: ideo in perſona eorum dicit ſponſa:*

Exo. 32. f

f Dilectus meus mihi & ego illi. *Et non vitulo conflatili.*

g Qui paſcitur inter lilia. *i. delectatur in perſonis mundis ab idololatria.*

h Donec aſpiret dies. *ſcilicet expiationis in quo ad preces Moyſi dominus fuit placatus populo de peccato vituli, propter quod ſubditur:*

i Et inclinentur vmbræ. *In Hebræo habetur: Fugiant vmbræ, id eſt dicti peccati maculæ: & propter Dei placationem ſubdit ſponſa:* D

K Reuertere di. *diligendo me ſicut prius.*

l Similis eſto di. mi, ca. *id eſt fac iſtud celeriter.*

m Super montes Bethel. *id eſt ſuper montem Sinai, vbi dominus loquebatur Moyſi, qui dicitur montes in plurali rationibus ſuprà dictis, & dicitur mons Bethel, id eſt domus Dei, quia habitauit ibi [...], tamen in Hebræo habetur, Super montes בתר Bather, id eſt [...] vel ſeparationis. ſ. Dei à populo, vt dicit hic Ra. Salomon. [...] poris dixit dominus Moyſi: Vade, & deſcende de loco iſto, peccauit populus tuus &c. & ſequitur: Non enim aſcendam tecum: quia populus duræ ceruicis eſt, tamen finaliter ad preces Moyſi conceſſit ſe eſſe ductorem populi.*

## GLO. ORD. CAP. III.

IN *lectulo.* Orantibus prædicatoribus de Iudæa, ecce Gentilitas ſpiritu diuino afflata ad agnitionẽ ſuæ ſalutis aduenit. & inuentam firmo amore tenet. vnde ſequitur: Vox eius plenè intrantis.

a *In lectulo. Greg. Moraliter.* Lectulum ſibi ſancta anima in nocte facit, dũ omnes mundi perturbationes fugiens, ſecretum in quo requieſcit cõparat. In hoc lectulo dilectũ quærit, quia dũ à ſolicitudinibus vocat, in eius inquiſitione quomodo ad illũ perueniat requieſcit: ſed dũ in mundo viuit, tenebras mundi à ſe perfectè non excutit, & quantò grauius patitur, eò frequentius quęrit & feruentius eum, quo inuento tenebras amplius non patiatur. Sed quia in hoc mũdo nõ inuenit, ideo ſubiungit: Quæſiui eum & non inueni. Quia verò maximo deſiderio æſtuat, & quicquid tenet, ei non ſufficit, donec dilectum inueniat, ideo perſeuerantiam inquiſitionis ſubiungit: Surgam, & circum. ci. In lectulo. Ex quo Adam peccauit, cœpit homo in terrenis quieſcere, & tamen duce ratione quaſi per ſomnium veram beatitudinem intelligens, ipſam in terrenis putabat conſiſtere. Hiero. Moraliter. In lectulo anima Deum quærit, quãdo in ſuo otio quidem appetit Deum videre, & ad eum de carcere carnis exire deſiderat, ſed non conceditur, & abſcõdit ſe ſponſus, vt non inuentus, ardentius quæratur.

b Et

b *Et non inueni.* Quia mihi Gentilitati non angelus, nõ propheta, nõ quilibet doctor in dubijs lumen diuinæ cognitionis oſtendit, ideo non inueni quod vbi comperi q[...] non poſſet inueniri, propoſui in animo meo de lecto carnalium voluptatum exurgere, & ad laborẽ ſaluti feræ inquiſitionis accingi, terra & mari publicè & priuatim vniuerſorũ quos ſapientes audirẽ magiſteria adire. Vici ſunt ſpirituales viri qui dũ ad cœleſtia gradiuntur, anguſtam viam tenent. Plateæ .i. ſeculares, qui multas voluptates ſequuntur, & lata via incedunt. Oẽs ergo circuniit, quia oẽs ſanctos q ſunt vel fuerunt, mente conſpicit & imitatur, etiam in ſecularibus aliquando

inuenit,

## CAP. III.

a ¶ Ecce plenitudo gentium intrat. b ¶ Multiplices tenebras ignorantię.

a IN lectulo meo per noctes a b

a ¶ Modo integre, q[...] prius incognitũ quęrebat.

quæſiui quem diligit ani- c

¶ Summum bonum. a ¶ Ratio naturalis. b ¶ Multoties ſecundum diuerſa præcepta philoſophorum.

b ma mea. Quæſiui illum, &

## NIC. DE LY. CAP. III.

IN lectulo. *Hic ponitur ſecundum impedimentum, quod contigit per exploratores, qui terruerat populum intantum, q dimiſſo Moyſe & arca domini voluerat reuerti in Aegyptum, dicentes. Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum: propter quod dominus iratus dedit ſententiam irretractabilem, quod omnes egreſſi de Aegypto à xx. annis & ſuprà, morerentur in deſerto præter Caleb, & Ioſue: & hoc impedimentum lamentatur ſponſa, dicens:*

Num. 14. a Secundum impedimentum.

a In lecto. meo. *i. in Moyſi tabernaculo, vt dictum eſt ſuprà, 1. cap.*

b Per no. *i. tempore tribulationis excitatæ per exploratores.*

c Quæſiui quem dili. *Moyſes. n. & Aaron in tabernaculo orauerunt*



dominum

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

inuenit quod valeat ad inquiſitionē ſponſi:ſed poſtq̄ laborē geminatū inquiſitionis oſtendit, iterū difficultatē inuētionis ſubdit:Quæſiui, & nō inuenit:ſed dū quęrit & nō inuenit,ipſa & quæritur & inuenitur. Vnde dicitur: Inuenerunt me vi-

a *Quæſiui.* Plurimo labore mundo peragrato,ſapientium verbis diſcuſſis nil certū de via veritatis addiſcere potui.

Nota quomodo quærendum. b *Inuenerunt me.* Cum ſic inquirerē dūs hanc inſtantiā inquiſitionis videns,tandē ſe manifeſtare dignatus eſt, & cui inſpirauerat,vt quęreret donauit,vt inueniret.

c *Num quem diligit.* Illis volētibus docere,illa flagrans nimio amore prior alloquitur: Num quem diligit. Ecclesia interrogat vigiles, cum prædicationem intente ſuſcipit, & in ea bonorū operū exhibitiōe fructificat.

d *Cum pertranſiſſem.* Per eos tranſit, qa in ipſis videt formam eius quem quærit, & tamen trāſit: quia Deum qui eſt vltra, incipit imitari & intueri. Tranſit Petrus vigiles, dū cōtēnit prophetas, & dño prophetarum dicit: Tu es Chriſtus filius Dei viui. (Act. 12. b; Matt. 16. c)

e *Donec introducam.* Donec in fine mūdi ſynagogā per quā auditū fide ſuſcepi, & myſterium regenerationis ad fidem eius reuocare ſatagam. Ecclesia Gentilis in fine reuocabit ſynagogam,quę prius vocarat illam per Apoſtolos.

f *Adiuro vos.* Chriſtus audiēs ſe per hos introducēdū,adiurat ne ei parēt impedimentum.Adiuro vos. Ideo repetitur hic verſiculus in cātico amoris,vt non minorē ſe dñs eccleſiæ de gētibus q̄ de Iudæis collectę curā habere, ſed æqualem pro vtriuſq; pace ſolicitudinē gerere deſignet. Nō minus.n.hęc regina auſtri capitur amore ſpōſi,quā prima amica de Iudæis.

g *Ceruos.* Cerui eſt in ſenectute ſerpentem comedere, & pro ſiti à veneno cōcepta,ad fontē pperare, & inde potando iuueneſcere, cadētibus pilis & cornibus, qđ cuiq; fideli competit per lauationem baptiſmi.

h *Quæ eſt iſta.* Vlterius agit de eccleſia de gentibus conuerſa, quomodo ab Apoſtolis fundamento accepto, deinde per ſucceſſus temporum & graduum promotiones ſit multiplicata. Quæ eſt iſta. Iudei conuerſi videntes etiam gentes conuerti, & in amorē ſpōſi pariter recipi,non ex inuidia,ſed quaſi admirantes & de ſocietate fratrum congaudentes,inquiunt ſi ſalus ſit promiſſa gentibus,quod multum fuerat dubium.

i *Quæ aſcendit.* Eodem tempore & dormit, cum à carnalibus deſiderijs ſe alienat eccleſia,& bonis operibus ad viſionem ſui conditoris appropiat.

K *Per deſertum* id eſt per medium gentium, quæ nulla erāt virtutum fruge fœcundæ, quas nullos propheta, vel angelus ad cultum Dei inſtituerat.vel, Per deſertum ſicut virgula fumi:quia a mundi illecebris ſeparata celeſtibus præceptis eſt dedita. Fumus eodem tempore partim oritur,partim qui prius ortus fuerat,ſolet in ſublimioribus diſparere. Sic eccleſia in quibuſdam ſuis membris ſemper gignitur noua, in quibuſdam qui prius nati fuerunt, ſemper colligitur ad celeſtia. Fumus ex igne natus ad alta cōſcendens paulatim ſe humanis ſubtrahit aſpectibus,ſic eccleſia igne ſancti ſolius ſpiritus in amorem Dei accenſa aſcendere nō deſinit, donec à terrenis abſtracta ad inuiſibilia cęli rapiatur.

l *Ex aromatibus.* Nota quòd aromata commemorās, primò myrrham,deinde thus,& poſtea vniuerſi pulueris pigmen. ponit:quia prius eſt mortificare concupiſcentiam carnis, poſtea offerre Deo placabilia vota cordis,& ſic cum humilitate creſcere in omni virtutum genere.

m *Pigmenta.* in puluerem redacta valent ad confectionem: Sic virtutes cum non extollunt animum, ſed quaſi in puluerem reputatione agentis rediguntur,ad perfectionē perducunt. Pigmentarius, vel homo,qui operam dat virtutibus,vel Deus,qui virtutes largitur.

a En

a ¶A lecto mundi. b ¶Diligenter inueſtigabo.
non inueni. Surgam * & cirumibo
a ¶Per totum mundum. b ¶Arte viuentes, ideſt maiores & ſpirituales. c ¶Minus ſapientes. ¶Latiora præcepta tenentes, ideſt minores licitè mundo vtentes.
ciuitatem: per vicos & plateas quę-
ram quem diligit anima mea. Quę-
a ¶Qui parati ſunt ad docendum. ¶Philippus Eunuchum, Petrus Cornelium inuenit.
ſiui illum, & non inueni. Inuenerūt
a ¶Soliciti pręcones. b ¶Qui pia ſolicitudine ad cuſt. odiam eccleſiæ verbo prædicationis excubant.
me vigiles, qui † cuſtodiunt ciuita- († circume)
tem. Num quē diligit anima mea,
a ¶Qua via potero illum aſſequi. b ¶Cum cordibus eorum me miſcuiſſem, & eorum dicta percurriſſem.
vidiſtis? Paululum cùm pertrāſiſ-
a ¶Quia quàm cito aliquis vero intuitu Deum exquirit ſtatim Deum inuenit.
ſem eos, inueni quē diligit anima
a ¶Quanto intentius quæſiui, tanto ardentius inuentum tenui. b ¶Eius fidem vel operationem pro aliqua tribulatione.
mea. Tenui eum, nec dimittā, do-
a ¶In collectionem, quia tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. ¶Vt eos inhabitet.
nec introducam illum in domum
a ¶Quæ genuit in fide. b ¶Vt perſeuerantia bonitatis eorum quieſcat. c ¶Quæ me inſtruxit ad viuendum.
matris meæ, & in cubiculum geni-
a ¶Quæ de Iudæis in fide præceſſiſtis.
tricis meæ. Adiuro vos filiæ Ieruſa-
lem per capreas ceruosq; camporum,
a ¶Ne ſolum eis contradicatis neq; illos inquietetis qui de præputio ad fidem conuenerunt.
nē ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis
a ¶Surgere: Deſignat, quod eccleſia de gentibus ſpontaneè ſe ſubditura ſe vigilijs & laboribus pro domino. b ¶Quanta laude & admiratione digna?
dilectā, donec ipſa velit. Quę eſt iſta
a ¶Ab infimis voluptatibus ad alta virtutum, imo ad Deum. b ¶Ecce modus aſcenſionis. c ¶Recta & extenuata.
quę aſcēdit p deſertū ſicut † virgula
a ¶Propter agilitatem. b ¶Editi. c ¶Ex multis virtutibus. d ¶Mortificationis carnis quæ eſt pars aromatū.
fumi, ex aromatib⁹ myrrhę & thu-
a ¶Suauitatis orationem. b ¶Ne per ſingula omnium virtutum curram.
ris, et vniuerſi pulueris pigmētarij.

## NICO. DE LYRA.

¶ dominum pro populo: vt dicta ſententia temperaretur: ſed quia non fuerunt exauditi, ideo ſubditur: Quæſiui illum, & non inueni &c.

a Surgam & circumibo ciuitatem. *id eſt deſertum annis .xl. quod licet non poſſit dici ciuitas ſecundum ſe acceptam: tamen dicitur ciuitas propter multitudinem populi ibi circumeuntis, in qua erant ſexcenta milia abſque mulieribus & paruulis.* (* aute)

b Per vicos & plateas. *quia in omni loco ad quem populus declinabat, implorabat Dei miſericordiam. Et conſequenter reuertitur ad factum Moyſi & Aaron dicens:*

c Inuenerunt me. *ideſt Moyſes & Aarō, vt dicit hic Ra. Sa. eo quod vigilabant ſuper cuſtodiam populi, & annunciauerunt populo ſententiam domini. Sed quia die ſequenti populus pœnitens de dicta rebellione dixit: Parati ſumus aſcendere ad locum de quo locutus eſt dominus, quia peccauimus, & ſic quodammodo quærebant Dei beneuolētiam, propter quod in perſona talium dicit ſponſa:* (Num. 14)

d Num quem diligit anima mea, vidiſt. *ad Moyſen & Aaron ſermonem dirigēdo. Et quia non reſponderunt ſecundum eorum deſiderium, ſed magis ad contrarium, Nolite aſcendere, non enim eſt Deus vobiſcum, & ideo ad dictam petitionem non ponitur hic reſponſio.* (Ibidem.)

e Paululum cum pertranſiſſem eos. *Hic conſequenter ponuntur quædam ſupradictorū declaratiua ſcilicet amoris ſponſi & ſponſæ. Et primò ponitur huius amoris reformatio, ſecundò ſponſæ commendatio: ibi: Quæ eſt iſta. Circa primum dicit ſponſa: Paululum cum pertranſiſſem eos. ſcilicet Moyſen & Aaron, de quibus fit ſermo immediatè præcedens.* (Diuiſio.)

f Inueni quem di. anima mea. *quia mortuis Aaron & Moyſe & tota illa generatione, quæ exierat de Aegypto à xx. annis & ſuprà, vt prædictum eſt, populus Iſrael inueniat Deum propitium ſub Ioſue duce, qui mirabiliter Iordanem tranſiuit, & potenter aduerſarios deuicit.*

g Tenui eum, nec di. *quia toto tempore Ioſue populus non receſſit à Dei ſeruitute, Ioſue, vlti. d.*

h Donec in. il. in do. ma. m. & in cu. ge. m. *ideſt donec figam eius tabernaculum in Silo, Ioſue. xviij. a. ibi enim habuit primum tabernaculum domini ſtabilem manſionem, vt dictum fuit ſuper librum Ioſue, & j. Reg. Dicitur autem illud tabernaculum, in quo Deus ſpecialiter habitabat. domus matris & genitricis ſponſæ pro populo Iſrael, qui tunc erat: quia de oblationibus parentum eius factum fuerat in deſerto, Et quia quies populi in ſeruitute Dei erat deſideranda, ideo ſubditur:* (Ioſue 18.; 1. Reg. 1.; Exo. 35.)

i Adiuro vos filiæ Ieruſalem. *& exponatur vt ſuprà præcedenti capitulo.*

K Ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam. *id eſt ne declinetis ad idolatriam per quam interrumpitur quies iſta. Contrarium tamen fecerunt poſt mortem Ioſue, vt patet libro Iudicum, vt dicetur poſtea.* (Lib. Iudi. per totum.)

l Quæ eſt iſta. *Hic conſequenter ponitur ſponſæ commendatio. Et primò hæc commendatio ponitur ſub parabola mulieris virtuoſæ. & ſecundo, ſub parabola mulieris ſpecioſæ, capitu. ſequenti. Prima in duas: quia primò, ponitur, dicta commendatio. Secundò, concluditur intenta concluſio: ibi: Egredimini. Prima adhuc in tres: quia primò commēdatur de ſacrificiorum oblatione. Secundò, de caſtrorum diſpoſitione, ibi: En lectulum. Tertio, de tabernaculi compoſitione, ibi. Ferculum. Circa primum ſciendum, quòd poſt oblationem ſacrificiorum in altari holocauſtorum, quod erat ſub diuo, ſacerdotes offerebant thymiama in altari incenſi, quod erat in tabernaculo, & tunc erant ſacrificia conſummata, vt habetur Hebrę. ix. & quantum ad hoc dicitur. Quę eſt iſta. id eſt quàm placida in conſpectu Dei.* (Diuiſio.; Hebr. 9.)

m Quæ aſcendit per deſertum. *tendebat enim ad terram promiſſionis, quæ altior eſt illo deſerto.*

n Sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris. *quod dicitur propter thymiama compoſitum ex pluribus aromaticis rebus, & deſignabat deuotionem populi, per quam merebatur ad terram promiſſionis introduci.* (Exo. 30.)

¶ En lectulum



a ¶ Omnes ſaluandos: quorum pars vltimi Iudæi erunt. b ¶ Per hoc idem. c ¶ Quia doctrina nulla profeciſſet niſi Chriſtus palmam aſcendiſſet.

b hendam † fructus eius. Et erunt vbera d e

a ¶ Dulces non vt hædere. b ¶ Non ſolum vox: ſed etiam odor oris tui. ideſt fama prædicationis alliciet & inuitabit ad guſtum:

c tua ſicut botri vineæ, et odor oris tui f

a ¶ Ipſum prædicationis officium, quam vbera continent.

ſicut odor malorum. Guttur tuum ſi- g h

¶ Vox eccleſiæ.

d cut vinum optimum, † dignum dile-

a ¶ Et dignum præconibus, vt Paulo.
b ¶ Auditoribus, vt Auguſtino.

cto meo ad potandum: labijsq; & den-

a ¶ Mihi adhortanti credite. ¶ Quia.
¶ Conuerſa ſum & non alij.

e f tibus illius ad ruminandum. Ego di- i

lecto meo & ad me † conuerſio eius. k

a ¶ Ergo: Quia ſum certa quod compuncta Iudæa in fine obediet tu adiuua. b ¶ Ab occulto cordis: in quo contemplabar te in eos qui adhuc à principio amandi & excolendi ſunt.

g † Veni dilecte mi, egrediamur in l

a ¶ Aſſidua prædicatione. b ¶ In illis iam ad legitime viuendum inſtruendis.

agrum: commoremur in uillis. m

a ¶ Studioſius laboremus etiam in quibuſdam conuerſis: vt Apoſtolus in Galatis. Minori enim cultura ager indiget quam vinea.

h i Mane ſurgamus ad vineas: videa- n o

a ¶ In aliquo initio fidei & confeſſionis.
a ¶ Laborioſius excolendi. c ¶ Quia multoties florem non ſequitur fructus.

mus ſi floruit vinea: ſi flores fru- o p

a ¶ Si exercent opera, ne fides otioſa inueniatur.
b ¶ Si hi qui in fide & recta operatione profecerunt: etiam deſiderium patiendi percipiunt.

ctus parturiunt: ſi floruerunt mala q

a ¶ Teneram doctrinam, vt per hanc creſcant pueri.

k punica. Ibi dabo tibi † ubera mea r

g *Veni.* Qui aſſumptam pro me humanitatem in cælo locaſti, per præſentiam diuinæ gratiæ viſita me, vt in agrum mundi ſemen verbi tui poſſim ſpargere, & villas cohabitationis in vnam fidem cõſtituere. Veni di. Eccleſia videns, q̃ nec ad bene operandum, vel egrediendum per ſe ſufficit, nec in bono perſiſtere, vel auditores quantum profecerint diſcernere, implorat auxilium. In agro, i. chriſtiani: in villis pagani: in vineis, eccleſiæ: in floribus fides: in fructibus, virtutes: in malis punicis, martyriũ deſignatur. In his ſingulis ſponſa dilecti ſui præſentiam quærit.

h *Mane.* quia nox infidelitatis tranſijt, & lux fidei apparet, procedens ex matutina reſurrectione Chriſti: ab ipſo mane reſurrectionis laboremus, tu inſpirãdo, & ego prædicãdo.

i *Videa.* vt ego qui pædagogus ſum paruulorũ, poſſim diſcernere eos qui acquiſiti ſunt, quõ ſe habeãt, q̃tum proficiãt, vt qualiter nutriẽdi ſint, intelligã. Nõ eſt intuẽdũ ſi vineæ florent, ſed ſi flores ad partũ fructuum conualeſcant, quia mirum non eſt, ſi quis bona incipiet: ſed valde mirabile eſt, ſi intentione recta in bono opere perſeueret. D

† amores meos

K *Ibi.* i. vbi ad videndas vineas, & mala ſi floreant, venerimus in tuum obſequium: & facta & dicta meorum prædicatorum exhibebo ad ſimilitudinem ſedulæ nutricis.

a Sim

## NICO. DE LYRA

*voluntate carnis, & c. Ideo venter ille dicitur: Vallatus lilijs. ſ. caſtitatis. Duo vbera tua, ideſt duo teſtamenta, ex quibus ſugitur lac: quo nutriuntur & augmentantur filij in Chriſto generati Pet. Quaſi modò geniti infantes rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem. Collum tuum. i. fides formata charitate, quæ coniungit corpus ſponſæ capiti ſuo Chriſto. Apoſt. Ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam. Huius autem capitis naſus eſt iudicium diſcretionis, quo in præſenti diſcernit fideles ab infidelibus, ſicut naſus diſcernit inter odores fœtidos & ſuaues. Oculi verò ſunt Chriſti virtus cognitiua, quibus reſpicit fideles ſuos eos approbando. Iohan. Ego cognoſco oues meas, qui dicuntur fideles. Sicut piſcinæ, quia pleni ſunt aquis miſericordiæ. Caput tuum, ideſt huius capitis ſummitas, quæ eſt Chriſti diuinitas, ex quo capite fluit ſenſus & motus vitæ ſpiritualis: primò in humanitatem Chriſti, & conſequenter ad omnia membra eccleſiæ, ideo ſubditur: Sicut Carmelus, qui eſt mons fructibus plenus. Comæ huius capitis ſunt apoſtoli, qui primò adhæſerunt Chriſto capiti, qui dicuntur: Sicut purpura regis, quia pro amore regis Chriſti fuerunt ſuo ſanguine rubricati per palmam martyrij. Ex prædictis concluditur: Quàm pulchra es, interius per fidem. Et quàm decora, exterius per honeſtatem. Cariſſima. i. pretio maximo redempta. ſ. ſanguine Chriſti pretioſo. Illud enim cariſſimum dicitur, quod maximo pretio emitur. In delicijs, quia paſſio Chriſti aperuit portam deliciarum paradiſi ſponſæ ſuæ: Statura tua aſſimilata eſt palmæ, in rectitudine iuſtitiæ, & altitudine contemplationis deuotæ. Et vbera tua botris, propter abundantiam lactis ad nutritionem filiorum Chriſti & eccleſiæ.*

a Dixi: Aſcendam. *Hic conſequenter deſcribitur pulchritudo ſponſæ quantum ad perfectos ſpecialiter, de quibus dicit ſponſus: Dixi: Aſcendam. ideſt aſcendere faciam perfectos in eccleſia.*

b In palmam. *ideſt contemplationis altitudinem.*

c Et ap. *i. apprehendere faciam, ſicut frequenter expoſitum eſt in ſimili.*

d Fructus eius. *ideſt dulcedinem, quæ ſentitur in contemplationis altitudine, ſicut palma fructus ſuos facit in ſummitate.*

e Et erunt vbera tua ſicut botri vi. *ex abundantia lactis ſacræ doctrinæ. Contemplatiui enim in contemplatione hauriunt, quæ poſtea per doctrinam effundunt, ſicut patet de Paulo poſt eius raptum, & de multis alijs doctoribus.*

f Et odor oris tui. *i. fama doctrinæ. vnde Paulus apoſtolus. Per vos odorem ſuæ notitiæ manifeſtat in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus, & c. Et ad idem pertinet quod ſubditur.* 2 Cor.2.d

g Guttur tuum. *in quo formantur prædicationis verba.*

h Sicut vinum opti. *inebrians amore diuino mentes fidelium, & hoc eſt vinum germinans virgines Zach. 9. c. Et quia hoc eſt valde placidum Deo, ideo ſequitur: Dignum dilecto meo. & ideo concludit ſponſa.* Zach.9.c

i Ego dilecto meo. *per amorem inhæreo.*

K Et ad me conuerſio eius. *conſolando me in tribulationibus.*

l Veni dilecte. *Hic conſequenter deſcribitur fidei Chriſti dilatatio, quæ primò fuit in Ieruſalem, & inde deriuata eſt ad alias partes orbis, ſicut prædictum fuit in Eſa. De Sion exibit lex, & verbum domini de Ieruſalem: propter quod etiam dixit Chriſtus apoſtolis. Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa atque Samaria, & vſque ad vltimum terræ: & hoc eſt quod petit ſponſa hic: Veni dilecte mi, egrediamur in agrum per diffuſionem fidei in orbe terrarum.* Eſa.2.a — Act.1.a

m Commoremur in villis. *ædificando eccleſias in ciuitatibus & villis.*

n Mane ſurgamus ad vineas. *ad conuertendum Gentilitatem, ex qua pro maiori parte eſt eccleſia Chriſti, quæ dicitur eius vinea, ſicut tempore veteris teſt. Synagoga dicebatur Dei vinea, Iſa. Vinea domini exercituum domus Iſrael eſt, & dicitur: Mane ſurgamus ad vineam. quia in primitiua eccleſia Iudæis excæcatis per infidelitatem, Gentilitas eſt illuminata per fidem, Apoſt. Cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & c.* Eſa.5.b — Rom.11.e

o Videamus ſi floruerit vinea. *Hic accipitur ſi, pro quia, quia Gentilitas floruit, verbum Dei gaudenter accipiendo, in Act. Audientes autem gentes gauiſæ ſunt, & glorificabant verbum domini.* Act.13

p Si flores fructus par. *ſi pro quia, quia gentes non ſolum verbũ Dei audierunt, ſed etiam bonorum operum fructus fecerunt.*

q Si flo. mala puni. *Per mala punica granis rubicundis plena, intelligitur ſanctitudo martyrum in primitiua eccleſia.*

r Ibi dabo tibi vbera mea. *ideſt doctrinam vtriuſque teſtamenti ad tuam gloriam ordinabo.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Mandragoræ.* Meritò inuocat ſponſum ad auxilium prædicationis, vbi prædicatores præcipuis flagrant virtutibus. E Portæ apoſtoli,& eorum ſucceſſores. Mandragoræ,ideſt virtutes illorum quæ ſunt aptæ medicamentis, quæ contra ſollicitudines mundi adducunt quietem, quæ nauſeam verbi Dei excludunt,quæ vitia ab hominibus ſine dolore excidi faciunt, quæ proferunt mala,ideſt eccleſias, ſuauiter redolentia in confeſſoribus, ſimilia malis punicis in martyribus,dederunt odorem: quia exemplis maiorũ minores confirmantur.

b *Seruaui tibi.* Vel ſeruaui, ideſt intellexi omnia præcepta & teſtimonia, vel promiſſiones vtriuſq; teſtamenti à te eſſe datas, vel omnia poma, ideſt iuſtos vtriuſq; teſt.per te ſolum incarnatum iuſtificatos cognoui. G

a ¶Egrediendum vere eſt,quia Iudæa membrum ſine capite. ¶Iam. ¶Opinionem. ¶Spem.

Mandragoræ dederunt odorẽ ſuũ: in portis noſtris. Omnia poma*, noua & vetera dilecte mi, ſeruaui tibi.

a ¶In introitu ad nos fide & conuerſione. b ¶Omnia teſtimonia & exempla. c ¶Nouorum apoſtolorum. a ¶Veterum patrum & prophetarum. b ¶In illo tempore exponenda.

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Mandragoræ, *poma ſunt pulchra, & odorifera,& valde rara: & per hoc intelliguntur excellentes viri in eccleſia Chriſti odorem fama per ſanctam vitam, & ſanam doctrinam dantes in eccleſia Dei, ideo ſubditur,*

b Omnia poma noua & ve. *ideſt veteris ac noui teſta.teſtimonia.*

c Dilecte mi.ſer.ti.*ad honorẽ tuũ ordinaui pp qd dicit ſaluator.Omnis ſcriba doctus in regno cęlorum ſimilis eſt hoĩpatrifamilias, qui ꝑfert de theſauro ſuo noua & vetera.*

## GLO. ORD. CAP. VIII.

a QVis mihi. Introducitur Iudæa iam inſpirata & edocta, & ſummo deſiderio Deum inueſtigat.

b *Foris.* Intus erat dilectus,dum in principio erat verbum foris, dum verbum caro factum eſt.

c *Deoſculer.* ideſt facie ad faciem videam,& ore ad os loquar.

d *Ibi me do.*Tu augebis gratiã in me, & ego non ingrata augebo ſeruitiũ.

e *Læua* ideſt myſteriũ incarnationis, & dona quæ dat in præſenti,erit ſub capite: quia per ea ſuſtentata in præſenti contra perturbationes mundanas quieſcit, & quodammodo cũ eo dormit. & dextera. i. futura bona.i. plena ipſius viſio. Amplexabitur me. ideſt ita vndiq; circundabit, vt nullus turbo miſeriæ poſſit interuenire.

f *Adiuro vos.* Audiens ſponſus illam vltimam eccleſiam,& in præſenti velle dormire,& quandoq; requieſcere, & videns multos gigni ab eccleſia qui alios perturbant, admonet illos F vt à perturbationibus deſiſtant.

g *Donec ipſa velit.* Donec completis diuinæ ſeruitutis obſequijs, ipſa ad cõem redire curã humanæ fragilitatis neceſſitatibus admonita cõſẽtiat.

h *Quæ eſt iſta.* Iudæa in tantam ſponſi agniti charitatem exardeſcente, Gentilis admirando & congratulando dicit: Quæ eſt iſta.

i *Sub arbore.* Gentilibus admirantibus reſpondet,ille qui eſt pax noſtra: qui fecit ex vtraq; vnum,& admonet meminiſſe gratiæ per quam ipſa erepta eſt, & aliorum cõgaudere ſaluti.

K *Suſci.*qđ fuit effectus magnę benignitatis,

## CAP. VIII.

a ¶O vtinam aliquis. b ¶Cuius non debui immemor eſſe.quia ſecundũ carnem frater meus eſt.

QVis mihi det te* fratrẽ meũ ſugẽtẽ vbera matris meæ: vt inueniã te ſolũ foris:& deoſculer te,& iã nemo me deſpiciat? Apprehẽdam te,& ducam in domũ matris meæ, & in cubiculũm genitricis meę. Ibi me docebis,& dabo tibi poculũ ex vino cõdito, & multum malorum granatorum meorum. Læua eius ſub capite meo,& dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filiæ Ieruſalem,ne ſuſcitetis,neq; euigilare faciatis dilectã, donec ipſa velit. Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit de deſerto delicijs affluẽs,innixa ſuper dilectũ ſuum? Sub arbore malo ſuſcitaui.

a ¶Quibuſcunque ſabbathis dum loqueretur inter ſapientes interrogans, & reſpondens. b ¶Legis vel ſynagogæ. c ¶Vt cognoſcã tuæ humilitatis naturam. a ¶Quia intus nulli fas eſt. b ¶Incipiam iungi fide, vt quandoq; plene iungar nuptia ... tempore. a ¶Iam Gentilitas non dicat me excæcatam & reprobatam. a ¶Et exinde oppre ſi velis aufugere. b ¶Alios docebo Iudæos. c ¶In multitudinem. a ¶In ſecretarium. a ¶Te mihi manifeſtabis,cognitionem tuam in me ſemper augebis,plus quam per leges & prophetas. b ¶Faciam te delectari. a ¶In conuerſis multis virtutum & operum pigmentis. b ¶Et etiam calefieri, & exhilarari in ſanguine martyrum. a ¶Tunc erit. ¶In hoc præſenti. a ¶Quandoq;. a ¶In lauacro regenerati & fide vniti,quamuis imperfecti. a ¶Tumultu carnalium perturbationum. b ¶A quiete placidiſſime deuotionis: qua conſpectibus in conditoris aſtare delectatur. a ¶Quam digna. b ¶Gradibus virtutũ ad gratiã peruenit. c ¶De priori excæcatione. a ¶Oneribus electis & deſiderio ſolius patriæ cęleſtis. b ¶Merito ſuper illũ innixa, à quo ſolo fluit omnis gratia. a ¶Prius meum quando erat excæcata. b ¶Quaſi quia ad tantam prouecta es gratiam,pone me vt ſig. Et eſt cauſa præmiſſa,quia te ſitam ſub peccato primi parentis, vel ſub peccato crucis vbi letali ô ſynagoga,vel modo ſub ſaluatione crucis. c ¶Per fidem paſſionis te reuocaui.

æ adorantur vna adoratione, quarum eſt vna diuinitas: ſed per li ſolum,excluditur idolorum ſeruitus.

d Foris.*i.manifeſtè abſq; infidelium timore: quod poſtea fuit impletum tempore Conſtantini Imperatoris, qui conceſſit eccleſias licitè fabricari per totum imperium Romanum. Antea verò celebrabantur diuina in in cryptis martyrum, & alijs locis occultis timore paganorum.*

e Et iam nemo, me deſpi. *quia ante tempus Conſtantini multi contemptus fiebant eccleſiæ & eius miniſtris, vt dictum eſt: ſed ipſe lege ab eo promulgata prohibuit hoc fieri.*

f Apprehendam te.*fidei deuotione.*

g Et ducam.*i.precibus meis faciam te venire per condeſcenſionem bonitatis tuę.*

h In domum matris meæ. *i. in eccleſiam beatę virgini conſecratam, & etiam in conſecratis alijs ſanctis,quia totum cedit ad honorem virginis, cum in omnibus eccleſijs honoretur.*

i Ibi me docebis.*reuelando ſecreta myſteria eccleſię miniſtris,ſicut patet in beato Syluestro, & in multis alijs ſanctis doctoribus, & prælatis.*

K Et dabo tibi poculum ex vino condito.*i.ex deuotione fidelium,quæ placet Chriſto ſicut vinum bibentibus ipſum.* H

l Et muſtum malorum granatorum meorum. *Per muſtum quod eſt vinum nouum, intelligitur deuotio nouiter conuerſorũ,quod fuit impletum tempore Conſtantini, cuius exemplo multi valde deuotè receperunt baptiſmum.*

m Leua eius. *ideſt ſponſi.*

n Sub capite meo. *q. d. tunc oſtendet mihi amicitiã ſicut ſpõſus ad ſponſam prædilectã. Et quia huius amicitiæ continuatio eſt deſideranda, & interruptio abhorrenda, ideo ſubditur.*

o Adiuro vos fi.Ie. *i. perſonę de eccleſia.*

p Ne ſuſcitetis.*i.quando ſponſa obtinuerit quietem pacis, ꝙ non faciatis aliquid vnde ſponſus offendatur, & ſponſę requies interrumpatur: vt ſic prę admiratione proſperitatis ſuę dicatur,*

q Quæ eſt iſta quæ aſcen.de de.*i.de aſperitate perſecutionis tyrannorum.*

r Delicijs af. *tempore Conſtantini & aliorum principum Chriſtianorũ. Pax enim & trãquillitas poſt ꝑſecutiones magnas delicię reputantur. vnde dicit Priſcianus in minori volumine: Si quæratur, quid eſt ſummum bonũ in vita? bene reſpõdetur,pax.& Eſther 13.a. Vt abſque vllo terrore vitam ſilentio tranſigentes,optata cunctis mortalibus pace fruerentur.*

s Innixa ſuper dilectum ſuum.*q.d.hanc tranquillitatem obtinuit, eò ꝙ in Chriſto totaliter confidit.*

t Sub arbo.*expreſſo ſponſę deſiderio, hic conſequenter ad eius impletionem allegatur ratio. Circa quod ſciendum,quod preces eccleſię ſunt exaudibiles, potiſſimè per virtutem paſſionis Chriſti. ideo dicit ſponſa: Sub ar.m.ideſt per virtutem ſanctę crucis,& tuę paſſionis.*

u Suſci.te.*i.inuocaui te in oratione, vt cum in oratione dicit eccleſia. Per crucẽ & paſſionem tuã,libera nos dñe.Et ſciendũ ꝙ ſi maior non eſt hic adiectiuũ,vt crediti aliqui exponentes hoc de arbore vetita Adæ & Euę, quia in Heb.pro iſtis duabus dictionibus,arbore,malo,ponitur punica,quę ſignat malum granatum,ideo expoſitio illa procedit ex ignorãtia idiomatis Hebręi.Dicitur autẽ hic ſancta crux malum granatũ, quę eſt arbor fructifera,ad deſignãdum fructũ crucis,qui eſt innumerabilis.*

¶ a Ibi

## NICO. DE LYRA. CAP. VIII.

QVis mihi det. *Hic vltimò deſcribitur eccleſiæ Chriſti pacificatio. Et diuiditur in duas partes. quia primò ponitur huius pacis deſiderium. ſecundò,complementũ,ibi: Soror noſtra. Prima adhuc in duas, quia primò deſiderium hoc exponitur, ſecundò ad eius complementum ratio inducitur, ibi: Sub arbore malo. Circa primum ſciendum, quod in primitiua eccleſia, eccleſiæ & eius miniſtris iniuriæ multæ inferebantur, & opprobria. vnde Maximianus Auguſtus eccleſiam à beato Marcello conſecratam fecit ſtabulum publicum, & beatum Marcellum deputauit ad cuſtodiam animalium. propter quod ſponſa petit ab his & conſimilibus per pacem eccleſiæ dandam liberari, dicens,*

Diuiſio.

Maximianus Auguſt. Beatus Marcellus Papa.

a Quis mihi det te fratrem meum.*ratione humanitatis aſſumptæ.*

b Sugentem vb.ma.m.*i.virginis Mariæ,quæ non ſolum dicitur mater Chriſti,ſed etiam totius eccleſiæ. Quòd autem hic locus intelligatur de Chriſto ad literam, patet per tranſlationem Chaldaicam apud Hebræos autenticam,quæ ſic habet: In illo tempore quo rex Meſſias reuelabit ſe eccleſiæ Iſrael,dicent ei filiæ Iſrael: tu eris nobis ad fratrem, ſed Iudæi moderni expectant hoc futurum,quod iam diu eſt præteritum.*

c Vt inueniam te ſolum foris.*latria honoratum. Per hanc autem dictionem ſolum,non excluditur pater & ſpiritusſanctus,quia tres perſonæ*



gnitatis,quia in illa arbore iterius excæcata fuit mater tua, A ex quo dixit: Sanguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros.

a *Pone me.* Ponimus Chriſtum vt ſignaculum ſuper cor, cũ ea quæ dixit, ita diſcimus, quaſi diuinæ veraciter ſint verba ſapientiæ. Solemus ſignum aliquod digito,vel brachio alligatum circumferre,quo admoneamur illius rei, cuius frequentiorem habere volumus memoriam. Ponimus,vt ſignum ſuper brachiũ,cum ea quæ fecit,ita audire,& ſequi ſtudemus,quaſi veræ ſint exempla virtutis.

b *Quia fortis.* Poſt corruptionem matris aptè ſubiungit de dilectione, vt non ex meritis oſtendatur data eccleſiæ. Quia for.eſt vt m. Sicut mors ſeparat animam à corpore,ſic amor Dei à temporalium amore.

c *Dura.* Quia nullus hoſtium tentamentis à noſtræ ſalutis cura reuocari potuit, ſicut infernus nullis miſerorum cruciatibus mitigatur, nec à ſeueritate ſuæ ſententiæ mutatur. Quantò auſterior comparatio, eò acrior zelantis nos domini commẽdatur affectus.

d *Lampades eius.*i.corda fidelium, in quibus dilectio continetur vt in vaſe,ſunt ignis,quia intrinſecus feruẽt Dei & proximi dilectione. Sunt etiã flamma, quia exterius lucent operibus iuſtitiæ. Hæ lampades non extinguuntur in aduentu ſponſi.

e *Aquæ multæ non po.* Quia domus quæ ſupra petram charitatis fundata eſt, irruentibus fluminibus non poteſt cadere.

f *Flumina.*tentationum, quæ viſibiliter, vel inuiſibiliter tentant corda fidelium.

g *Si dederit.* Quia vbi abundat amor æternorum, mox vileſcit poſſeſſio B labentium, rectè ſubditur: Si dederit homo. Apoſtoli & alij ſancti omnibus dimiſſis nihil viſi ſunt ſibi perdidiſſe,dũmodo vera bona poſſent habere. vnde Paulus. Omnia detrimenta arbitror vt ſtercora,vt Chriſtum lucrifaciam.

h *Soror noſtra.*O vos miniſtri & commilitones mei,noua eſt hæc eccleſia,& tenera ad nouam dilectionem retinendam. Soror noſtra paruu. Eccleſia antequam creſcat per incremẽta virtutum, infirmis auditoribus non poteſt præbere vbera prædicationis. Adulta dicitur, quando verba Dei copulata,ſancto repleta ſpiritu per prędicationis miniſterium in filiorum conceptione fœdatur, quos exhortando parturit, conuertendo parit.

i *Si mu.eſt.*Si iuuentus fuerit aliquis qui ab incurſionibus certantium poſſit alios defendere, armis nequitiæ fortiter reſiſtendo, vel naturæ ingenio munitus,vel philoſophica ſcientia imbutus,diuinis ſcripturis eum informemus.

K *Si oſtium.* Si quis eſt non adeò imbutus ad repellenda hæreticorum ſophiſmata,ſed tamẽ ſimplicitate fidei, intrare volentibus in atria patrię cęleſtis,potens pandere rectam viam prædicando & paruulos imbuendo, proponamus ei immarceſſibilia priorum virorum exempla, quibus ſuum melius impleat officium.

a *Ego*

a ¶In vindicta ipſius crucis. b ¶Exteriori vltione à Tito, & Veſpaſiano.

Ibi † corrupta eſt mater tua,ibi † violata eſt genitrix tua. Põne me vt ſignaculũm ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum: quia fortis eſt † vt mors dilectio,dura ſicut infernus æmulatio. † Lãpades eius,lampades ignis atq; flãmmarum. Aquæ multæ non † potuerũt extinguere chãritatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione,† quaſi nihil deſpiciet eã. Soror † noſtra paruula,& vbera non habet. Quid faciemus ſorori noſtrę in die,quando alloquẽda eſt? Si murus eſt,ædificemus ſuper eum † propugnacula argentea. Si

a ¶Et quia ſuſcitaui te a tanta calamitate. a ¶Dilectionem. b ¶Voluntatem ¶Sigillatum ſit nomine meo, ne ... ſaltem viſus adhæreã. a ¶Operationum. ¶Vt non tantum a corde excluſus ſit diabolus,ſed nec in opere aliquid ſuum notam poſſit. b ¶Quod agere debes. a ¶Dilectio quam habui in te efficax fuit vt mors quia per eam anima mea ſeparata eſt a corpore,vel ſeiuncta eſt. a ¶Dilectionis executio. b ¶Flora de virtute dilectionis accumulando ſubnectit. a ¶Iuſtitiæ. b ¶Quælibet aduerſa,ſeductiones,blanditiæ. a ¶Quia ex ea enim radix conſtantiæ. a ¶Impetus difficillimæ anguſtię,vel etiam mortis. a ¶In cibos pauperum. ¶Etiam carnem. a ¶Pro eo quod diligit. b ¶Quia & ſi hoc totum dedit ei quem diligit, quid comm... fecit ei? ſed dilectio Chriſti profuit nobis,non ſibi. a ¶Chriſtus ad ſynagogam de eccleſia. a ¶Qui curam adhuc docendi ſuſcipiant. b ¶In ſuis. c ¶Excitatio eſt. ¶Eritis me ad eam co... mandam adiutores mei? a ¶Hoc tempore. b ¶Nondum in thalamum introducenda ſed in ... præparanda. a ¶Tacenti,& quid ipſe velit auſcultanti,quid ... debeat aperit. a ¶Inuincibiles ſententias diuino eloquio incidas.

te genitrix tua. *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem expreſſionem. Et quia orationes eccleſiæ nõ ſolũ ſunt exaudibiles per virtutem crucis, ſed etiam per meritum beatæ virginis, ideo ſponſa cõfidens de iſtis ſuffragiis petit à ſponſo.* C

c Pone me,vt ſignaculum ſuper cor tuum. *me perfectè diligendo. Quod enim valde diligitur,ſuper cor poni dicitur.*

d Vt ſignaculum ſuper brachium tuum. *Me brachio tuæ potentiæ protegendo.*

e Quia fortis eſt,vt mors dilectio,dura ſicut infernus æmulatio. *Quaſi dicat. licèt dilectio tua ſit tam fortis in filios eccleſiæ perfectis, quòd propter te ... pœnam mortis, vt patet in martyribus,tamen æmulatio, ideſt perſecutio tyrannorum ex inuidia, & odio procedens Chriſtianorum, Dura eſt ſicut infernus infirmis,propter quod indigẽt brachio protectionis tuę & beneficio pacis.*

f Lampades eius. *ſ.tuæ dilectionis in mẽtibus perfectorum.*

g Lampades ignis atq; flammarum.*ideſt tam fortis eſt, quòd non poteſt ... perſecutionibus tyrannorum: non ſic autem eſt in infirmis,de quibus ſubditur reddendo ſingula ſingulis.*

h Si dederit homo omnem ſub.domus ſuæ. *pro dilectione diuina.*

i Quaſi nihil deſpiciet eam. *quaſi dicat pro amore tuo contemnere bona exteriora etiam poſſunt infirmi. Et ſupplendum eſt, non ſic autem propriam vitam martyrio ſuſtinendo. Et eſt hic modus lo... apud Hebræos, qui dicitur decurtatus... oportet aliquid ſupplere ad habendum intellectum, ſicut propoſuerat Dauid præmium ei qui percuſſiſſet Iebuſæum,&c. & ſupplendum eſt, quòd illud præmium erat quòd fieret magiſter militiæ, vt exprimitur in primo Paralip. Qui percuſſerit Iebuſæum in primis erit princeps, & dux. De hac autem infirmitate ad martyrium, & promptitudine ad dimiſſionem temporalium dicit Gregor.homil.34. Fortaſſe laborioſum non eſt homini relinquere ſua, ſed valde laborioſum eſt relinquere ſemetipſum. Minus quippe eſt abnegare quod habet: valde enim multum eſt, abnegare quod eſt. Eſt igitur ſententia in hac parte, quòd ſponſa petit temporalem pacem, qua etſi non indigent perfecti, quibus lucrum eſſet pro Chriſto mori: tamen ea indigent imperfecti, quorum multò maior eſt numerus in eccleſia Dei.* D

K Soror noſtra. *Hic conſequenter ponitur adimpletio deſiderij ſponſæ in pacis largitione. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur pacis largitio. Secundò, eccleſiæ pacificatæ ampliatio,ibi: Vinea fuit. Tertiò, finalis concluſio,ibi: Quæ habitas. Circa primum dicitur in perſona ſponſi ſibi compatientis: Soror noſtra. ideſt eccleſia, quæ dicitur ſoror Chriſti eadem ratione qua Chriſtus dicitur eius frater in principio huius cap.*

l Paruula. *ideſt humilis & abiecta inter homines huius ſeculi: & hoc fuit vſque ad tempus Conſtantini.*

m Et vbera non habet. *ideſt libertatem effundendi lac ſacræ doctrinæ per fidei catholicæ prædicationem, quam tunc eccleſia non audebat publicè prædicare, ſed tantum in occulto docere, exceptis aliquibus perfectis, qui pro prædicatione fidei vltrò ſe offerebant morti.*

n Quid faciemus.*Per hoc intelligitur pater & ſpiritusſanctus operari cum filio. Opera enim trinitatis ſunt indiuiſa.*

o Sorori noſtræ in die quando alloquenda eſt. *ideſt à principibus aduocanda eſt,ſicut patet de Conſtantino, qui beatum Syluestrum Papam cum clero ſuo aduocauit,vt per eum conſequeretur corporis & animæ ſanitatem. Et ſimile fecerunt eius exemplo multi principes & potentes per orbem terrarum.*

Cõſtantinus Beatus Syluester Papa.

p Si murus eſt. *Accipitur hic,ſi pro quia. quaſi dicat quia murus eſt fortis contra perſecutiones, & hoc ratione perfectorum, quorum meritis, ſubueniendum eſt imperfectis,ideo ſubditur,*

q Aedificemus ſuper eum propugnacula argentea. *ideſt adiungamus ei per ſuſceptionem fidei principes ad defenſionem infirmorum. In Hebræo habetur; Aedificemus ſuper eum palatium argenteum. per hoc idem deſignatur quod per propugnacula. quia per palatium etiam ſecundum communem modum loquendi intelligitur regalis potentia. Et dicitur argenteum. quia Conſtantinus, & alij principes in promotione eccleſiæ multum expenderunt argentum.*

r Si oſtium eſt. *ideſt quia eccleſia eſt oſtium, per quod ingreditur ad cęleſte regnum.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Ibi corrupta eſt mater tua.*ideſt ſynagoga quæ dicitur mater Dei ratione ſupradicta,capit.tertio. quia in paſſione Chriſti ceſſauerunt legalia tanquam mortificata.*

b Ibi violata eſt genitrix tua. *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem aſſertionem. In Hebræo habetur: Ibi parturibit te mater tua,ibi parturijt te genitrix tua. & hæc litera veritati euangelicæ eſt valde conſona. Dicit enim Iohan. Stabat autem iuxta crucem mater eius, &c. gladio doloris propter filium transfixa,ſecundum quod prædixerat ſanctus Simeon. Et tuam ipſius animam pertranſiuit gladius. Eſt igitur ſenſus: Ibi,ideſt iuxta crucem, parturiuit te mater tua, ideſt vt parturiens doluit pro te. Per talem modum loquendi dicit Apoſtolus. Filioli mei, quos iterum parturio,donec formetur Chriſtus in vobis. Ibi parturijt te ge-*

a *Ego mu.* Iam loquitur cõiter de tota eccleſia ex apoſtolorum fundamento incepta, quia extunc fuerunt vbera in eccleſia vſq; ad nouiſſima tempora. Ego murus. Audiẽs eccleſia hæc conſilia, vel promiſſa ſui redemptoris, iam non alter alterum expectat, ſed quiſq; pro ſe reſpondet voce deuota.

b *Ex quo.* Hæc omnia non à me habere potui, ſed ex quo mihi donũ ſuæ pacis per verbum ſuæ reconciliationis largitus eſt.

† muniamus eam

c *Quaſi pacem re.* Benedico pacẽ reperiens, quia in ea pace quam dixi, ſuit pacifico Chriſto vinea inſtituta: quæ olim à lege & prophetis eſt prænuntiata. Quæ pax non vnam tantum gentem Iudæorum continet, ſed habet multos populos de toto mundo collectos non aliquibus hominum meritis, ſed ſola pace, quam inter Deum & hominem facere venit: Cuius vineæ, quia domino cura eſt: & quia vtile eſt hominibus, vt eius participes fiant, rectè ſubditur,

† turres: tunc fui

d *Tradidit eam cu.* Sequitur vox ipſius pacifici, quæ oſtendit quãtam curã habeat de hac vinea, & quid ſua relinquentibus in æternum cõſeruet, & quid ſingularis præmij doctoribus eius diſponat. Mille, pretium perfectũ quicquid habet. Per mille perfectio, per argentum omne mũdanum accipitur, quod quidem aliquando paruum eſt in re, ſed magnum deuotione.

† ſocij

e *Mille tui pa.* Eadem perfectio quę per mille ſignificatur, etiam per cẽtum notatur, quia vterq; numerus perfectus. & idem valet ducenti, quam ſi diceret duo milia. Mille tui paci. Idẽ eſt argentei & pacifici, quia pecunia pro Deo erogata, pacem inter Deum & hominem conciliat.

f *Quæ habitas in hortis.* Eccleſia vel quælibet fidelis anima in hortis habitat, quæ iam viriditate ſpei, & bonorum operũ eſt repleta. Sicca quippe eſt ſpes huius mundi, quia omnia quę hic amantur, cum feſtinatione areſcunt. Quæ ergo in hortis habitat, oportet vt ſponſum vocem ſuam audire faciat, id eſt in tantum bona prædicationis emittat, in quãtum ille delectatur quem deſiderat, quia amici auſcultãt. videlicet omnes electi, qui vt ad cęleſtem patriam reuiuiſcant, verba vitæ audire deſiderant. Quæ habitas. & quãdoquidem vnicuiq; apud me reſeruatur pro meritis præmium, & duplex retributio doctoribus, ergo dum adeſt tempus merendi, dum differtur dies nuptialis, quãtum valet vnuſquiſque, in cultura huius vineæ perſiſtat.

g *Amici.* id eſt angeli quos adiutores tibi dedi, & ſpiritus iuſtorum, qui iam cum Deo ſunt, & pro fratribus orant.

h *Fac me exaudire.* Exigo à te vt habites, nullo tumultu diſceſſura, poſtea etiam exigo, vt vocem tuã me audire facias.

i *Fuge di.* Annuens eccleſia reſpõdet, quandiu vis abeſto: differ præſentiam tuam, ego ſpe longanimi quicquid præceperis, patiar vel faciam. Fuge dilecte: Non optando loquitur, quis .n. optet eum quem diligit fugere, ſed memor ſuæ conditionis illius voluntati cõſentit. Fugit dilecte. Quaſi: Tu quidem qui ex carne incomprehenſibilis factus es, ex diuinitate tua intelligentiam noſtri ſenſus excede, & in teipſo nobis incomprehenſibilis permane. Hoc clamat eccleſia dño ſpiritu prophetico, poſtq̃ mortem & reſurrectionẽ dñi aſcenſionẽq; deſcripſit. Fugere nos dicitur, quando id qđ reminiſci volumus, non occurrit: quando id quod volumus, memoria nõ tenemus.

a *Aſſimila*

[Interlinear gloss: a Coniungamus & conſolidemus vel ornemus.]

oſtium eſt, † compingamus illud tabu- a b

[a Quorum odor fugat ſerpentes. Perfectos viros bene do- [illegible] & planos adiungendos. b Eccleſia. c Glutino charitatis eius lapidibus compactæ. d Altiores, ſicut [illegible] montem excedit ſi, qui lac dant aliis.]

lis cedrinis. Ego murus, & vbera mea c d

[a A quo [illegible] receſſi.]

ſicut † turris: ex quo facta ſum coram eo e f

[a Gratis oblatam non emptam. b Gratanter accipiens. c Vniuerſa eccleſia.]

quaſi pacem reperiens. Vinea fuit † pa- g h

[a Pace. b Vinea. Vel pax. c Modo.]

cifico in ea quæ habet populos: tradi- i k

[a Vineam. b Prælatis. c Quicunq; eſt vire habens. d Relinquendo temporalia. e Acquiſitione regni cæleſtis.]

dit eam cuſtodibus, † uir affert pro fru- l m

[a Quaſi. Verum dicis, quod vinea eſt coram me, & quod eam tradidi cuſtodibus, & intueor quicquid in ea fit.]

ctu eius mille argenteos. Vinea mea co- n

[a Pene video, nec aliqua obliuione modum tui pretij & modum retributionis minus intelligo. b Duplex fructus & gemina merces.]

ram me eſt. Mille † tui pacifici, & ducen- o

[a Doctoribus. b Quia duplex præmium merentur, qui & ſe tuentur, & alios lucratur. c Opera. d Vineæ.]

ti his qui cuſtodiunt fructus eius. Quæ p

[a In ſpiritualium cultura fructuum. b Quaſi iſti ſunt internuntij inter me & te.]

habitas in hortis, † amici auſcultant te: q

[a Ita age viam, vt quicquid vel voce vel opere, oraueris, dignum ſit à me exaudiri. b Dum non potes iungi per præſentiam. c Non permittas te cognoſci, ſed ſola fide intelligi.]

fac me audire vocem tuam. Fuge dile- r s

F

H

## NICOLAVS DE LYRA.

a Compingamus il. *id eſt fortificemus.*

b Tabu. cedri. *doctoribus ſacris, qui dicuntur cedri propter ſcientiæ, & vitæ eminentiam & fidei integritatem, ſicut cedrus eſt arbor valde alta, & à vermibus non perforatur. Aliter poteſt etiam exponi: Si murus eſt, &c. id eſt quia vſque nunc eccleſia fuit parua & depreſſa, eleuemus eam ad ſtatum honorificum, & magnum. Et quia eccleſia de huiuſmodi beneficijs fuit grata, ideo ſubditur in eius perſona.*

c Ego mu. *propugnaculis munitus per potentiam principum, tamen ex dono Chriſti principaliter.*

d Et vbera ea ſicut. *Sicut prædictum eſt per vbera ſponſæ intelligitur fluxus copia ſacræ doctrinæ, quæ abundauit à conuerſione Conſtantini, quia ex tunc eccleſia habuit libertatem publicè prædicandi & docendi. Et quia hæc doctrina non ſolum eſt ad informationem morum, ſed etiã ad confutationem infidelium & hæreticorum, ideo ſubditur,*

Magiſter ſenten. in prolog. ſuper 1. circa medium.

e Sicut turris. *De qua dicit magiſter ſententiarum: Fidem noſtram Dauidica turris clypeis munire, vel potius munitam oſtendere ſtuduimus, ſicut ſupra allegatum eſt de auctoribus veteris teſtamenti, cap. 4.*

f Ex quo facta ſum coram eo. *ſcilicet ex tempore Conſtantini, qui tertia die ſui baptiſmi legem promulgauit, vt quicunque eccleſiam faceret Chriſtiano, bonorum ſuorum mediam amitteret facultatem.*

g Vinea. *Hic conſequenter ponitur eccleſiæ pacem habentis ampliatio: & primò quãtum ad multiplicationem credentium, cum dicitur, Vinea, id eſt eccleſia vt ſupra dictum eſt 7. c.*

h Fuit pacifico. *id eſt Chriſto, qui per ſanguinem ſuum omnia pacificauit, quæ in cœlis ſunt, & in terris, Col. 1.*

S. Leo Papa in ſer. Apoſtol. Petr. & Pauli.

i In ea. ſ. vrbe quæ habet populos. *Roma, in qua habitabant aliqui de omnibus terræ populis, vel quia omnes populi Romano Imperio, cuius caput eſt Roma, erant ſubiecti. vnde dicit Leo Papa in ſermone apoſtolorum Petri & Pauli. Diſpoſitioni diuini operis maximè congruebat, vt multa regno vno confœderarentur imperio, & citò peruios haberet populos prædicatio generalis, quos vnius tenebat regimen ciuitatis.*

K Tradidit eam cuſto. *id eſt beato Petro & eius ſucceſſoribus.*

l Vir af. pro fru. e. *Vel ille intelligitur Conſtantinus, qui fuit virtuoſus contra hoſtes imperij Romani, de quibus triumphauit, & contra hoſtes generis humani. ſ. dæmones quos per fidem ſuperauit & ipſe.*

m Pro fructu eius. *id eſt pro fructu eccleſiæ multas & magnas fecit expenſas, quæ per mille argenteos hic deſignantur. Vel poteſt dici, quod hic ponitur ſingulare pro plurali. ſ. mille pro multis milibus, ſicut in*

Exo. 8. f

*Exo. Venit muſca grauiſſima, id eſt multitudo muſcarum.*

n Vinea mea coram me eſt. *Mutatur hic modus loquendi à tertia perſona ad primam, de domino huius vineæ, quia eſt ipſe Chriſtus: de quo dictum fuerat in tertia perſona: Tradidit cauſa cuſtodibus. Et ne credatur, quod per hanc traditionem dimiſerit eccleſiæ cuſtodiam. ideo dicit: Vinea mea co. me eſt. i. ad eius cuſtodiam præſentialiter & principaliter adſiſto. propter quod dicitur in Pſal. 126. a. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, &c. propter quod de hac cuſtodia multo maiores gratiæ debentur Chriſto, quam prælatis eccleſiæ, ideo ſubdit ſponſa.*

o Mille tui pa. *Tui pacifici ſunt genitiui caſus ſingulari numeri: quod patet per literam Hebraicam, quæ talis eſt: Mille tibi pacifico. & eſt ſenſus, quod ſicut mille eſt maior numerus quam ducenti, ſic maiores gratiæ debentur Chriſto, qui pacificus hic dicitur de conſeruatione eccleſiæ, quam prælatis qui ſub eo cuſtodes ſunt huius vineæ, & honor exhibendus prælatis conuenienter intelligitur per ducentenarium, ſecundum illud Apoſtoli. Qui bene præſunt presbyteri duplici honore habeantur.* 1. Timot. 5.

*Inferioribus autem ſimplex centenarius promittitur reddendus, Matt. Centuplum accipiet.* Matt. 19.

p Quæ habitas. *Hic vltimò ponitur finalis concluſio, quæ ſtat in hoc, quod eccleſia de præſenti miſeria tollatur, & ad cęleſtem gloriam trãſferatur: Quod fit partialiter in præſenti, quantum ad ſanctos, qui ad gloriam aſſumuntur: Sed generaliter fiet peracto iudicio finali, cum Chriſtus tradiderit regnum Deo & patri 1. ad Corin. 15. Ad hoc igitur deſiderandum & petendum, ſponſus inducit ſponſam dicens: Quæ habitas in hortis. id eſt in eccleſijs per orbem diſperſis, quæ dicuntur horti, quia in eis fideles ſunt plantati, & quia ad literam frequenter arbores circa eccleſias ſunt plantatæ.*

q Amici auſcultant te. *id eſt angeli, ad quorum conſortium fideles tui ſunt transferendi, & de tua ſalute ſoliciti, deſiderant audire tuas orationes deuotas, ideo ſubditur,*

r Fac me audire vocem tuam. *id eſt tui deſiderij expreſſionem in oratione deuota, quam conſequenter profert ſponſa dicens:*

s Fuge dilecte mi. *Per hanc fugam non intelligitur receſſus dilecti ab ea, cum dixerit ſupra cap. præcedenti dicens: Ego dilecto meo: & ad me conuerſio eius, per mutuam inhæſionem & inſeparabilem, ſecundum illud Apoſtoli. Quis nos ſeparabit à charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu, &c. ſed per eam intelligitur velox tranſlatio ſponſæ cum ſponſo ad cœleſtia, quod ſummè deſiderat & petit in orationibus ſuis eccleſia, vt patet in officio Eccleſiaſtico. Et per talem modum exponit hanc fugam Rab. Salo. trahendo tamen literam ad errorem Iudaicum, dicens: quòd plebs Iudaica per hoc petit liberari à captiuitate iſta in qua eſt modò, per Meſſiam futurum. Sed hęc expoſitio fundatur ſuper falſum* Rom. 8. f

*funda-*



a *Aſſimilare.* Ita fuge, vt creberrimè per gratiam compunctionis fidelium cordibus appareas, qui ſunt mõtes aromatum: quia deſpectis omnibus cupiditatibus, & purgatis vitijs, amore celeſtium tenent, & virtutum odore fragrant, & bonus odor Chriſti ſunt.

[a Vt deſ enſu. b Pro [illegible]]

cte mi, & aſſimilare capreæ hinnuloq; a

[a Exiliens. Cum in montibus figas pedes, dignare dilabi ad valles.]

ceruorum ſuper montes aromatum. b

C

*ge dilecte mi. id eſt duc me tecum de miſeria præſentis ſeculi.*

a *Et aſſi ca. i. fac illud velociter.*

b *Super mon. aro. id eſt trahe & conduc me tecum ad cœlos, qui dicuntur montes, [illegible] Pſal. Leuaui oculos meos in montes, &c. qui* Pſal. 120. a

*dicuntur hic montes aromatum, quia ibi eſt ſuauiſſima refectio electorum. Ad quam nos perducat qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.*

## NICOL. DE LYRA.

*fundamentum, ideo bene exponitur modo prædicto, vt ſit ſenſus: Fuge dilecte*

## *Expoſitio prologi in librum Sapientiæ Fratris Britonis de Ordine Minorum incipit.*

Liber Sapientiæ. *Iſte prologus diuiditur inter partes. In prima oſtendit Hier. libri ordinem, quia non Hebraicè, ſed Græcè eſt editus. vnde dicit: Liber Sapientiæ, &c. In ſecunda nominat eius autorem, quia à Philone eſt editus. vnde dicit: Hunc Iudæi Philonis eſſe affirmant, &c. In tertia aſſignat tituli rationem: quia. ſ. Chriſti qui eſt patris ſapientia, expreſſe exprimitur paſſio & aduentus, ibi: Qui proinde ſapientia nominatur. [illegible]*

b *Et ipſe ſtylus. id eſt ipſum dictamẽ, qui tam elegans eſt.*

c *Redolet. id eſt ſapit.*

d *Græcam eloquentiam magis quam Hebræam. Græci enim magis ſunt eloquentes, & in ſententiis profundiores, quã Hebræi. Vnde cũ iſte liber habeat elegantiſſimum ſtylũ & inſcrutabilẽ profunditatem ſententiarum, potius patet ipſum Græcè, quam Hebraicè fuiſſe traditũ. Philo. n. licet natione fuerit Iudæus, Græcæ tñ linguæ fuit valde peritus. de quo dicit Hier. in catalogo illuſtriũ vi. quod fuit Iudæus, natione, Alexandrinus, de genere ſacerdotũ. Cætera plana ſũt.*

† titulus

Hier. in lib. de illuſtr. viris.

## *Incipit prologus in librum Sapientiæ.*

Liber Sapientiæ apud Hebræos nuſquam eſt. Vnde & ipſe † ſtylus Græcã magis eloquentiam redolet. Hunc Iudæi Philonis eſſe affirmant. Qui proinde Sapientiæ nominatur, quia in eo Chriſti aduentus, qui eſt ſapientia patris, & paſſio eius, euidenter exprimitur.

## GLO. ORD. CAP. I.

a *Diligite iuſtitiam. Rab.* Hunc librum Hieronymus aſſerit non à Salomone (vt putatur) ſed à Philone doctiſſimo quodam Iudæo fuiſſe conſcriptum: quem pſeudographum, (id eſt falsò inſcriptum) appellat, quia nomen alienum ſibi vſurpat: cuius expoſitionẽ presbyter bellator octo voluminibus comprehendit. Dicit tñ Hieronymus hunc librum apud Iudæos non haberi, ſed Græcam magis redolere eloquentiam, nec inter canonicas recipi ſcripturas. Vt ad veram iuſtitiam nos reduceret & inuitaret, primò commendat nobis iuſtitiam, per quam venitur ad ſapientiã dicens: Diligite iuſtitiam, &c.

B

b *Terram.* carnem. ſ. diſcretè reprimitis, ne ſuperbiat contra ſpiritũ. Quaſi Primum quærite regnum Dei, &c.

c *In ſimplicitate.* i. voluntati illius vos ſubijcite, & mandata cuſtodire, quaſi di. Qui non intelligitis, nolite reprehendere, quia ſecreta Dei non poſſunt humana ratione comprehendi, quia incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.

a *Quo-*

## *Incipit liber Sapientiæ.*

## CAP. I.

[a Vt caro obediat ſpiritui. Non ſolum facite. b Quibus data eſt poteſtas iudicandi.]

Diligite iuſtitiam, qui iu- a b

[a Vt obediat caro ſpiritui. b Hoc eſt ſcripturam pie legite & intelligite.]

dicatis terrã. Sentite c

de dño in bonitate, & in ſimplicita- d

te cordis quærite illum: qm̃ inue- e f

*pientiæ intitulatur, in duas partes diuiditur. Nam primò inducit autor ad ſapientiam deſiderandam & habendam, & hoc ratiocinando, ſecundò ad idem inducit exemplificando infra 10. c. Ad intellectum [illegible] primo eſt conſiderandum, quod in hoc libro vt frequenter ſapientia & iuſtitia pro eodem accipiuntur. Accipitur enim hic iuſtitia legalis, quæ ſicut dicitur 5. Ethi. eſt omnis virtus. Nam lex præcipit de actibus omnium virtutum. Eſt enim intentio legis, ciues facere bonos. 10. Ethi. Qua bonitas fit per virtutes. Similiter ſapientia prout accipitur hic, includit omnem virtutem. Nam ad ſapientem pertinet determinare illud quod eſt formale in qualibet virtute: propter quod 2. Ethi. diffinitur virtus ſic: Virtus eſt habitus electiuus immediatè conſiſtens, prout ſapiens determinauit. Et ideo ſapientia quæ eſt cuiuslibet virtutis dicto modo determinatiua, includit omnem virtutem. Et ſic patet quare iuſtitia & ſapientia, & qualiter pro eodem frequenter accipiuntur in hoc libro. Sciendum etiam, quod ſapientia vel iuſtitia hoc modo dicta dupliciter accipitur. Vno modo prout per actus humanos acquiritur. Alio modo prout à Deo infunditur. & licet de vtraq; in hoc libro tangatur, tamen de illa quæ eſt per infuſionem, principaliter agitur. Igitur ad iuſtitiam, vel ſapientiam ſic intellectam, autor primò nos inducit. Secundò circa hoc errores excludit, ib.: Nolite zelare mortem in errore, &c. Tertio proſequendo propoſitum reſumit 6. c. ſicut Philoſophus in principio libri de Anima, primò ad notitiam habendam de anima inducit: & ſecundò errores circa eam excludit in perſecutione primi libri: & poſtea ad veritatem de anima & eius potentijs procedit ſecundo libro & tertio. Circa primam partem ſciendum, quòd ſicut in mouente requiritur debita virtus ad regulariter mouendum, ſic in mobili recta diſpoſitio, vt obediat mouenti: & ſic eſt in hominibus. Nam in prælatis, & principibus requiritur ſapientia ſiue iuſtitia dicto modo intellecta, ad hoc quod bene regant populum: & in populo proportionabiliter requiritur ſapientia, vt bene ſubdatur, & obediat regimini ipſorum. Quod primò oſtenditur in prælatis. ſecundò, in ſubditis, ibi: Spiritus enim ſanctus diſciplinæ. Circa primum dicitur,*

Diuiſio.

Iuſtitia.

Ariſt. 5. Ethi.

Ariſt. 10. Ethi.

D

Ariſt. 1. de Anima.

## Poſtilla venerabilis Patris Fratris Nicolai de Lyra ſuper libros Sapientiæ incipit.

## CAP. I.

Diligite iuſtitiam. *Poſt libros hiſtoriales non canonicos, magis tamen reputatos, quod dico propter hiſtoriam Suſannæ & Belis, & ſecundum Eſdræ, quæ hiſtoriæ vltimò ponentur ratione dicta in principio Tobiæ, exponendi ſunt duo non canonici, qui ſunt ſimpliciter morales. ſ. liber Sapientiæ, & liber Eccleſiaſticus. Inter quos præmittendus eſt liber Sapientiæ, tam ratione autoris, quàm ratione materiæ. Ratio primi eſt, quia licet Philo diſertiſſimus Iudæorum hunc librum Græcè ſcripſerit, vt communiter dicunt doct. & hiſtoriographi: tamen ipſum compilauit ex ſententijs Salomonis: propter quod Salomon eſt eius autor principalis. Loquendo tamen de autoribus humanis. vnde infra 8. & 9. cap. expreſsè loquitur autor in perſona Salomonis: Ieſus autem filius Sirach ſcripſit librum Eccleſiaſticum tempore Simonis filij Oniæ vel pòſt, quod patet per hoc quod infra 50. cap. fit mentio ſatis prolixa de ipſo, & ſic fuit poſterior Salomone & tempore & autoritate. Ratio ſecundi eſt, quia vterq; partim procedit ratiocinatiuè, & partim exemplatiuè, vt in proſecutione videbitur domino concedente. Exempla verò poſita in li. Sapientiæ incipiunt à priori. ſ. ab Adam, vt habetur infra 10. c. & terminantur in patribus exeuntibus de Aegypto. Exempla verò poſita in li. Eccleſiaſtico incipiunt ab Enoc, & procedunt vſq; ad Simonem filium Oniæ, vt patet Eccle. 50. qui fuit parum ante tempore Machabæorum: & ſic patet ratio ſecundi. His igitur præmiſſis liber iſte qui nomine Sapientiæ*

a Dilig. iu. *quæ includit omnem virtutem.*

b Qui iu. ter. *id eſt habitantes in terra in foro ſeculari & eccleſiaſtico. Et in hoc ſunt miniſtri & vicarij Dei, à quo procedit omnis poteſtas rectè iudicandi. ideo ſubditur,*

c Senti. de do. in bo. *i. conformamini illi, quia ſicut omnia ordinat in ſeipſum tanquam in finem vltimum, ita vos actus veſtros ordinate ad bonum, & ad honorem diuinum.*

d Et in ſimp. c. *id eſt munditia mentis. quia ſecundum Aug. hoc eſt ſimplex cor quod eſt mundum cor.* Aug.

e Quæ il. *id eſt habete notitiam eius ſapientiæ donum, quæ omnem virtutem includit. Et ſubditur modus inueniendi.*

f Quoniam inue. ab h. qui non ten. il. *Tentat autem Deum qui habens in aliquo negotio quod faciat via humana, irrationabiliter omittit illud expectans effectum ex prouiſione diuina: propter quod in acquiſitione ſapientiæ omittens quod poteſt agere, vtpote ſtudij exercitium, expectans eam habere à Deo eſt quædam ipſius Dei tẽtatio: propter quod meritò ſibi denegatur. Sed facientibus quod in ſe eſt per exercitium virtutis,*



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Quoniam in male.* i. in animali homine, iuxta illud: Animalis homo non percipit. &c. Et ideo non dixit ſpiritum. i. animam ſpiritualem. Quo. in ma. Ra. Fruſtra ſibi blandiuntur philoſophi & hęretici & falſi Chriſtiani. Soli enim mũdo corde ſapientiã Dei pñt accipere.

b *Ben. Ra.* Contra illos inuehitur, qui cogitationes bonas & malas dicunt à Deo immitti, cum Deus velit omnes ſaluos fieri homines, & ad cognitionẽ veritatis venire. Ipſe enim neminem tentat, vt decipiat, ſed vt probet. vnde: Tentauit Deus Abraham. Et: Proba me, & tenta me. Vnuſquiſq; autem tẽtatur à cõcupiſcentia ſua, & iuſto Dei iudicio permittitur cadere, qui ſpiritui veritatis nolit obedire.

c *Et hoc quod continet omnia.* i. ſpiritus, qui omnia gubernat & regit. Vel, qui attingit à fine vſque ad finem, ſcientiam habet vocis. i. intelligẽtiam ſcripturarum preſtat hominibus. Vel, quod continet omnia, ideſt homo qui conueniẽtiam habet cum omni creatura. vnde: Ite prædicate euangelium omni creaturę.

d *Scientiam habet vo.* ideſt diuerſarum linguarum à ſpiritusancto, qui dedit apoſtolis loqui diuerſis linguis magnalia Dei. Vel quod cõtinet omnia, ideſt ſpiritusſanctus, qui omnia replet ſua eſſentia. ſcientiam habet vocis, ideſt verbi Dei, ideſt eiuſdem ſcientiæ cum verbo. Vel, hoc quod continet omnia. i. eccleſiam: quia alij datur, &c. *Rab.* Qui in principio ferebatur ſuper aquas, & maieſtate ſua omnem creaturam implet & continet.

e *Propter hoc. Ra.* Sicut electi donum ſcientiæ, & pietatis per ſpiritum accipiunt, ſic reprobi ſuperbia ſua inflati, & maligno ſpiritu inſtigati, errorem ſuum impudenter proferũt, quoniam ſpiritum Dei celare non poſſunt, nec iuſtam penam euadũt: quia ſicut oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum, ita vultus domini ſuper facientes mala.

f *Cuſtodite ergo. Ra.* Pernitioſæ ſunt murmurationes & detractiones. vnde: Suſurrones enim & detractores Deo ſũt odibiles. vnde: Qui detrahit alicui rei, in furtum ſe obligat.

g *Os quod mentitur. Rab.* Eſt mendacium leuioris culpæ, cum quis mentitur præſtans beneficiũ. Quòd aũt ſcriptum eſt Deũ benefeciſſe obſtetricibus Hebręorũ, & Raab meretrici, non ideo factum eſt, quia mentitæ ſunt, ſed quia miſericordes fuerunt: nec remunerata eſt fallacia, ſed beneuolentia. Sicut enim abſurdum

1.Cor.2.d — 1.Tim.2.b — Gen.22.a — Pſal.25.a — Inf.8.a — Pſal.33.c — Prou.13.b — Rom.1.d — Exo.1.d — Ioſue 2.a & 6.e

NIC. DE LYRA.

tutis, ſtudij, & orationis conceditur, ideo bene dicitur: *Quoniam inueni. ab his qui non ten. il. Et quia tales quantum ad id quod non poſſunt attingere, committunt ſe diuinæ prouidentiæ, ideo ſubditur,*

a Appa. au. i. *tendentes in ipſum per amorem. talibus enim vltra communem modum aliorũ manifeſtantur ſecreta diuina.*

b Peruerſæ enim co. *quia ſicut bonæ ſunt cauſa vnionis ad ipſum, ita malæ ſeparationis ab ipſo, ideo concluditur.*

c Proba. autem vir. i. *approbata à Deo exiſtens in ſuperioribus.*

d Corripit inſi. i. *per ignorantiam peccantes. nam per eorum inſtructionem reducuntur ad virtutem, non autem ſic fit de peccantibus ex certa malitia. ideo ſubditur,*

e Quo. in ma. ani. *Dicitur autem maleuola anima, cui placet ipſa malitia propter habitum vitioſum, ſecundum quod dicitur in Prou. Qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis.* (Prou.2.a)

f Non in. ſa. *per ſuperiorum correctionẽ, nec per diuinam illuſtrationẽ.*

g Nec habi. in cor. *i. in homine ſubdito carnalibus vitijs, quæ cauſant hebetudinem mentis. nam vita talium eſt brutalis, ſicut dr̃ 1. æthic.*

h Spiritus enim ſanctus. *His conſequenter inducit ſubiectos ad ſapientiam, ſine qua non ſunt conuenienter regibiles regimine morum. Et diuiditur in duas partes: quia primò proponit intentum. ſecundò probat probat propoſitũ, ibi: Quoniã ſpiritus dñi. Circa primũ ſciendum, qd ſicut dicit Philoſ. 3. phy. idem ſunt doctrina & diſciplina. Nã ſicut ibidem dr̃, idem eſt actus monẽtis & moti, diuerſimodè tamen nominatus. Nã vt egreditur à mouente dr̃ motio actiua, & vt ſuſcipitur in moto, dr̃ motio paſſiua. Et codẽ modo doctoris & diſcipuli idẽ eſt actus dictus doctrina, vt eſt à docente, & diſciplina vt efficitur in diſcipulo. & ſic eadẽ ſapientia ſpecie eſt in diſcipulo, & doctore: quia præfecti propriũ eſt facere alterũ ſibi ſimile 4. Meteororum. pp quod ſicut rectores indigent ſapientia, vt bene regãt. ſic ſubditi vt bene obediãt. ideo dicit. Sp. n. ſ. i. autor ſapiẽ i diſcipulo.*

i Effugiet fi. *i. illum qui in virtutibus non quęrit rem, ſed apparentiam tantum.*

K Et au. ſe. *quantum ad ſuum effectũ: nam quantum ad perſonam neceſſariò eſt vbiq;.*

l A co. *i. ſine rõne, quales ſunt cogitationes peccatoris qui ſequitur impetum ſenſualitatis.*

m Et corripietur. *ideſt punietur.*

n A ſu. ini. *nam peccatum ſequẽs eſt pęna præcedentis, per accidens tamen, nam per peccatũ precedens tollitur iuſtè gratia, cuius ſubtractio eſt pena: & per conſequens illa quæ ſequunt ad hoc, ſunt penalis. Et iſta ſunt peccata ſequẽtia, in quibus labitur homo ad ſubtractionem gratiæ: quæ hominem impediebat à tali lapſu, & hoc eſt quod dicit Apoſtolus. Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. i. dimiſit eos cadere in ignominioſa peccata. ſ. propter alia minora præcedentia.*

o Beni. eſt e. ſpi. ſa. *i. dator ſapientiæ, quia nõ ſolum dat eam ſuperioribus & magnis, ſed & inferioribus & ſubiectis: dũ tamen ad hoc debitè ſe diſponat. Ideo alios excludẽdo ſubditur,*

p Et non li. m. *i. hoĩem in peccatis obſtinatũ.*

q A labijs ſuis. *i. à blaſphemijs & alijs peccatis, labiorum motu perpetratis.*

r Quo. re. illius. *i. affectio. um malarum.*

s Te. eſt de. *cogitationis & intẽtionis ipſius.*

t Scru. eſt ve. *quia nihil eum latere poteſt.*

u Et lin. *i. ſermonum illius auditor, & multò fortius operum eius inſpector.*

x Quo. ſpi. do. *Hic conſequẽter probat dictũ ſuum. ſ. q. affectiones & cogitationes & locutiones peccatoris non latent Deum: quia ſpiritus eius eſt vbiq; per eſſentiam & potentiã. & hoc eſt quod dicitur: Quoniam ſpi. do. qui omnia ſcrutatur, etiã profunda Dei 1. Cor. 2.*

y Reple. or. ter. *nã omnia creata ſunt, & producta per ipſum, Gen. Spiritus domini ferebatur ſuper aquas. i. ſuper materiam. vnde ſunt aliqua formanda: prout dictum fuit ibidem.*

z Et hoc quod conti. om. *i. ſpiritusſanctus omnia conſeruans in eſſe, ſicut pater & filius. ram indiuiſa ſunt opera trinitatis.*

a Scien. ha. vo. *i. notitiam cuiuslibet dicti publicè vel occultè. ideo concluditur,*

b Pro. hoc qui lo. ini. *qualitercunq;, non poteſt latere ſpiritum domini.*

c Nec præte. il. *dimittendo impunitum.*

d Cor. iu. *i. diuinũ iudiciũ, puniens oĩa mala.*

e In co. en. im. in. *i. diſcuſſio in iudicio diuino.*

f Sermonum autem il. *repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem aſſertionem.*

g Quoniam au. ze. *i. Dei, qui non ſolum zelotes, ſed zelus in abſtracto poteſt dici, propter ſingularem & excellentem animarum zelum.*

h Cuſtodi. er. *minus docendo plus ſignificat, quod multum obeſt.*

i Et à de. per li. *Nã linguæ iniuriã cũ ad detractionẽ pferẽdã applicat: qa p hoc pęnã meretur. vñ Lu. dicit de diuite epulone, qd grauius ardebat in lingua, eò q inter epulas poſitus detrahebat pauperibus.*

K Qm̃ ſi. *palliatus apparẽtia ſẽitatis, cũ interius hẽat venenũ iniqtatis.*

l In ua. *impunitum non tranſibit.*

m Os a. *qd̃ intelligẽdũ de mẽdacio pernitioſo, nõ aũt iocoſo, vel officioſo.*

---

*Non tentabis dominum Deum tuum.* — nitur ab his qui non tẽtãt illum: *Iuſtis ſcilicet, quia iuſtus ex fide viuit.* apparet aũt ẽis qui fidẽ habent in illũ. *Quæ ſocietas lucis ad tenebras, aut quæ conuentio Chriſti ad Belial?* † Peruerſæ enim cogitationes ſeparãt à Deo, *Vera.* probata autem virtus corripit inſipiẽtes. *Omnem inſipientiam.* *Vbi zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus prauum.* Quoniam in maleuolam animam non introibit ſapientia, *Non ſpiritum.* *Quæ deſurſum eſt pudica, pacifica, modeſta.* nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. *Qui peccatis ſubiacet corpus, non ſpiritus eſt.* *Qui docet omnem diſciplinam.* † Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, *Qui aliud dicit, & aliud facit.* *Cogitationes hominum vanæ ſunt.* & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu, *Fictus cum retributionis dies venerit, pro iniquitate punietur.* *Opprimente.* & corripietur à ſuperueniente iniquitate. Benignus eſt enim *ideo.* *Vel & tamen.* ſpiritus ſapientiæ, & non liberabit *Omnem detrahentem.* maledictum à labijsſuis: *Delectationum quarum ſedes eſt in renibus.* quoniã renum illius teſtis eſt Deus, *Cogitationis quæ in corde eſt.* & cordis illius ſcrutator eſt verus, & linguæ eius auditor. Quoniam ſpiritus domini repleuit orbem terrarum, *Donis gratiæ.* *Eccleſiam per omnes terras dilatatam.* & hoc quod continet omnia, *Alij per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij fides, alij gratia ſanitatum.* † ſcientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non poteſt latere: nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij *Dominus interrogat iuſtum & impium.* interrogatio erit: *Clamor Sodomorum, & Amorrhæorum aſcendit ad dominum, & vltra viſione puniuit eos. Murmurationes quoque filiorum Iſrael iuſto iudicio Dei percuſſit.* ſermonum autem illius auditio ad Deum veniet, & ad correptionem iniquitatum illius. *Penitionem.* *Iniqui.* *Ideſt Dei zelantis propter amorem quem habet ad animam.* Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſcondetur. Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ. Quoniam ſermo obſcurus *Occultus.* in vacuum non ibit. *Omne verbum otioſum quod locutus fu. homo, rationem in die iud. red. &c.* † Os autem *Mucrone peccati.* *Mentientis.* quod mẽtitur, occidit animam,



abſurdum non eſſet, ſi Deus alio tempore commiſſa, propter poſteriora bona vellet ignoſcere, nta conueniens eſt, q Deus vnum idemq; factum propter bonum, malum condonat: & ipſum bonum remunerat.

a *Nolite zelare.* Enumerauit quæ ſunt homini noxia. ſ. murmurationes, detractiones, & mendaciũ: nũc idẽ alijs verbis replicat, vt. ſ. fugiamus ea. Morti. n. ſunt obnoxia. Nõ. n. placet mors nr̃a Deo. Qui ait: Quare moriemini domus Iſrael? Quia nolo mortẽ peccatoris vel morientis, dicit Dñs. Deus. n. autor eſt ſalutis nõ perditionis, qui fecit oĩa bona valde. Stipẽdiũ quidẽ peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. *Rab.* Itẽ ſignificat, q Deus eſt autor bonorũ, nõ malorũ, & ideo iuſtus iudex. Nõ. n. neceſſitate peccamus, ſed pueſa voluntate, q̃ ex liberi arbitrij qualitate procedit. A Deo nõ eſt, qcquid contra naturã eſt. Peccatũ aũt cõtra naturã eſt, de quo mors, & oĩa quæ mortis ſunt oriuntur. i. ex eo q factus eſt de terra, non regnum inferorum. i. diaboli & ſuorum, ſed potius ex vitio.

b *Et ſpon.* Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.

(Ezech.18.g — Gen.6.d — Rom.6 — Eſa.28.d)

a Nolite zelare mortẽ in errore vitæ veſtræ, neq; acquiratis perditionẽ in operibus manuũ veſtrarum. Quoniã Deus non fecit mortem, nec lætatur in perditione viuorum. *Vt non pereant.* Creauit enim vt eſſent *Non ægrotat uas.* *Vel voluit eſſe.* *homines.* *Vel generationes.* omnia, & † ſanabiles fecit nationes orbis *In natura eorum.* *Per antiphraſim. i. peccatum, quod non ſanat, ſed à Deo exterminat.* terrarum. Nõn eſt in illis medicamentũ *Nihil homini nocuiſſet diabolus, niſi homo acquieuiſſet.* exterminij, nec inferorum regnum in terra. *Ideſt à perpetua morte liberat.* Iuſtitia ppetua eſt & immortalis: *Ideſt morte punitur æterna.* iniuſtitia autẽ mortis eſt acquiſitio. *Factis ſcilicet & dictis.* Impij autẽ manibus & verbis accerſierũt illam, *Quia putabant ſe impunè peccare.* & æſtimantes illam amicam, *In mortem æternam.* *Ne ſeparentur.* defluxerunt: & ſponſiones poſuerunt ad illam: quoniam morte digni ſunt qui ſunt ex parte illius.

c Neque acquiratis perditionem. *ſcilicet gehennæ.*

d In ope. ma. *i. per manus veſtras vos interimendo.*

e Quoniam Deus non fe. mor. *ſ. hominis quem creauit, potentẽ non mori, per donum originalis iuſtitiæ: quòd ſi ſeruaſſet, ſine morte media ad gloriam animæ & corporis tranſiſſet.*

f Nec læta. in per. vi. *p mortale peccatũ.*

g Creauit. n. vt eſſent. *i. ad hoc, n. creauit res, vt permaneant in eſſe. incorruptibiles per ſeipſas, vt angelos, animas humanas, corpora cœleſtia, & etiam elementa quantum ad totalitatem, licèt in aliquibus eorum partibus ſit generatio & corruptio. Res verò corruptibiles conſeruat in eſſe ſecundum earum ſpecies per continuam generationem.*

h Et ſana. *i. diuerſas nationes hominum: quia licèt humana natura ceciderit per peccatum, tñ non eſt irremediabile ſicut peccatũ angelicæ naturæ. Similiter licèt homo per peccatũ incurrerit neceſſitatem moriendi, non tamen ſtatim. ſed dedit ſibi remedia medicinarum contra calamitates infirmitatum inſurgentium vſque ad humanæ vitæ debitam periodum.*

i Non eſt. *Hic conſequenter declarat dictum ſuum. & primò quantum ad remedium contra morbos corporales, cum dicitur: Non eſt in il. ideſt in hominibus.*

K Medica. ex. *i. remedium contra calamitates corporales per exterminationem propriæ vitæ, ſicut faciunt illi qui ſe interimunt, vt liberentur a calamitatibus huius vitæ, vt prædictum eſt. ſecundò quantum ad pœnas ſpirituales, cum dicitur:*

l Nec infe. *i. in præſenti vita. Eſt autem lex infernalis regni, q nullus ibi à culpa, & pœna põt regredi, ſed ſp in pñti vita pñt hoĩes à culpa p peniẽtiã ſanari, & p cõſequẽs euadere pęnã inferni p gratiã iuſtificãtẽ, et ad ĩmortalitatẽ glorię ducẽtẽ. io ſubdit:*

m Iuſtitia. *quæ eſt per gratiam.*

n Perpe. eſt & im. *ſ. effectiuè, quia facit homines dignos immortalitate glorię.*

o Iniuſtitia autem. *quæ eſt per peccatum mortale.*

p Mortis ac. *Nam per ipſam incurritur mors gehennæ.*

q Impij autem manibus. *ideſt operibus.*

r Et ver. accer. *illam ſcilicet iniuſtitiam.*

s Et æſti. &c. *i. ſibi cõuenientẽ propter habitũ vitiorũ inclinantẽ ad malum. vnde dicitur 2. Ethic. Qualis eſt vnuſquiſq;, talis finis ſibi videtur.*

t Defluxerunt. *per diuerſa vitia.*

u Et ſpon. *inhærentes ei inſeparabiliter, ſicut ſponſus ſponſe.*

x Quoniam mor. *ſcilicet gehennæ.*

y Dig. ſunt. *ſicut illi qui ſunt ex parte iuſtitiæ, digni ſunt immortalitate gloriæ.*

NICOL. DE LY.

a Nolite ze. *Hic circa appetitum ſapientiæ remouetur triplex error procedens ex vna radice. Dixerunt. n. multi valde, & adhuc dicunt aliqui, animam hominis eſſe mortalem, & ſic brutorum animalium, ex quorum perſona dicit Eccl. Vnus eſt. n. interitus hominis, & iumentorum, & æqua vtriuſq; conditio. Et ex hoc aliqui ex anguſtijs preſſi procedebant ad interfectionem ſui ad euadendum illa mala, credentes nulla alia poſt mortem eſſe. Alij verò per oppoſitum quærebant delicijs carnalibus affluere ſine freno rationis, ſicut & beſtiæ, reputantes, quia poſt mortem nulla eſſet punitio vel præmiatio operum humanorum. Et ex hoc tertij dicebant, q omnis pœna vitæ præſentis erat pro aliqua culpa præcedenti ipſius afflicti. Cuius erroris fuerunt tres amici Iob, vt ibidem diffuſius declaraui. Tria autem hæc contrariantur appetitui & acquiſitioni ſapientiæ, quæ reprobat ſuiipſius interfectionem, & bona vitæ futuræ præfert bonis vitæ præſentis. & in præſenti vita præfert bona virtutis diuitijs, honoribus, & delicijs. Sic ergo proceditur, quia primò remouetur primũ. ſecundò ſecundum, cap. 2. tertiò tertium, c. 3. Circa primum dicitur: Noli. ze. mor. i. appetere eam.*

b In er. vi. *i. per hoc omnem pœnalitatem credentes euadere. hoc eſt. n. erroneũ. Nã maior punitio ſequitur in anima ſeparata, ideo ſubditur:*

GLO. ORD. CAP. II.

a Dixerunt enim. *Rab.* Vox perditorũ qui tanquã bruta animalia, q̃ ſunt præſentia amant, deſpiciunt futura, nec poſt hanc vitã requiẽ æternã ſperãt. De quibus dicit: Homo cũ in honore eſſet, non intel. &c. Et Eſa. increpat dicens: Dixiſtis enim: Percuſſimus fœdus cũ morte, & cum inferno fecimus pactum, &c. Et Amos: Væ qui dormitis in lectulis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris, qui comeditis agnum de grege. Verè exiguũ eſt, quia ex nihilo. Vel aliter: Verè nõ erit nobis quies poſt obitum, qa exiguũ eſt, & in nihilũ redigemur.

b *Quoniam fu.* Verè nihil erimus, quia fumus & flatus eſt in naribus noſtris. i. in corpore noſtro. i. corpus noſtrum fumo & flatui cõparat, q ſimul oriuntur, & deficiunt.

c *Et ſer. ſcin.* i. anima comparabilis ſcintillæ, quæ ſtatim fit nihil ſermo dico. i. anima.

f *Ad com. cor no.* i. vegetat corpus. Et q ita ſit exponendum probat ſubdẽs: Quia extinctus ci. & põſt, ſpiritus diffunde.

a Oppri-

CAPVT II.

Dixerunt enim impij cogitantes *Qui apertè non audent.* apud ſe non rectè. Exiguum & *Præſentis.* cum tædio eſt tempus uitæ noſtræ, & *Qui ſ poſt mortem.* non eſt refrigerium in fine hominis, & *Poſt mortem.* non eſt q agnitus ſit reuerſus ab inferis. Quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hæc erimus tanquã † non fuerimus. Quoniã *Aliàs afflatus.* fumus & flatus eſt in naribus noſtris, & *Fragilis nihil valens.* ſermo † ſcintillę ad cõmouendũ cor noſtrũ. † Quia extinctus cinis erit corpus

cebant eſſe currendum ſine freno rationis ad vitia carnalia. *Et primò hic error ponitur. ſecundò tollitur, ibi: Hæc cogitauerũt. Prima in duas. quia primò ponitur error in intellectu. ſecundò in effectu, ibi: Venite ergo. Circa primum dicitur.*

a Dixerunt. n. &c. *Licèt. n. in primis principijs non ſit error, tamen in deductione concluſionum ex illis contingit errare, quando propoſitio non accipitur rectè ſub maiore.*

b Exiguum &c. *qa ſolũ penebãt iſti vitã p̃ ſentẽ, quæ citò tranſit. ideo ſubditur:*

c Non eſt re. in fi. ho. *quia negabat poſt vitam iſtam præmium boni operis.*

d Et nõ eſt qui agni. fit re. *i. à mortuis. Sed hoc patet falſum, de filio mulieris Sareptanę, quem ſuſcitauit Elias, & de filio mulieris Sunamitis, quẽ ſuſcitauit Eliſe', & de pluribus alijs in nouo teſtamento.* (3.Reg.17. 4.Reg.4.)

e Quia ex ni. &c. *Nã materia corporis humani ex nihilo fuit producta in prima rerũ creatione, & aĩa infundit p creationẽ.*

f Et poſt hæc &c. *Hoc non ſequitur: nam anima hominis eſt immortalis, ſuppoſito tamen influxu generali ipſius Dei, ſine quo nulla res poteſt eſſe.*

g Quoniam &c. *Viuimus. n. per inſpirationem & reſpirationem aeris.*

b Et ſermo ſcintillæ. *i. res quę poteſt dici ſcintilla. ſ. calor naturalis, qui propter ſui paruitatem ſcintilla poteſt dici.*

i Ad com. *Quandiu. n. calor naturalis eſt in corpore, cor influit motum in partibus alijs: quia primò viuit, & vltimò moritur.*

K Quia. *deficiẽte nãli calore, ſtatim infrigidat, & tãdẽ i cineres reſoluit.*

a Exſpi-

NIC. DE LY. CAP. II.

Dixerunt. n. *Hic conſequenter remouetur error ſecundus. ſ. illorum qui propter animæ immortalitatem ſecundum ſuum errorem dicebant*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

a *Opprima. Rab.* Generaliter pertinent hæc ad eos, qui Deũ continentes nulli ſexui vel ætati parcunt, ſed iniuſtè & auarè omnes opprimunt. Specialiter verò hæreticos tangunt, qui pauperem eccleſiæ populum modis omnibus perſequuntur. Et viduam, de qua dictum eſt: Viduam eius benedicens benedicam, &c. Veterãnos.i.prophetas & apoſtolos reprehendunt, nõ diuinæ legis decreta, ſed erroris ſui deuia ſequũtur. Nec ipſi capiti parẽt, ſed blaſphemant, & arguunt. *Pſal.131.c* *† De pœn. diſ.3. c. tantum.*

b *Videa. Raba.* Similia in euangelio dicũtur, vbi Põtifices & Phariſæi conſilium inierunt, quomodo Ieſum morti traderent: & in cruce poſito illudebant, dicẽtes: Alios ſaluos fecit, ſeipſum autem &c. Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce &c. *Matt.27.e*

c *Morte tur.* cruce ſcilicet, quæ vſque ad paſſionem Chriſti pœna reorum fuit. Nunc trophæũ eſt victoriæ, & eccleſiæ gloria. *† noſtrum*

a *Quoniam*

## NIC. DE LY.

a Et ſpiri. *id eſt anima.*

b Diffunde. *id eſt euaneſcet ſicut anima brutorum.*

c Et tranſi.vi.no.tan. *quæ totaliter diſſoluitur per radium ſolis.*

d Et no.no.ob.ac.per.i. *per lapſum operis. Nam licèt poſt mortem hominis remaneat nomen eius aliquantulum, tamen per longitudinem temporis euaneſcit.* *† iuſtitiæ*

e Et ne. *præſentis vitæ.*

f Habebit memoriam ope. *Deus tamen habebit memoriam ad puniendum mala, & ad præmiandum bona.*

g Et non eſt re. *quia poſt mortem nullus reuertitur ad vitam de curſu naturali. Per miraculum tamen aliqui ſunt reuerſi, vt prædictum eſt, & omnes reuertentur in iudicio finali.*

h Quoniam con. eſt. *per lapidem poſitum ſuper corpus defuncti ſepultum.*

i Venite er. *Hic conſequenter ponitur effectus dicti erroris. Nam ſi de homine nihil remanet poſt mortem, nec expectetur aliquod præmium pro bonis, vel pœna pro malis, non reſtat, niſi quòd homines ſine freno currant ad concupiſcibilia mundi & delectabilia carnis. & hoc eſt quod dicit primò de delectabilibus carnis: Venite ergo & frua. bonis. conſtituendo ibi finem noſtrum.* *† in veritate*

k Et vtamur crea. tanquam in iu. *i. citò ſicut poterimus. Cætera patent vſque ibi:*

l Nemo veſtrum exors ſit. *i. excluſus.*

m Luxuriæ noſtræ. *ita quòd ſit omnibus communis.*

n Quoniam hæc eſt pars no. *i. nihil plus poſſumus portare de bonis huius vitæ.*

o Opprima. *Hic conſequenter exemplificat de concupiſcibilibus mundi per oppreſſionem iuſtorum, cum dicitur: Opprimamus pau. iu. quia tales nõ poſſunt ſe & ſua contra oppreſſores defendere.*

p Nec reue.ca. *i. homines antiquos, ſed eijciamus eos de ſtatu honoris.*

q Sit an. for. no. lex iuſtitiæ, *i. quicquid poſſumus, nobis licitũ reputemus.*

r Quod enim in. eſt inu. in. *ſecundum iudicium noſtrum.*

s Circumue. er. iu. *i. decipiamus ipſum.*

t Quoniam in. eſt no. *quia non vult communicare operibus noſtris.*

u Et im.

noſtrum, & ſpiritus diffundetur tanquam mollis aer. Et tranſiet vita noſtra tãquam veſtigium nubis, & ſicut nebula diſſoluetur, quæ fugata eſt à radijs ſolis, & à calore illius aggrauata. Et nomen noſtrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo habebit memoriam operum noſtrorum. Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt reuerſio finis noſtri: quoniam conſignata eſt, & nemo reuertitur. † Venite ergo & fruamur bonis, quæ ſunt: & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioſo & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant. Nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo † veſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ. Vbique relinquamus ſigna lætitiæ, quoniã hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors no-

a ¶Hæc quoq; perditorum vox. b ¶Spiritu.

ſtra. Opprimamus pauperem iuſtum, &

a ¶Prophetæ vel apoſtoli.

non parcamus viduæ, nec † veterani reue-

a ¶Sapientiam.

reamur canos multi temporis. Sit autem

a ¶Quod enim infirmum eſt, inutile inuenitur. b ¶Quaſi: Fortitudinem pro iuſtitia habeamus.

fortitudo noſtra lex † iuſtitiæ. Quod enim

a ¶Vox Iudæorum.

infirmum eſt, inutile inuenitur. Circum-

a ¶Chriſtum qui peccatum non fecit. ¶Id eſt eccleſiam, morte Chriſti viduatam. b ¶Cum vtilitatem eius in omnibus viderent.

ueniamus ergo iuſtum, quoniam inutilis

a ¶Carnalibus.

eſt nobis, & contrarius eſt operibus no-

a ¶Quaſi tranſgreſſoribus.

ſtris: & improperat nobis peccata legis, &

a ¶Quia mandatum Dei tranſgredimur propter traditionem noſtram.

diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ.

a ¶Omnia ſcilicet. ¶Se ſcire tanquam Deum. b ¶Subſtantialem Deo & coæternum.

Promittit ſe ſcientiã Dei habere, & filium

a ¶Cogitationes noſtras traducit in lucem.

Dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem

a ¶Tenebræ non poſſunt videre lucem.

ctionem cogitationum noſtrarũ. Grauis eſt nobis, etiam ad videndum: quoniam

¶Omnino ſine peccato. a ¶Dißimiles factæ.

diſſimilis eſt alijs vita illius, & † immutatæ

a ¶Sancta diſciplina. b ¶Omnia ſcientes & diſcentes.

ſunt viæ eius. Tanquam nugaces æſtima-

a ¶Actionibus traditionibus.

ti ſumus ab illo, & abſtinet ſe à vijs noſtris tanquam ab immunditijs: & præfert no-

a ¶Quia. ¶De futura vita non cogitant, ſpem futuræ vitæ præſenti ſæculo voluntati dat. vnde ei mortem machinantur.

uiſſimã iuſtorum, & gloriatur patrem ſe Deum habere. Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſint, & tentemus quæ ventura ſunt illi: & ſciemus quæ erunt nouiſſima illius. Si enim eſt verus filius Dei, ſuſcipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. Contumelia & tormento interrogemus eum, vt ſciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte turpiſſima condemnemus eum. erit

a ¶Quaſi: Videbimus ſi poſt mortem reſuſcitare valeat carnem ſuam. Dixit autem: Soluite templum hoc, & in triduo &c.

enim ei reſpectus ex ſermonibus illius.

u Et im. nobis pec. legis. *Semper.n. eſt ad oẽs fuit lex naturalis, cuius tranſgreſſionem improperabant iuſti peccatoribus. Et loquitur hic ſcriptura de tota multitudine iuſtorum, ſicut de vno homine, eo modo loquendi quo dicitur in Exod. Filius meus primogenitus Iſrael.* *Exo.4.f*

x Promittit ſe ſcientiam Dei habere. *Iſtud poteſt referri ad populum Iudaicum, qui habuit legem diuinitus datam.* *Exo.20.a*

y Filium Dei ſe nominat. *quia ſic nominatur, ab eo, vt dictum eſt.*

z Factus eſt nobis in traductionem cogitationum no. *eas arguendo, ſicut fecerunt multi ſpiritu prophetico.*

a Grauis eſt etiam nobis ad videndum. *Et ſubditur cauſa:*

b Quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius &c. *Fuerunt Iudæi ab alijs gentibus diſtincti in habitu, & victu. nec cõmunicabant Gentilibus, comedendo & bibendo cum eis. & ideo graues erant eis ad videndum: propter quod Antiochus Epiphanes cogebat Iudæos, vt trãſferrent ſe ad ritum Gentilium, vt habetur 1. & 2. Mach. & idem voluit facere Aman. Quæ & ſimilia præuidens in ſpiritu Salomon, dicit iſta.* *1. & 2. Machab.* *Eſther.3.* *† veterani nec reuereamur*

c Tanquam nugaces. *i. nullius veritatis homines.*

d Aeſtimati ſu. ab illo. *Nam Gentiles erant idololatræ, vbi eſt maxima falſitas.*

e Et abſti. ſe à vijs no. &c. *Nam modi viuendi Gentilium erant in comeſtione idololaticorum & ciborum lege prohibitorum.*

f Et præfert no. iu. *i. bona à iuſtis expectata præfert omnibus bonis vitæ præſentis.*

g Videamus er. *i. per afflictiones experiamur veritatem verborum eius.*

h Si enim eſt verus filius Dei. *per gratiam iuſtificantem.*

i Suſcipiet illum. *liberando de oppreſſionibus iniquis. & ſic factum eſt frequenter tempore veteris teſtamenti, ſicut patet in perſecutione Aman tempore Mardochei, & tempore Machabæorum de perſecutione Antiochi.* *Eſther.8.* *1. & 2. Machab.*

K Contumelia & tor. in. eum. *ſicut patet de ſeptem fratribus, qui cum matre contumelioſè, & tormentis magnis fuerunt interrogati, ſi vellent obedire regi. 2. Mach. 7. Aliter exponitur pars iſta de Chriſto, cuius paſſionem præuidens Salomon, hic deſcripſit eam, cum dicitur: Circũueniamus ergo iuſtũ, &c. Quæſierunt enim Iudæi pluries Chriſtum capere in ſermone, vt patet ex decurſu euangelij. Et improperat nobis peccata legis. Improperauit enim eis Marc. quòd irrita faciebant mandata Dei propter traditiones ſuas. Promittit ſe ſcientiam Dei habere, Iohan. Eſt verus qui miſit me, quem vos neſcitis, ſed ego ſcio eum. Et factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. Chriſtus enim eos redarguens, cogitationes eorum propalauit, Matth. Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, &c. Grauis eſt nobis etiam ad videndum, propter odium quod conceperant contra eum. Cætera patent vſque ibi: Si enim eſt verus filius Dei, &c. Hoc videtur eſſe pro iſta expoſitione. nam vera Dei filiatio competit ſoli Chriſto, qui eſt ſolus Dei filius naturalis, alij verò ſunt eius filij adoptiui. Cõtumelia, & tormento interrogemus eum. Chriſto enim pendenti in cruce dicebant:* *Septem fratres.* *2. Mach. 7.* *Marc.7.a* *Iohan.7.d* *Matt.9.a*

¶ Si



a *Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem.* id eſt, non eſt autor malorum Deus. Ad immortalitatem enim creauit hominem, qui diabolicæ conſentiens ſuggeſtioni, mortis ſententiæ ſubiectus eſt.

## GLO. ORDIN. CAP. III.

b *Iuſtorum autem animæ.* In priori capite iniquorum ſententia expreſſa eſt, quam contra Chriſtum protulerunt. Nunc autem cõdemnantur ſtultitiæ: quia ſanctos interire putãt, quos pro eius confeſſione trucidant. Sicut holocauſtum quod totum per ignem offertur Deo acceptum eſt, ita paſſio martyrum per calorem fidei & feruorem charitatis in odorem ſuauitatis Deo oblata, in conſpectu domini pretioſa eſt. vnde: Pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. *Gen.1.d* *Pſal.115.a*

c *Scintillæ.* Scintilla duo facit, ſcilicet mutat citò arundinetum, & vindicat.

d *Et regnabit dominus.* Cum quo & mẽbra regnabunt. vnde in Daniele: Regnum & poteſtas & magnitudo regni quæ eſt ſuper cœlum, dabitur populo ſanctorum altiſſimi. *Dan.7.d*

a *Sapientiam.*

## NICOL. DE LY.

¶ *Si filius Dei es, deſcende de cruce, &c. Morte turpiſſima condem. eum: nam inter latrones ſuſpenderunt eum, vt ibidem dicitur: Erit enim reſpectus ex ſermonibus illius. Credebant enim Iudæi, quòd Chriſto mortuo ſermones ipſius præcedentes reputarentur falſi, ſed contrarium contigit. Nam ipſo reſurgente & in cœlos aſcendente fuit nomen eius exaltatum, & doctrina eius per orbem vniuerſum.* *Matt.27.e*

a Hæc cogitauerunt. *Præmiſſo errore circa immortalitatem animæ, hic conſequenter error remouetur, cum dicitur: Hæc cogitauerunt, i. quæ dicta ſunt.*

b Et errauerunt. *& ſubditur cauſa erroris, cum dicitur: Excæca. enim il. Quod ſi referatur ad Iudæos ſpecialiter ſecundum expoſitionem ſecundam, dicendum, quòd licet periti Iudæorũ habuerint notitiam de Chriſto, ſicut plenius dixi ſuper illud Matt. Videntes autem agricolæ dixerunt: Hic eſt hæres: quia tamen cœpit prædicare contra vitia eorum, conceperũt contra eum inuidiam & odium: ex quibus obſcurata fuit in eis notitia, quam habebant de Chriſto, incipientes exponere prophetias de eo peruerſè. Si autem referatur ad impios generaliter, ſic ſimiliter eſt verum, quòd mala affectus excæcat notitiam intellectus, maximè in moralibus: quia qualis eſt vnuſquiſq; talis finis ſibi videtur. 2. ethic.* *Matt.21.d*

c Et ne. ſa. Dei. *i. occulta bona quæ præparauit diligentibus ſe, ideo ſubditur:*

d Neque mer. ſpe. iuſti. *nullam retributionẽ expectantes.* *† iuſtitiæ*

e Nec iudi. ho. ani. ſan. *q transferendæ ſunt ad conſortium angelorum.*

f Quoniam Deus crea. ho. inex. *i. immortalem ex parte animæ, & contra corruptionem corporis, eò quòd eſt compoſitum ex contrarijs elementis: dedit donum originalis iuſtitiæ, quo poterat anima corpus ſuum à corruptione præſeruare.* *Gen.1.d*

g Et ad ima. ſimi. ſuæ fe. il. *quia fecit illum capacem Dei per cognitionem, & amorem.*

h Inuidia au. dia. mors. *quia per tentationem ipſius, primi parentes mandatum Dei tranſgredientes perdiderunt originalem iuſtitiam, & ſic incurrerunt neceſſitatẽ moriendi.*

i Imitantur autem illum. *ſ. diabolum.*

K Qui ſunt ex parte illius. *i. omnes impij: de quibus dicitur in Iohan. Vos ex patre diabolo eſtis, &c.*

Hæc cogitauerunt, & errauerunt: excæcauit enim illos malitia eo-

a ¶Conſilia Dei: quoniam in maleuolam animam non introibit ſapientia.

rum. Et neſcierunt ſacramenta

a ¶Mortis Chriſti.

Dei, neq; mercedem ſperauerunt

a ¶Id eſt non intellexerunt, quia mors Chriſti honor eſt & filius ſanctorum.

iuſtitiæ, nec iudicauerunt honorẽ animarũ ſanctarum. † Quõ Deus creauit hominem inexterminabi-

a ¶Fecit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.

lem, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum. Inuidia autem

a ¶Qui inuidit homini beatitudinem quam perdidit.

diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur autem il-

¶Filij perditionis.

lum, qui ſunt ex parte illius.

## CAP. III.

¶Martyrum. ¶Protectione.

Iuſtorum autem animæ in manu Dei ſunt, & non tanget il-

a ¶Aeternæ.

los tormentum mortis. Viſi ſunt

a ¶Qui palmam martyrij afflictionem putant & exterminium.

oculis inſipientiũ mori, & æſtima-

a ¶Id eſt finis: quia nullum finem præter afflictionem putabant eos habituros.

ta eſt afflictio exitus illorũ. Et ab

a ¶Reputatione malorum.

itinere iuſto abierunt in extermi-niũ: & qd à nobis eſt iter extermi-

a ¶Perpetuæ quietis nunc in ſpe eandem in re.

nij, illi autem ſunt in pace. Et ſi

a ¶Quia coram Deo corona gloriæ.

corãm hominibus tormẽta paſſi

a ¶In defectiua. b ¶Vera.

ſunt: ſpes illorum immortalitate

a ¶Corporaliter.

plena eſt. In paucis vexati, in mul-

a ¶Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam.

tis bene diſponentur: quoniam

a ¶Id eſt caſtigauit multis tribulationibus. b ¶Tentauit vel probatos.

Deus tentauit eos, & inuenit il-

a ¶Participatione beatitudinis ſuæ.

los dignos ſe. Tanquam aurũ in

a ¶Sicut aurum in fornace non minuitur, ſed probatur, ita martyres non deficiunt, ſed ad gratiam præparantur.

fornace probauit illos, & quaſi † holocauſti hoſtiã accepit illos,

a ¶Quaſi: Non eſt perpetua mors ſanctorum, ſed in die iudicij copioſa remuneratio. b ¶In die iudicij quando coronabit.

& in tẽpore erit reſpectus eorũ.

¶In die iudicij. a ¶Ignis cum arundinetum cito conſumit, ſubitam ſanctorum remunerationem, & vindictam celerem reproborum demonſtrat.

† Fulgebũt iuſti, & tãquam ſcin-

a ¶Subito malos conſument.

tillæ in arundineto diſcurrent.

a ¶Qui per illos iudicabit Deus, quia nullus reſiſtet eis.

Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis: & regnabit

a ¶Regni eius non erit finis.

dominus illorũ in perpetuum.

## NIC. DE LY. CAP. III.

Iuſtorum au. ani. *Hic conſequenter remouetur tertius error, qui eſt circa mortem iuſtorum: quam multi ignominioſam reputabant, quando erant in afflictionibus, & tormentis: nam omnia talia credebant eſſe pœnas alicuius peccati præcedentis, vt ſupra dictum eſt. Primò ergo ponitur huius erroris remotio, ſecundò cuiuſdam dicti declaratio. ca. ſequenti. Circa primum primò oſtenditur mors iuſtorum (quamuis ſit pœnalis) eſſe glorioſa. Secundò mors iniquorum ignominioſa, ibi: Impij autem. Circa primum dicitur:* *Diuiſio.* *Eccl.17.a*

l Iuſtorum au. an. *Sunt enim immortales, vt dictum eſt: & ideo ſeparatæ à corporibus per mortem ſunt in manu diuinæ miſericordiæ per ſecuritatem gloriæ conſequendæ. Nam à tempore paſſionis Chriſti, per quam aperta eſt ianua gloriæ, ſi non habeant aliquid purgandum, ſtatim euolant ad gloriam. Si autem habeant aliquid purgandum, detinentur in tormentis diuinæ iuſtitiæ in pœna purgatorij ad tempus: ſunt tamen ſecuræ de ſua beatitudine conſequenda. Tẽpore verò quod fluxit ante paſſionem quamuis eſſent purgatæ, non recipiebantur ad gloriam: erant tamen ſecuræ de ipſa conſequenda, remoto impedimento naturæ per futurum redemptorem.*

m Et non tan. il. tor. mor. *Si autem intelligitur de tormento quod eſt ſeparatio animæ à corpore: hoc eſt commune bonis & malis. Sed tormentum mortis hic dicitur illud ad quod per mortem deuenitur: & hoc eſt tormentum gehennæ, quod non tangit iuſtos, licet tormentum purgatorij eos tangat quando non purgantur totaliter in vita præſenti: veruntamen nõ tangit eos ſicut iuſtos, ſed vt peccatores: non tamen peccatis remanentibus, ſed præteritis pro quibus remanſerunt ad pœnam temporalem obligati.* *Tormentum mortis.*

n Viſi ſunt ocu. in. mo. *totaliter in anima & corpore, vt patet ex prædictis.*

o Et æſti. eſt affli. ex. il. *i. exitus illorum de hoc mundo reputatus eſt mera afflictio ab illis, qui nullam vitã hominis credunt poſt iſtam.*

p Et ab itinere iuſte. *i. à via iuſtitiæ quam tenuerunt in hoc mundo [illegible].*

q Abierunt in exter. *[illegible]*

r Et quod à no. *ſecundùm dictum errorem, qui dicit recedentes a nobis per mortem totaliter exterminari.*

s Illi au. *i. iuſti qui ſic erroneè creduntur exterminari.*

t Sunt in pace. *Anima enim remanens, eò quòd eſt principalior pars hominis, [illegible].*

u Spes illo. ple. *quia non poteſt amitti: immortalitas vero [illegible] non fuit plena, [illegible] poterat, & fuit amiſſa.*

x In pau. ve. *i. in illis quæ ſunt hominis communia & brutis.*

y In mul. be. diſ. *per gloriã aiæ & corporis.*

z Quoniam Deus ten. *Tentare autem tẽtare accipere experimentum de ignorantia [illegible], & illa pars logicæ, quæ ad hoc ordinatur, dicitur tentatiua. Deus autem nihil ignorat, & ideo non tentat ſanctos per afflictiones corporis, vt accipiat inde aliquam notitiam: ſed vt virtus patientiæ eorum nota fiat alijs ad exemplum imitationis, & propter augmentum ſuæ retributionis, ideo ſubditur:*

a Tanquam aurum in for. *quod ibi non deterioratur, ſed melioratur.*

b Et in tempore tribulationis erit reſ. *Nõ ſolum quantum ad animam, ſed etiam quantum ad corpus, quod reſurget glorioſum, ideo ſubditur:*

c Fulgebunt iu. *per dotem claritatis.*

d Et tanquam. *per dotem agilitatis: quia corpus obediet ad nutum animæ, quantum ad localem motum.*

e Iudicabunt nationes. *nam perfecti iudicabunt cum Chriſto in iudicio finali.*

NIC.

¶ a Qui

a *Sapientiam. Rab.* poſſunt hæretici in hac ſententia notari, qui ſapientiam diuinam, & fidei regulam abijciunt, labores doctrinæ ſuæ, & errorum ſectas ſine fructu vitæ æternæ expendentes, quorum intentio ſtulta, & nequiſſima opera. Factura Sapientia enim, quæ Deus benedicendo creauit, non maledicit, ſed operationem reproborum maledictione æterna dignam eſſe oſtendit.

b *Quoniam fe. ſteri.* Poteſt in ſterili & in ſpadone virginum ordo intelligi. De quo in Eſaia dicitur: Non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum, &c.

Eſa. 56.b

Iohan. 13.c Talem fuiſſe eunuchum Iohannem quem Ieſus amauit plurimum, vt Eccleſiaſticæ hiſtoriæ tradunt: qui ſupra pectus domini in cœna recubuit, qui

Ibid. 20.a Petro tardius ambulāte, eleuatus virginitatis alis ad dominum cucurrit, vt qui auſus eſt dicere, quæ ſecula neſciebant.

Ibid. 1.a In principio erat verbum, &c. Faticat igitur cauillatio Iudæorum, quæ ſemiuiris aperit regnum cœlorum, cū pudicitia ſit in voluntate animi, non in debilitate corporis.

c *In die agnitio.* i. iudicij, quando electi à iudice ſuo agniti, ad regnum poſſidendum inuitabuntur: Mali autem nulla ſpe reſtaurationis conſolabuntur. Sed in æternum cruciandi à conſpectu ſummi regis expellentur.

## GLO. ORDIN.

## CAP. IIII.

Eſa. 45.1 Luc. 23.e Gal. 4.d

O *Quàm pulchra. Raba.* Vituperatis hæreticis & ſchiſmaticis laudat catholicos, & eorum diſcipulos, quorum fides pulchra & ſimplex doctrina, & ideo æterna digna memoria, quoniam eorū generatio apud Deū probata. Diſtingue verba, ſcilicet pulchra, quantum ad onera: caſta, quantum ad innocentiam mentis: clara,

F

*Verè. Quia ſecundum confidentiam veram datur intellectus veritatis.*

Qui cōfidunt in illo, intelligent

*Quia in futuro à ſocietate eius non poterunt auelli, quem hic fide & ſpe tenebant.*

veritatem, & fideles in dilectione

*Aeternæ ſocietatis.*

acquieſcent illi: quoniam dōnum

*Perpetua. Quos elegit de mundo. Quia cum iuſtis non erunt, in requiem cū populo ſanctorum altiſſimi, ſupplicabuntur in ſupplicium æternum.*

& pax eſt electis eius. Impij autē ſecundum quæ cogitauerunt, cor

*Pœnam.*

reptiōnem habebūt: qui neglexerunt iuſtūm, & à domino receſſerunt.

*Iuſtitiam, vel ipſum Deum. A domino recedunt, qui ſapientiam & diſciplinam abijciunt.*

Sapientiam enim & diſciplinam qui ābijcit, infelix eſt: & vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu, & inhābitabilia opera eorum.

*Male operando. Qui portant temporalia ſore à peccata impune.*

*Aeternæ mercedis. Quia cœleſtem habitationem non merentur.*

*Quia. Voluptates carnis vel prauæ intentiones vel dogmata.*

Mulieres eorum inſenſatæ ſunt, & nequiſſimi filij illorū.

*Opera praua vel dogmata.*

*Digna maledictione.*

† Maledicta creatura eorū, quoniam felix eſt ſterilis & incoinquinata, quæ neſciuit thorum in delictō.

*Caſta & continens anima, quæ ſcilicet nec habet filios nec de illicitis polluitur.*

*Adulterij. In die iudicij. Aeternæ beatitudinis.*

Habebit fructum in reſpectiōne animarum ſanctarum.

*Quoniam reſpicit Deus animas ſanctas remunerando: & ipſæ reſpiciunt eum contemplando.*

*Eunuchus propter regnum cœlorum.*

Et ſpādo qui nō operatus eſt per manus ſuas iniquitatē, nec cogitauit aduerſus Deū nequiſſima. † Dabitur enim illi fidei donum electū, & ſōrs in templo † Dei acceptiſſima.

*Inter ſanctos. In cœlo.*

Bonorum enim laborum glorioſus eſt fructus: & quæ non concidat radix ſapientiæ.

*Quia gaudium æternum. Verè glorioſus eſt fructus, quia ſapientia eſt radix huius fructus, id eſt vitæ æternæ, quæ ſapientia non aufert, ſed confert vitam.*

*Sed perpetuæ ſtabilitatis affert fructum.*

† Filij autē adulterorū † in conſummatione erūt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur.

*Diſcipuli hæreticorum, qui verbum Dei adulterant. In conſumptione.*

*Pollutæ conſcientiæ.*

*Filij. Diſcipuli. In futuro. Id eſt corpore polluto, cōſcientia mala, ideo à Deo exterminabitur.*

Et ſi quidem longæ vitæ erūt, in nihilum computābuntur, & ſine honore erit nouiſſima ſenectus illorum.

*Quia memoria illorū in æternū benedictione carebit.*

Et ſi celerius defuncti fuerint, nō habebunt ſpem, nec in die agnitionis allocutionem. † Nationes enim iniquæ, diræ ſunt † conſummationis.

*Damnationis.*

## CAP. IIII.

O Quàm pulchra eſt caſta

## NIC. DE LYRA.

Eſa. 56.b

a Qui con. in illo in. veritatem. *Et iſti ſunt, qui de ſenſu proprio nō præſumunt, quæ præſumptio hominem inuoluit tenebris ignorantiæ, ſed in dubijs confidenter ad Deū recurrunt, & ſic datur eis lumen intelligentiæ. Et quia talis cognitio habet charitatem annexam, ideo ſubditur:*

b Et fideles in dilectione acquieſcent il. *captiuantes intellectum ſuum in obſequium Chriſti.*

c Quoniam donum. *gratiæ in præſenti.*

d Et pax in futuro. *Eſt electis eius. nam ibi quietatur totaliter eorum appetitus.*

Diuiſio. e Impij autem. *Hic conſequenter oſtendit mortem impiorum ignominioſam: & ſecundò mulieres eorum & prolem, ibi: Mulieres. Circa primum dicitur: Impij au. ſe. qui cog. id eſt ſecundum demerita erroris ipſorum.*

f Correptionem ha. *i. punitionem æternam, cuius ratio ſubditur:*

g Qui neglexerunt iu. *i. opus iuſtum noluerunt facere.*

h Et à domino receſſe. *qui eſt bonitatis infinitæ, propter quod eorum punitio eſt infinita, non intenſiuè, quia hoc eſt impoſſibile, ſed extenſiuè, ideo ſubditur:*

i Sapientiam & diſciplinā qui abijcit &c. *quia per hoc venit ad hanc punitionem.*

K Et vacua eſt ſpes illorum. *Licet ſpes ſit propriè de futuro bono, tamen largè accipiendo accipitur de euaſione mali futuri, inquantum euaſio mali apprehenditur, vt quoddam bonum. Impij verò de quibus loquitur ſcriptura, nullam pœnam vel præmiationem credebant*

*credebant eſſe poſt mortem. Et ideo dicitur quòd vacua eſt ſpes illorum, quia credunt euadere omnem pœnam poſt mortem.*

G

l Et labores ſine fructu. *quia licèt frequenter plus laborent in hoc mundo quam iuſti, tamen de ſuis laboribus non aſportant fructum gloriæ, ſed miſeriam pœnæ.*

Diuiſio. m Mulieres. *Hic conſequenter oſtenditur eorum ignominia in perſonis coniunctis: & primò facit propoſitum. ſecundò infert duplex correlarium, ibi: Quoniam felix ſterilis. Circa primum dicitur: Mulieres eo. in. ſunt. ſequentes mores virorum ſuorum.*

n Et ne fi. eo. *ſequentes vitam & doctrinam parentum.*

o Maledicta creatura eorum. *i. promoti per eos qui dicuntur eorum creatura, & conformant ſe illis.*

p Quoniam fe. ſteri. *Hic ex prædictis infert duplex correlarium. Secundum ponitur ibi: Filij autem. quia dixerat, quòd filij iniquorum parentum cedunt in ignominiam ipſorū, ideo ſubditur: Quoniam felix ſterilis. quia licèt ſit in matrimonio, non tamen habet filios in eius ignominiam cedentes.*

q Et incoinquinata. *quia ſi eſſet ſterilis, & adultera, non eſſet felix, ſed miſera.*

r Habebit fructum. *à Deo pro ſua continentia coniugali, melius quam ſi ſibi eſſent filij.*

s Et ſpado. *i. impotens generare, qui tamen eſt ſanctæ vitæ, ideo ſubditur:*

t Qui non ope. *quantum ad peccatum operis.*

u Nec cogitauit aduerſus Deum. *quantum ad peccatum cordis.*

x Dabitur enim illi fidei donum. *i. donum gloriæ, quod datur pro fide formata charitate, ideo ſubditur:*

y Bonorum enim &c. *Et quoniam æternus eſt, ſubditur:*

Eſa. 56.a

z Et quæ non con. ra. ſa. *De tali enim ſpadone dicit Eſa. Non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum. quia hæc dicit dominus eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbatha mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locū, & nomen melius à filijs & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.*

H

a Filij au. adul. *Hic infert ſecundum correlarium de filijs iniquorum, dicens: Filij au. adul. Et potiſſimè adulterio ſpirituali, quod eſt idololatria.*

b In con. erunt. *i. in exterminatione.*

c Et ſi. qui. lon. *in præſenti.*

d In nihi. com. *Nam vita præſens nullius eſt momenti reſpectu futuræ.*

e Et ſine honore. *vero.*

Ariſt. f Erit no. ſe. *Nam honor eſt præmium virtutis. 4. Ethico. propter quod ille ſolum eſt honor verus, qui defertur alicui in teſtimonium ſuæ virtutis, propter quod ſenectus carens virtute, per conſequens vero caret honore.*

g Et ſi ce. de. fue. *ante ſenectutem.*

h Non habe. ſpem. *vitæ futuræ.*

i Nec in die agni. *i. iudicij generalis, in quo omnia cognoſcuntur etiam occulta cordium.*

K Allocutionem. *id eſt de ſuis malis excuſationem.*

l Nationes &c. con. *i. duræ contemplationis, quæ eſt ad pœnam ignis gehennalis.*

## NICOL. DE LY.

## CAP. IIII.

O Quàm pulchra. *Errore remoto circa mortem iuſtorum, hic conſequenter declaratur quoddam dictum. ſ. quòd iuſti ſemper ſunt melioris conditionis quam iniuſti, & hoc primò declaratur ſecundum ſtatum præſentis vitæ: ſecundò ſecundum ſtatum vitæ futuræ cap. ſeq. Iſta tū diuiſio nō eſt ſic præciſa, quin de materia vnius partis aliquid ponat in alia, & econtra, propter connexionem. Prima in duas, quia primò declaratur propoſitum in iuſtis vitæ longioris: ſecundò, in illis*



clara, quantum ad virtutum nitorem. Poteſt eſſe caſta corpore, & pulchra in ſuperficie, & ideo ait: Cū claritate, &c.

A

a *Præmium vincens.* Præmium datum pro certamine tranſitorio, quòd maius eſt illis certaminibus & perſecutionibus.

b *Multigena au. im.* Alternatim de catholicis & hæreticis loquitur, vt horum laudabilem ſapientiam, illorum vituperabilem demonſtret verſutiam.

c *Plantationes.* Quoniam μόσχος Græcè, vitulus Latinè dicitur: μοσχεύματα, quidam nō intellexerunt eſſe plantationes, & vitulamina interpretati ſunt: qui error tam multos codices præoccupauit, vt vix inueniatur aliter ſcriptū.

d *Iuſtus. Rab.* Cum dixiſſet de malorū interitu, de bonorum requie addidit: quia poſt finem vitæ præſentis, qui bonis & malis eſt communis, hi de morte tranſeunt ad vitam, illi de vita ad mortem æternam.

e *Placens Deo. Rab.* Nō ideo tollit Deus dilectum ſuum de mundo, quòd nō poſſet inter peccatores eum immunem à peccato ſeruare: qui diſcipulos quos miſerat, quaſi agnos inter lupos patris commendauit, dicens: Non rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo. Sed iudicij ſui rationem obſeruat, vt quos præſciuit & prædeſtinauit, vocet & iuſtificet: alios autē pro iniquitate damnet. vnde Petrus: Nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij cruciando reſeruare.

f *Faſcinatio. Rab.* Notatur hac ſententia generalis laſciuia reproborum, ſed manifeſtius aſtutia hæreticorum, qui prauis doctrinis & cupiditate nociua, auertunt ſenſum hominis à tramite veritatis: Faſcinat. n. & grauat, quia adulando impedit vel laudando decipit. vnde: Currebatis bene, quis vos faſcinauit? Et in Prouer. dr: Donū inuidi cruciat oculos. Inuidus. n. Græcè ſignificātius faſcinator dicitur. His exemplis docemur, quod inuidus aliena felicitate

B

*Apud Deum.*

generatio cum claritate. Immortalis eſt enim memoria illius, quoniam & apud Deum nōta eſt, & apud homines.

*Id eſt probata eſt.*

*In præſenti ſcilicet vita.*

*Prouocati exemplo eius.*

Cum præſens eſt, illam imitāntur, & deſiderant eam cum ſe eduxerit: & in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens.

*Quia & recordationem ſui poſteris relinquit.*

*Non erit ſcilicet dolor de peracto certamine, quia perſecutionum magnitudinem præmium vincet.*

*Multiplex. Hæreticorum.*

Multigena autem impiōrum multitūdo non erit ūtilis, & adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nēc ſtabile firmamentum collocabunt.

*Multiplex ſcilicet doctrina. Sed nociua.*

*Alias ſpuria vitulamina. Superflua argumenta.*

*Expoſitio. Quia perſecutionis vento, vel examine iudicij cito decident.*

*Sententijs peruerſæ ſcripturæ. Ad horam ſcilicet.*

Et ſi in rāmis in tempore gērminauerint, infirmiter † poſita à vento commouebuntur, & à nimietate ventōrum erādicabuntur.

*Perſecutionem, vel diſcuſſionum iudicij. Penitus euellentur.*

Confringentur enim rami inconſummati, & fructus illorum inutiles & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti.

*Senſus. Praui venenoſi.*

Ex iniquis enim omnes filij qui naſcēntur, teſtēs ſunt nequitiæ aduerſus parēntes in interrogatione ſua.

*Diſcipuli, vel opera. Probatio ſcilicet & argumentum, quia merito damnandi ſunt.*

*Hæreticos, vel quoslibet malos.*

Iuſtus autem, ſi morte præōccupatus fuerit, in refrigerio erit.

*A malis occiſus perſecutoribus.*

*Quaſi: Non ætas corporis ſed maturitas mentis, & morum probitas laudatur.*

Sēnectus enim venerabilis eſt, non diuturna, neque numero annorum computata.

*Quaſi bene canus eſt qui bene ſenſatus.*

Cāni autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenēctutis vita immaculata.

*Quaſi: Bene eſt ſenex, qui mundus eſt ſimplex.*

Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores tranſlatus eſt. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictiō deciperet animam illius.

*Nugatio hæreticorum.*

Faſcinatio enim nugacitatis

## NIC. DE LYRA.

*in illis qui ſunt breuioris vitæ, ibi: Iuſtus autem ſi morte. Circa primum primò ponitur iuſtorum eminentia, cum dicitur: O quàm pul. eſt ca. gene. id eſt, iuſtorum multitudo quæ eſt caſta corpore, reſcindendo illicita carnis: & etiam mente, præcauendo vitium infidelitatis & idololatriæ.*

a Cum claritate. *ſ. ſapientiæ, quæ datur iuſtis.*

b Immorta. eſt enim me. *Et ſubditur immortalitatis modus. Quo. apud Deum no. notitia approbationis. In Deum verò nulla cadit obliuio, & ſic eius memoria eſt immortalis ſimpliciter.*

c Et apud homines. *& ſic eſt immortalis ſaltem ſecundum quid, nam memoria iuſtorum fit in eccleſia, quæ à primo Abel iuſto incepit, ſecundum Greg. hom. 7. Si autem loquamur de hominibus ſanctis qui ſunt in patria, ſic talis etiam memoria eſt immortalis ſimpliciter.*

d Cum præſens eſt. *id eſt in præſenti vita exiſtens.*

e Imitantur illam. *quia multi etiam inſolentes per exempla vitæ ſanctorum emendant vitam ſuam.*

f Et deſiderant eam cum ſeduxerit. *Cum enim iuſti de vno loco tranſeunt in alium ad habitandum, illi cum quibus habitabant, communiter deſiderant eorum reditum. Aliter tamen exponitur de eductione à præſenti vita & per ſenium: quia talis mors dicitur quaſi naturalis. Et ſic tales dicuntur ſe quodammodo educere de præſenti vita, quia ſolum eſt à principio intrinſeco. Poſt mortem verò talium, recordatur frequenter bona vita ipſorum, tanquam deſiderata redire ſi poſſet eſſe. Et huic expoſitioni vr̃ litera ſequens concordare, cū dicitur:*

g Et in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens. *Iungatur ſic litera. Et vincens carnem, mundum, & diabolum, qui perfectè vincuntur à iuſtis in morte ipſorum. Triumphat. id eſt, acquirit præmium. Incoinquinato. cer. id eſt, præmium quod redditur pro certaminibus incoinquinatis contra dictos hoſtes. In perpetuum co. ſupple eſt à Deo pro dicta victoria.*

C

h Multigena autem. *Hic ſecundò declaratur iniquorum deficientia, cum dicitur: Multigena autem im. mul. quæ dicitur multigena propter eius magnitudinem, Eccl. Stultorum infinitus eſt numerus.* Eccl. 1.d

i Non erit vtilis. *quia non valet ad finem intentum, ſicut medicina dicitur inutilis, quæ non inducit ſanitatem. Omnes autem homines inquantum ſunt ad imaginem Dei facti, ſunt ad beatitudinem ordinati: propter quod impij ab ea deficientes dicuntur inutiles, ideo ſubditur: Et adulterinæ plan. id eſt, omnes impij qui ſic nominantur, eò quòd per adulterium ſpirituale ſunt filij diaboli.*

K Non dabunt radi. al. *nam non poſſunt aſcendere ad bona cæleſtia.*

l Nec ſtabile fir. col. *quia totam ſuam fiduciam in bonis mundanis, & ruinoſis ponunt.*

m Et ſi in ra. *id eſt, in bonis tēporalibus proſperati fuerint.*

n Infirmiter poſita. *id eſt, in confidentia præſentis vitæ quæ labilis eſt.*

o A vento commo. *i. à Dei ſententia ſuper eos irruente.*

p Eradicabun. *à bonis præſentis vitæ, in quibus fixerant radicem.*

q Confrin. enim ra. *quia frequenter talium mors acceleratur.*

r Et fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducan. *nam ex eorum operibus non habentur exempla bona, ſed mala.*

s Ex iniquis enim omnes filij qui naſcentur, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes. *Ex hoc enim quòd ſunt imitatores paternorum ſcelerum, teſtificantur malitiam ipſorum.* † poſitæ

D

t In inter. ſua. *Cum enim interrogantur cuius ſint filij, reſpondent ſe eſſe filios illorum, de quibus notum eſt, quòd fuerint iniqui.*

Diuiſio. u Iuſtus autem ſi mor. *Hic conſequenter oſtenditur præeminentiam iuſtorum breuioris vitæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò facit propoſitum, ſecundò ponitur defectus impiorum, ibi: Populi autem. Circa primum dicitur: Iuſtus au. ſi mor. antequam veniat ad ſenectutem.*

x In refri. erit. *id eſt, in quiete & miſerijs præſentis vitæ: & ſic eſt melioris conditionis quā iniquus diu viuens, qui frequenter incurrit tribulationes corporis & animæ. Sed quia poſſet obijci, quòd ſaltem priuatus eſt ſtatu ſenectutis venerabilis, ideo remouet hoc dicens:*

y Senectus enim venerabilis eſt. *id eſt, venerari digna non eſt in multitudine annorum, ſed in maturitate morum, quam aſſecutus eſt iuſtus, licet ſit iuuenis ætate, ideo ſubditur:*

z Cani autem ſunt ſenſus hominis, *ſcilicet iuſti, quia ſunt honeſtate maturi.*

a Et ætas ſenectutis. *venerabilis.*

b Vita immaculata. *ſiue breuis fuerit, ſiue longa. Conſequenter ponitur alia conditio in ſic citò morientis, quia per hoc eripitur de conſortio impiorum, à quo poſſet peiorari propter variabilitatem liberi arbitrij, propter quod acceleratio ſuæ mortis videtur ſignum diuinæ dilectionis, & hoc eſt quod dicitur:*

c Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores tranſlatus eſt. *Et patet litera paucis exceptis, quæ diſcurrentur.*

d Ne malitia. *Id eſt, ne aperti mali mutarent eum violentia tormentorum.*

e Aut ne fictio. *id eſt, hypocritæ deciperent eum per apparentiā boni.*

f Faſcinatio enim. *Eſt autem faſcinatio propriè illuſio ſenſuum, ſed tractum eſt hoc nomen ad ſignificandum omnem deceptionem.*

g Nugacita. *id eſt, verboſitatis ornatæ.*

a Obſcurat

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

tate cruciatur. Vel, qui fęlix eſt alio faſcinante læditur.
Vani ſunt etc. *Hæc eſt pars incidentalis, in qua occaſione idololatriæ Chananæorum tractat generaliter de idololatria omnium gẽtium. Et diuiditur in duas partes. Nam primò reprobatur idololatria gentium. Secundò commendatur latria Iudæorum, ca. 15. Prima in duas, quia primò reprobatur idololatria exhibita mirabilibus creaturis. Secundò exhibita imaginibus fabricatis, ibi: Infelices autem ſunt. Prima adhuc in duas: quia primò idololatria dicta declaratur. Secundò reprobatur, ibi: Quorum & ſi ſpecie. Circa primum dicitur: Va. ſunt au. id eſt à veritate vacui.*

a Omnes ho. in qui. non ſubeſt ſcientia Dei. *& iſti ſunt idololatræ carentes notitia veri Dei.*

a Et de his



a *De his* operibus. ſ. bonis potuerunt cognoſcere bonum artificem qui propriè eſt, quia immutabilis, & ſemper idem, ſemper in ſe manens, regit omnia. Vaniſſima ergo vanitas hominum, qui pro creatore creaturas venerantur.

b *Neque operibus.* Alij ignem colebant, quem Vulcanũ vocabant, alij ętherem vel aerem quẽ Iouem & Iunonẽ dicebãt, alij nimiam aquam. i. Neptunũ, alij gyrum ſtellarum, qui diuerſis figuris animalium, poſitiones & curſum diſtribuebant aſtrorum, alij ſolem, quem Phębum vocabãt, alij Lunã, ſ. Dianam. Raba. Dupliciter peccant. Primũ, quia elementa. i. Dei opera Deo præferunt. Deinde, quia elementorum figuras ſub humana ſpecie colũt. Soli enim & lunæ humanam figurã tribuunt. Igni quoque & terræ & mari, quæ illi Vulcanũ, Veſtham, Neptunumq; vocant: non tamen ipſis elemẽtis in apertis ſacrificant. Tanta enim cupiditas imaginum homines tenet, vt viliora ſint quę vera ſunt. Auro. ſ. & gẽmis delectantur: horũ nitor perſtringit oculos. Sine his non putant eſſe religionẽ. In his ergo auaritia & cupiditas colitur. Credunt Deos amare, quod ipſi amant: propter qđ fiũt furta & latrocinia & bella, conſecrãt dijs manubias & rapinas, qui valde imbecilles ſunt, ſi cupiditatibus ſubiecti ſunt. Cur enim cęleſtes putantur, ſi terrena deſiderant: vel beati ſi indigent: vel incorrupti ſi in his delectantur, in quibus cupiditas hominis damnatur.

c *Sed ta. ad in h.* Hinc Paulus ait: Reuelatur enim ira Dei de cęlo ſuper omnem impietatem eorum, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent, quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis, &c. Notitia Dei ex mundi fabrica percipitur. Vt enim Deus inuiſibilis ex uiſibilibus cognoſceretur, opus ab eo factum eſt quod opificẽ manifeſtaret: vt Deus omniũ intelligeretur, qui hoc fecit quod non poſſunt alij. Sed cum cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis.

d *Inf. &c.* Qui. ſ. Deos honorãt, vt aurum oculis hauriãt, & nitorem leuigati marmoris, vel eboris, aut inſignes gemmis & coloribus veſtes: & quãtò ornatiora ſunt templa, & pulchriora ſimulacra, tantò plus maieſtatis habent, vel habere dicũtur. Religio ergo eſt vel creditur, quod cupiditas humana miratur.

e *Aut ſi quis ar.* Rabanus. Inſultat ſapientia his, qui colunt idola, vt intelligãt quàm pernitioſum ſit omnipotentem deſerere, & figmenta adorare. vnde Eſaias: Quis formauit Deum & ſculptile conflauit ad nihilum vtile? Ecce omnes participes eius confundetur. Hinc Flaccus ait, Olim truncus eram, ficulnus inutile lignum. Cum faber incertus ſcannum faceret ve Priapum Maluit eſſe Deum. Quicquid autem de idolis dictum eſt, poteſt referri ad hæreticorum principes. Qui ſimulacra dogmatum ſuorum artifici corde componunt, & venerantur quæ fecerunt: Nec ſufficit error proprius, niſi

Dei: & de his q̃ videntur bona, non potuerunt intelligẽre eum qui eſt. Neque operibus attendentes agnouerunt quis eſſet artifex, ſed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aerem, aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, aut ſolẽ & lunam rectores orbis terrarum Deos putauerunt. Quorum & ſi ſpecie delectati, Deos putauerunt, ſciant quantò his dominator eorum ſpecioſior eſt. Speciei enim generator hæc omnia conſtituit. Aut ſi virtutem & opera eorum mirati ſunt, intelligant ab ipſis, quoniam qui hæc † fecit, fortior eſt illis. A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horum videri. Sed tamen adhuc in his minor eſt querela. Et hi enim fortaſſe errant Deum quærentes, & volentes inuenire. Etenim cùm in operibus illius conuerſentur, & inquirunt & perſuaſum habent, quoniam bona ſunt quæ videntur: iterum autem nec his debet ignoſci. Si enim tantùm † potuiſſent ſcire, vt poſſent æſtimare ſeculum, quomodo huius dominum non facilius inuenerunt? Infelices autem ſunt, & inter mortuos ſpes illorum eſt, qui appellauerunt Deos opera manuum hominum: aurum & argentum, artis inuentionem: & ſimilitudines animalium, aut lapidẽ inutilem, opus manus antiquę. Aut

(a ¶ Obſtante cæcitate peccati. a ¶ Qui tanta ſpecioſa fecit. Hæreſes vel idola. ¶ Senſum. ¶ Sermonem. ¶ Compoſitionem, argumentorum. ¶ Brutorum.)

i Aut ni. aquam. *quam Tethim vocabant.*

k Aut ſolem & lunam. *quos vocabant Phœbum & Dianam.*

l Rectores orbis terra. Deos puta. *id eſt crediderunt eſſe Deos mundum regentes.*

m Quorum. *Hic conſequẽter dictus error remouetur, & primò remouetur erronea opinio. ſecũdò, quædam inſufficiẽs excuſatio, ibi: Sed tñ. Circa primum dicitur: Quorũ. ſ. ſolis & lunæ & huiuſmodi.*

n Et ſi ſpecie. *i. pulchritudine.*

o Delectati Deos pu. *eos eſſe, vt dictũ eſt.*

p Sciant. *q. d. & hoc deberent ſtatim ſcire.*

q Quanto his do. eor. *id eſt Deus qui eſt cauſa prima omnium.*

r Specio. eſt. *nam eius pulchritudo excedit in infinitum. quod probatur cum ſubditur:*

s Speciei enim ge. *i. pulchritudinis vniuerſæ autor.*

t Hæc om. con. *& per conſequens eorum pulchritudo in ipſo excellentius in infinitum præexiſtit.*

u Aut ſi uir. &c. *quæ faciunt in tranſmutatione creaturarum.*

x Mirati ſunt. *tanquam quadam excellentia intellectum noſtrum.*

y Intelligãt ab ip. *i. itelligere debẽt ab iſtis.*

z Quo. qui hęc fe. *ſcilicet Deus, qui ab omnibus dicitur prima cauſa.*

a For. eſt ill. *nam eminentiori modo omnia continet creata. ideo ſubditur:*

b A magnitudine enim ſpe. & crea. *i. pulchritudinis vniuerſi.*

c Cognoſ. pot. crea. ho. uide. *nam per effectus poteſt in cognitionem cauſæ deueniri.*

d Sed ta. *Hic remouetur quædã excuſatio, qua poſſet aliquis dicere, q̃ laborantes in cognitione creaturarũ pñt excuſari, ſi non cognouerunt Deũ, qui excedit creaturas in infinitũ: quod excluditur hic per hoc, q̃ licet p creaturas nõ poſſit cognoſci Deus quantũ ad diſtinctionẽ perſonarũ diuinarũ, põt tñ per eas cognoſci quãtũ ad eſſentialia attributa. ſ. potentiã, ſapientiã, et huiuſmõi, in quibus improportionabiliter tranſcẽdit omnem naturam creaturarum mundi. Et hoc eſt quod dicitur:* Sed tamẽ adhuc in his. *qui coluerunt creaturas excellentes tanquam Deos, vt ſolem et lunam & huiuſmodi.*

e Minor eſt querela. *quam in illis qui coluerunt ſerpentes & vilia animalia.*

f Et hi enim fortaſſe errant Deum quærentes. *& ideo creaturis eminentibus deitatem falsè attribuentes.*

g Etenim cum in operibus illius conuerſentur. *ordinem creaturarum meditando.*

h Inquirunt & perſuaſum habent. *id eſt pro vero tenent.*

i Quoniam bona ſunt quæ uidẽtur. *ſ. ſol & luna et aliæ notabiles creaturæ: ſed p hæc eorũ creatorẽ noluerũt cognoſcere. iõ ſubdit:*

K Itẽ aũt nec his debet ign. *quia verè ſunt culpabiles. Cuius cauſa ſubditur, cũ dicitur:*

l Si enim tantum potuerunt ſcire. *per rationem naturalem.*

m Vt poſſent æſtimare ſeculum. *i. cognoſcere creaturarum ordinem.*

n Quomodo huius dominum. *ſcilicet ſeculi.*

o Facilius non inuenerunt. *q. d. debuerunt ſtatim inuenire. Nam omnia mutabilia oportet ad vnum primum principium immutabile reducere, aliter eſſet proceſſus in infinitũ, quod eſt impoſſibile. cũ igitur omnes creaturæ viſibiles ſint mutabiles aliquo modo, potuerunt venire ex illis ad cognitionem primi motoris omnino immobilis, ſicut Philoſophus docuit 8. phyſicorum.* (Philoſo.)

p Infelices autem ſunt. *Hic conſequenter reprobatur idololatria imaginum exhibita. Et diuiditur in tres partes, quia primò reprobatur imaginum fabricatio. ſecundò earũ adoratio, ibi: Et de ſubſtantia. tertiò adorationis inchoatio. ſc. ca ibi, Initium enim. Circa primum dicitur: Infelices. id eſt priuati vera felicitate.*

q Et inter mor. ſpes illorum eſt. *quia nulla ſpes eſt de eorum ſalute, quamdiu ſunt tales.*

r Qui appellaue. &c. *idola namque quantùm ad figuram fiunt per artem, materia verò eſt res naturæ, vt aurum, & argentum, & reliqua de quibus fiunt idola.*

s Opus manus antiquæ. *hoc additur. nam idola ab antiquo facta in maiori reuerentia habebantur. vnde & aliqui ſimplices Chriſtiani aliquas imagines antiquas crucifixi quæ dicuntur factæ à Nicodemo magis reuerentur.* (Imago Nicodemi)

t Aut ſi quis artifex faber. *ſcilicet lignarius.*

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et de his quæ uiden. bona. *per participationem ſicut ſunt ſol & luna & huiuſ: ex quorum influentia nobis prouenient bona.*

b Non potuerunt intelli. eum qui eſt. *ſcilicet bonus per eſſentiam.*

c Neque operibus. *diuinis.*

d Atten. agno. quis eſſet arti. *ſcilicet Deus, qui licèt à priori non poſſit cognoſci, cognoſcibilis tamen eſt à poſteriori. ſ. ab effectibus.*

e Sed aut ignem. *quem Vulcanum dicebant.*

f Aut ſpi. *id eſt purum ætherem vel aerem, quem vocabant Iouem.*

g Aut citatum aerem. *id eſt mobilem quem dicebat Iunonem.*

h Aut gyrum ſtellarum. *id eſt ſigna in zodiaco reuoluta, quæ Deos dicebant. vnde de ſigno Geminorum dicebant, quòd erat Caſtor & Pollux in Deos tranſlati: & ſic de ſimilibus.*

i Aut ni.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

proprius, niſi ſimplices deceperint: qui quæſtum putant pietatem, & deuorant domos viduarum, & abutẽtes vulgi imperitia, arte dialectica, quaſi aſcia, terebro, lima, runcina, formant Deum ſuum, & cudunt malleo, atque inaurant rhetorica venuſtate, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum. (Phil. 3. d)

## GLOS. ORDINARIA. CAP. XIIII.

ITerum alius nauigare &c. Hæc quoque contra idololatriam dicitur. Maxima enim vecordia eſt, vt homo ad imaginem Dei editus, rationabilẽ ab ipſo habens animam, qua excogitauit quemodo tranſiret fluctus, nauem fabricans ſecundũ artis ſuę peritiam, non honorat illum qui hanc ſibi dedit ſcientiã, & inuocet idolũ, quod ſimili arte & maiori vanitate formauit. Cũ enim maior ſit qui fecit quàm quod fit, factură ſuam adorare inſanire eſt. A Deo nauigãdi curſus petendus, à quo nauigij præparatio. Hæretici autem, qui vana fingũt ſimulacra errorum, ideo in fluctibus ſeculi pereunt, quia nauem eccleſiæ reliquerunt, & gubernatorem Deũ. (Nauigatio à Deo)

b *Quoniam dedi.* Iſraelitas per mare rubrum ſicco veſtigio traduxit Dei potentia, & Iordanis aquas diuiſit, vt terrorẽ incuteret gẽtibus exterminãdis, fidelibus quoq; inter ſeculi fluctus & perſecutiones, præparat ſemitam fidei & conſtantiæ, vt tranſeant illeſi, nec eſt humani ſolatij opus, vbi Deus oſtẽdit mirabiles effectus virtutis ſuæ. (Exo. 14. e. Ioſue 3. c.)

c *Sed vt non eſſent &c.* Creator dedit ſcientiã creaturæ ſuę, qua ſibi in præſenti conſuleret, vt eius volũtati deſeruiret. Vñ Noe arcã facere iuſſit, in qua ipſe & progenies eius ſaluaretur, & cætera aiantia ad reſtaurationem orbis (Gen. 6. b)

## NICO. DE LYRA.

a De ſylua lignum rectum ſecuerit, et huius. *i. perfectè radat.*

b Fabricet uas inutile. *Sic eſt in libris correctis. valde vtile: vt dicunt aliqui. & adducunt pro ſimili dictum Virgilij: Nunquã imprudentibus imber Obfuit. i. valde prudentibus. Poſſet aliter dici, quod ſint ibi duæ dictiones. Vas in vtile. i. factum ad vtilitatem humanam. vnde ſubditur:* (Vir. in geo.)

c In conuerſationem uitæ. *in qua neceſſaria ſunt multa vaſa lignea.*

d Rel. autem eius ope. *i. dolaturis.*

e Ad præ. *i. ad coquendum eſcas.*

f Et rel. hor. *i. reſiduum ligni.*

g Quod ad nul. uſus facit. *quia non eſt aptum ad vas aliquod fiendum.*

h Lignum curuum etc. *id eſt nobis.*

i Verticibus ple. *de tali verò ligno aliquando fit imago, eò quòd eſt magis durum.*

k Sculpat diligenter per uacuitatem ſuam. *id eſt ab eo factam, nam ſculpendo facit aliquas vacuitates in ligno. Cætera patent vſque ibi:*

l Illud compa. *id eſt adaptet vel aſſimilet.*

m Perliniens rubrica. *id eſt colore rubro.*

n Et rubicundum faciens fuco. *id eſt pictura.*

o Et omnem maculam quæ in illo eſt perliniens. *coloribus ad hoc aptis. Aliqui libri habent hic: Terra, ſed non eſt in libris correctis.*

p Et faciat ei dignam habitationem. *i. locum vbi reponatur. Cætera patent.*

q Et de ſubſtantia ſua. *Hic conſequenter reprobatur imaginũ adoratio. Et primò pro negocijs in rebus terrenis. Secundò pro negocijs marinis, ca. ſequenti. Circa primum dicitur:* Et de ſubſtan. *id eſt de diuitijs.* (Diuiſio)

r Votum faciens. *idolo, vt exaudiat eum.*

s Inquirit. *id eſt petit ab eo diuitias, filios & nuptias filiorum.*

t Non erubeſcit loqui etc. *q. d. deberet erubeſcere.*

u Et pro ſanitate quidem. *obtinenda vel conſeruanda.*

x Infirmum deprecatur. *Hic accipitur infirmitas largè pro impotentia: nam idolum non poteſt ſe iuuare. Infirmitas enim propriè eſt in animalibus tantùm, ſicut & ſanitas.*

y Et pro uita. *conſeruanda.*

z Rogat mortuum. *id eſt carens vita. Nam propriè loquendo mortuus non dicitur, niſi qui vixit. Cætera patent.*

(Text)

ſi quis artifex faber de ſylua lignũ rectum †ſecuerit, & huius doctè eradat corticem omnẽ, & arte ſua vſus diligẽter fabricet vas †inutile in cõuerſationem vitæ: reliquias autem huius operis ad præparationem eſcæ abutatur, & reliquum horum quod ad nullum facit vſum, lignũ curuum & verticibus plenum ſculpat diligenter per vacuitatem ſuã, & per ſcientiam ſuæ artis figuret illud, & aſſimilet illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculã quæ in illo eſt perliniens, † & faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro, ne fortè cadat, proſpiciens illi, ſciẽs quoniã nõ poteſt adiuuare ſe. imago enim eſt, & opus eſt illi adiutorium. Et de ſubſtantia ſua, & de filijs ſuis, & de nuptijs, votum faciẽs inquirit. Non erubeſcit loqui cũ illo qui ſine anima eſt, & pro ſanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita mortuũ rogat, & in adiutoriũ inutilem inuocat, & ꝓ itinere petit ab eo qui ambulare nõ põt, & de acquirendo, & de operãdo, & de oĩum rerũ euẽtu petit ab eo q̃ in oĩbus eſt inutilis.

(†ſecauerit) (†vt)

## CAP. XIIII.

ITerum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portãte ſe, fragilius lignum inuocat. Illud enim cupiditas acquirendi excogitauit, & artifex ſapientia ſua fabricauit. † Tu autem pater gubernas prouidentia, quoniam dediſti in mari viam, & inter fluctus ſemitã firmiſſimã, oſtendẽs quoniam potens es ex omnibus ſanare, etiam ſi ſine rate aliquis adeat mare. Sed vt nõ eſſent vacua ſapientiæ tuæ opera, ꝓpter hoc etiã & exiguo ligno credunt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare, per ratẽ liberati ſunt. Sed ab initio cũ perirẽt ſuperbi gigantes, ſpẽs orbis terrarũ ad ratẽ cõfugiẽs, remiſit ſeculo ſemen natiuitatis, q̃ manu tua erat gubernata. Benedictũ eſt. n. lignũ per quod fit iuſtitia. Per ma-

(Per mare.) (Diluuio.) (Seminarium humani generis.) (Arcam.) (Potentia, vel filio.) (Crucis, quo reparatus eſt orbis terrarum.)

(† Tua autẽ pater prouidẽtia ab initio cuncta gubernat)

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIIII.

ITerum ali. na. co. *Hic conſequenter reprobat venerationem idoli pro negocijs marinis. Et primò ponitur hæc reprobatio. Secundò declarat ad quid valet nauigatio, ibi: Sed vt nõ eſſent. Circa primum dicitur:* (Diuiſio)

a Iterum ali. na. co.

b Ligno por. ſe. *id eſt naui.*

c Fra. lig. *id eſt idolum ligneum, quod ad nihil eſt vtile.*

d Inuo. *vt nauigationem ſuam dirigat.*

e Ill. enim. *id eſt idolum.*

f Cupi. acq. *pecuniam.*

g Exco. *vnde Act. 19. e. dicitur. quod Demetrius faciens ædes argenteas Dianæ, præſtabat artificibus magnum quæſtum.*

h Tu au. pa. *cæleſtis.*

i Proui. &c. g. *hominum nauigationem. & non ipſum idolum. Quod probatur per hoc, quòd etiam ſine naui filijs Iſrael dedit viam in mari, Exod. 14. & hoc eſt quod dicitur:*

K Quoniam de. in ma. ui. *& patet ex dictis litera.*

l Sed ut non eſ. *Hic conſequenter oſtenditur nauigationis vtilitas. Et primò facit propoſitum. ſecundò concluditur fabricationis idoli malum, ibi: Per manus. Prima in duas ſecundum duplicem vtilitatem. ſecunda, ibi: Sed & ab initio. Vtilitas verò prima eſt: quia per nauigationem homines deferunt illa quæ abundant in vna terra ad aliam, vbi eſt talium penuria: & ſic terrarum releuantur indigentiæ. & hoc eſt quod dicitur: Sed vt non eſſent vacua &c. Creaturas enim inferiores fecit Deus propter hominẽ. & ideo ſi non deſeruirent eius neceſſitatibus, viderentur eſſe vacuæ, quãtum ad hoc in ſuis vtilitatibus. Per nauigationẽ verò ſiunt iſtæ vtilitates, vt dictum eſt, ideo ſubditur:* (Diuiſio) (Nauigationis vtilitas)

m Propter hoc etiam. *id eſt naui, quæ eſt valde parua reſpectu magnitudinis maris.*

n Credunt &c. *i. exponunt vitam ſuam.*

o Et tranſeuntes mare. *vt per mercationes releuentur neceſſitates humanæ.*

p Per ratẽ & libe. ſunt. Sed ab initio. *Hic ponitur ſecunda vtilitas, quæ fuit tempore Noe, qui cum vxore & filijs & eorum vxoribus per nauem liberatus multiplicauit poſt diluuium genus humanum. & hoc eſt quod dicitur: Sed ab in. i. à prima mũdi ætate, quæ ab Adam durauit vſque ad diluuium.*

q Cum peri. ſuper. gi. *propter quorum peccata principaliter inundauit diluuium, ad quod denotandum dicitur Gen. 6. a. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis.*

r Spes or. terrarum. *id eſt Noe cum perſonis dictis.*

s Ad ratẽ conſugiens. *id eſt ad arcam.*

t Remiſit ſe. ſemen natiuita. *quia per ipſum & eius filios multiplicatum fuit poſt diluuium genus humanum.*

u Quæ tua erant gu. *ſcilicet dicta arca.*

x Bene. eſt e. li. *id eſt arca illa de lignis facta.*

y Per quod fit iu. *nam impijs pereuntibus, per eam iuſti euaſerunt ſaluati, quod erat iuſtum.*

z Per m. *Hic conſequenter concluditur ratione idoli malum, cùm dicitur: Per ma. au. qu. ſit. i. idolum manu factum.*

a Maledi.



nem orbis reſeruarentur, cum genus humanum pro iniquitate ſua diluuio deleretur. vnde Petrus: In qua pauci. i. octo animæ ſaluæ factę ſunt per aquam: quod & nos nunc ſimilis formæ ſaluos fecit baptiſma &c. Arca de lignis leuigatis conſtructa, eccleſiã ſignificat, quæ fit de collectione fideliũ artificio prædicatorum. Pauci, id eſt octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam mundo pereunte: quia ad cõparationem reproborũ paruus numerus eſt electorũ. Pauci enim ſunt qui viam vitæ inueniunt. Aqua diluuij extrà poſitos occidit, quia hæreticum licèt habẽtem baptiſmi ſacramentum, ipſæ aquę demergunt ad inferos, quę arcam leuauerũt ad cœlos. Octonarius quoque ſignificat eccleſiam, q in ſacramento dominicæ reſurrectionis percipit lauacrum baptiſmi. Vt ſicut ipſe reſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & in nouitate vitæ ambulemus aqua regenerationis abluti. Hinc Ieremias: Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua, cõfuſus eſt factor in ſculptili: quia mendax conflator eius, nec eſt ſpiritus in eis. Vana enĩ ſunt opera, & digna riſu, & in tempore viſitationis peribunt.

a *Et qui fecit ill.* Simulacrũ & cultura falſorum Deorũ. Diabolus enĩ inde punietur, quod ſibi diuinũ honorẽ vſurpat, & homo qui pro creatore creaturam honorat. Lignũ verò ſæpe hominem ſignificat. Benedictus ergo homo, qui veritatem dicit & facit. Hæreticus autem qui figmenta ſua colit, maledictus eſt, & perditioni deditus, & opus. id eſt doctrina eius.

b *Prop. hoc.* Non eſt ignoſcendum idolis. vel eorum inhabitatoribus. i. dæmonibus, quia homines ad imaginem Dei factos ab ipſo retrahũt, & in erroris muſcipula ſubuertũt. Hæretici quoq; qui homines ſeducunt, diſtrictũ non euadent iudiciũ.

c *Initium.* Peſſimum enim genus eſt fornicationis, quo anima recedit à Deo, & fornicatur cum idolis, vel diuini dogmatis veritatẽ relinquit, & ſequitur falſitatem hæreticæ prauitatis vel opinionis. Hinc Paulus auaritiam idolorum ſeruitutem appellat. Vnde conſtat omnem malã concupiſcentiam fornicationẽ vocari, qua anima relicta ſuperiori lege inferiorum voluptate turpi naturarum quaſi mercede proſtrata vel proſtituta corrumpitur.

d *Non e. im.* Diſperdat dominus vniuerſa labia doloſa, & omnes qui loquuntur mendaciũ. Hinc Ieremias: Dij qui cęlos & terrã non fecerunt, pereant de terra, &c. Lactãtius. Propter hominum ſtultitiam, & prauitatem, qui agreſtem vitã ſine vllo rectore viuebant, homines ipſum regem, totamq; gentem ſummis laudibus extulerunt, vt etiam Deos appellarent, vel pro inſigni virtute conualeſcẽte, vel adulatione, vel pro beneficijs. Deinde. i. poſt mortem reges amicis ſuis magnum deſiderium reliquerunt. Ideo homines ſimulacra eorum finxerunt, quorum contemplatione aliquod haberent ſolatium. Progreſſique longius, per amorem memoriam defunctorum colere cęperũt, vt benemeritis gratiam referrent, & ſucceſſores eorum ad bene imperandum allicerent. vnde Cicero: Suſcepit ante vitam hominũ conſuetudo cõis, vt beneficijs excellentes viros in cęlũ fama & volũtate tollerẽt. hinc Hercules, hinc Caſtor, hinc Pollux, hinc Eſcula-

(Text)

nus autem quod fit idolum, maledictum eſt & ipſum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus eſt: illud autem cùm eſſet fragile, Deus cognominatus eſt. Similiter autem odio ſunt Deo impius, & impietas eius. Etenim quod factum eſt, cum illo qui fecit, tormenta patietur. Propter hoc & in idolis nationum non erit reſpectus, quoniam creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſipiẽtium. Initium enim fornicationis eſt exquiſitio idolorum, & adinuentio illorum corruptio vitæ eſt. Non enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum. Superuacuitas enim hominum hæc ad inuenit in orbem terrarum, & ideo breuis illorum finis eſt inuentus. Acerbo enim luctu dolens pater citò ſibi rapti filij fecit imaginem: & illum qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia. Deinde interueniente tempore, conualeſcente †antiqua conſuetudine, hic error tanquam lex cuſtoditus eſt, & tyrannorum imperio, colebantur figmenta. Et hos quos in palã homines honorare non poterant, propter hoc quòd longè eſſent, è longinquo figura eorum allata, euidentem imaginem regis quẽ honorare volebant, fecerunt: vt illum qui aberat, tanquam præſentem colerent ſua ſolicitudine. Prouexit autem ad horum culturam, & hos qui ignorabant artificis eximia diligentia. Ille enim volens plus placere illi qui ſe aſſumpſit, elaborauit arte ſua,

(Oſtendi. vnde proceſſerunt idola.) († iniqua)

propter quod intelligitur de dæmone, qui colebatur in idolo, & ibi reſpõſa dabat aliquando. propter quod dicitur Mat. 25. d. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.

c Pro. h. & in id. na. *i. in dæmonibus in idolis habitantibus.*

d Non e. re. *ſcilicet miſericordiæ diuinæ. nam peccatum dæmonum eſt irremiſſibile.*

e Quo. cr. d. *i. dæmones à Deo creati quantum ad naturam.*

f In od. fa. ſu. *ꝓ eorũ culpã, q̃ nõ eſt à Deo autore, ſed à liberi arbitrij defectibilitate.*

g Et in tem. animæ. ho. *nam dæmones conti ſtudent homines impedire à ſua ſalute.*

h Et in muſc. pe. in. *qui vincuntur tentationibus dæmonum. Sapientibus autem qui viriliter reſiſtunt, huiuſmodi tentationes non ſunt in muſcipulam, ſed magis in victoriam & coronam.*

i In. enim. *Hic conſequenter ponitur idololatriæ inchoatio. cuius primò ponitur initium, ſecundò procedens inde malum, ibi: Et non ſufficerat. prima in duas ſecundum duplicem inchoationis cauſam. ſecunda ponitur, ibi: Deinde interueniente. prima verò cauſa fabricationis idolorum & idololatriæ fuit affectus inordinatus hominum ad propinquos ſuos defunctos, quibus fecerunt imagines ad ſuam conſolationem, vt ſic in aſpectu imaginum defunctorũ conſolarentur. vnde de Nino rege Aſſyriorum ſcribitur, quod mortuo Belo patre ſuo imaginẽ ſuam fecit, cui tantam reuerentiam exhibuit, vt ſuis delinquentibus propter refugium ad imaginẽ patris parceret, propter quod homines illi imagini impendere cœperunt diuinos honores. & huius exemplo alij potentes cœperunt facere ſuis charis defunctis imagines, quibus ſimilem reuerentiam exhibebant. Et ſicut à Belo inchoata eſt fabricatio idolorum, ſic & ab eius nomine denominatio aliorũ: propter quod aliqui idolum ſuum nominauerũt Bel, alij Baal, alij Beelzebub, ſecundum varietatem idiomatum: Et ſicut Ninus ad ſui conſolationem fecit idolum patri ſuo, ita patres aliqui primogenitis ſuis ante eos morientibus fecerunt idola, & ex eadem cauſa. Sic ergo dicitur: Ini. e. for. i. idololatriæ, quæ eſt fornicatio ſpiritualis.* (Diuiſio) (Belo à Nino deificatus)

k Eſt ex. idolo. *i. fabricatio eorum.*

l Et ad. il. cor. ui. eſt. *ſcilicet ſpiritualis, quæ conſiſtit in vnione ad Deum, quam interrumpit idololatria.*

m Non e. er. ab ini. *nam à creatione mundi vſq; ad diluuium, & etiam poſt per magnũ tempus non legitur fuiſſe aliquod idolũ.*

n Neque erunt in perpetuum. *non enim ceſſauerunt idola quaſi per totum mundũ.*

o Superuacuitas enim hominum. *id eſt defectus ſapientiæ eorum.*

p Hæc adinuenit orbem terrarum. *Et ſubditur modus, cùm dicitur: Acerbo enim luct. i. id eſt irrationabili.*

q Dolens pater ci. ſibi rapti filij. *ſcilicet ante mortem patris.*

r Fecit imaginem. *ad ſuam conſolationẽ.*

s Et cõſtituit ſer. *illi imagini exhibenda.*

t Deinde. *Hic ponitur cauſa ſecunda inuentionis imaginum. nam aliqui potentes & tyranni volentes honorari, non ſolum in ſua præſentia, ſed etiam in ſua abſentia, fecerunt ſuam imaginem, mittentes eam ad loca remota, vt venerarentur in ea, ſicut refert Ioſephus libro antiquitatis Iudaicæ 18. & in libro de Iudaico bello de Caio Cæſare, quòd imaginem ſuam miſit per imperium Romanum, vt adoraretur in ea. & hoc eſt quod dicitur: Deinde &c. & patet ex dictis litera paucis exceptis.* (Ioſephus)

u Colebantur figmẽta. *id eſt imagines tyrannorũ. Et ſubditur cauſa:*

x Et hos qui in palam homines ho. &c. *& patet vſque ibi:*

y Prouexit autem. *vbi ponitur alia cauſa, quæ eſt adulatio, & artificũ cupiditas. Nam volentes placere regibus & tyrannis, fecerunt eis imagines pulchriores quàm eſſent eorum perſonæ, & ex pulchritudine factum ſimplices magis inducti ad colendum tales imagines: & hoc eſt quod dicitur: Prouexit autem. i. induxit.*

z Ad horum cul. *regum & tyrannorum in ſuis imaginibus.*

a Et hos qui igno. *id eſt ſimplices.*

b Artificis ex. *circa pulchritudinem imaginis.*

c Ille enim. *artifex.*

d Volens &c. *id eſt regi qui eum ad faciendum ſibi imaginem elegit.*

e Elaborauit. *id eſt perfectè laborauit.*

## NICOLAVS DE LYRA.

a Maledi. eſt & ip. & qui fe. il. *& ſubditur cauſa cum dicitur: Si an. odi. ſu. d. im. & im. e. i. fabricator idoli, & idolum ab eo factũ, nam vtrunque eſt cauſa idololatriæ.*

b Etenim q. fa. ẽ. cũ illo qui fe. tor. pa. *hoc non poteſt intelligi de idolo abſolutè, cum ſenſum non habeat per quem poſſit tormentum ſentire: propter*



a Vt ſimile

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Eſculapius, hinc liber. Et alio loco dicit Cicero: Atq; in pleriſq; ciuitatibus intelligi pōt acuendæ virtutis gratia, q libentius reipublicæ gratia periculū adirēt, optimos quoſq; virorum fortiū, honore Deorū immortaliū eſſe cōſecratos. Hinc Romani Cęſares ſuos cōſecrauerūt: & Mauri, ſuos reges. Sic paulatim cęperūt religiones, dū primi q eos nouerāt eo ritu, liberos ſuos, & nepotes, deinde oēs poſteros imbuerunt: & hi tū ſummi reges ob celebritatē nominis in prouincijs oībus cōcelebrabant. Priuati vero ſinguli populi, gētis aut vrbis ſuæ cōditores, vel viros fortitudine inſignes vel fęminas caſtitate mirabiles, ſūma veneratione coluerūt: vt Aegyptij, Iſidē: Peni, Vraniā: Romani, Quirinū: Samos, Iunonē: Naxos, Liberū: Mauri, Iubā: Latini, Faunum: Paphi, Venerē. Sic per populos & regiones varia ſacra ſuſcepta ſunt, dum hoīes grati eſſe in ſuos principes cupiunt. Præterea pietas eorū qui ſucceſſerāt plurimū contulit ad errorem, qui vt diuina ſtirpe nati viderentur, diuinos honores parentibus detulerūt, deferriq; iuſſerunt.

*Idolorum exordium*

*Diuerſi diuerſos coluerunt*

a *Incōi. no. li. & li.* Incōicabile, Dei.ſ. omnipotentis nomen, qui ſolus eſt incōprehēſibilis, inſenſibili, & fragili materiæ vel imagini aſcripſerunt.

b *Aut c.ſi.ſu.* Sicut in ſacris Saturni, cui pp odiū Iouis, ſine reſpectu pietatis paruulos ſuos immolabāt, & †Bellonæ qui ſacerdotes ꝓprio ſanguine ſacrificabāt. Vñ Quintilianus: Illud inq̃t ſi cogit Deus, iratus eſt: ſi iratus eſt, nō acceptat ſacrificia veſtra.

*Beromi ſacra ſuo ſanguine litabant*

*† Palladi lud. vel Quinquatriæ*

c *Aut obſ. ſa.* Sicut i ſacris Iſidis Aegyptiæ, & Cereris Eleuſinæ faciebant. Nā ſicut ibi Iſiris plāctu matris inquirit, ita hic ad inceſtū patrui Plutonis matri noniū, rapta Proſerpina. Quā qa facibus ex Aetna accēſis, quæſiſſe Ceres in Sicilia dr̃, ideo ſacra eius ardētiū tędarū iactatione celebrabant. Similiter in ſacris Liberi patris inſaniunt, & magnę matris, vbi ad exemplum Deorū (qui in feſtiuitate ſatiati, noctem luxibus totā duxerunt) ludunt. Quia per libidinē & immunditiam dijs ſuis placere putabant.

*Proſerpina*

*Liber*

d *Omnia* enim confuſa erāt, ibi nulla ratio, nulla religio vera: quantò quis ſceleratior erat, tātò magis Deo ſuo placere putabat.

e *Infandorum enim.* Nulla maior dementia, quam Deum viuū deſerere, & mortuis deſeruire. Cū enim mēs ſe à creatore ſuo auertit, omnibus implicatur ſceleribus. Initium enim omnis peccati ſuperbia eſt.

*Dementia aeterna idolor. Supra. 10.b*

f *Finis.* Conſummatio & plenitudo. Qui enim pro Deo colunt idolum, omnia reputantur eis in peccatum.

g *Aut enim dum lætan.* Quia dum iurant, nomen Dei polluunt, qui ait: Non aſſumes nomē Dei tui in vanū. & p nomen deorū externorū ne iuretis. ſed cū Deū illudere ſe æſtimant, in ęternā mortem ſemetipſos ꝑcipitant. Heretici autem errorum ſuorū ſimulacra colētes pditionis ſuæ cā ſiūt, quorū & doctrina falſa, vita iniuſta, lętitia inſana, mors nefanda: quia cū iniuſtè iurāt in idolo, nec ſperāt in Deo ſuo, ideo meritorū ſuorū recipiēt vindictā. vnde ſequit: Nō. n. iurātiū eſt virtus.

*Exo. 20. b*

Tu autem

vt ſimilitudinem in melius figuraret. Multitudo autem hominum abducta per ſpeciem operis, eum qui ante tp̃s tanq̃ homo honoratus fuerat, nunc Deum æſtimauerunt. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quoniā aut affectui aut regibus deſeruientes homines, incōmunicabile nomen lapidibus & lignis impo-

a ¶Quoniā ſub ficta religione omnibus ſe vitijs ſubdiderunt.

ſuerūt. Et nōn ſuffecerat eos erraſſe circa Dei ſciētiā, ſed & in magno vi-

a ¶Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.

uentes inſcientiæ bello, tot & tanta

a ¶Sub regno enim diaboli diuerſis vitijs ſubiecti, verum habere non putuerunt pacem.

magna mala pacem appellant. Aut enim filios ſuos ſacrificātes, aut obſcura ſacrificia facientes, aut inſaniç plenas vigilias habentes, neque vitā, neq; nuptias mundas iam cuſtodiūt, ſed & alius aliū per inuidiam occidit, aut adulterās contriſtat, & omnia cōmiſta ſunt: ſanguis, homicidiū, furtū, & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & periurium, tumult⁹ bonorū, Dei immemoratio, animarū inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarū incōſtantia, inordinatio męchię & impudicitię. Infandorū enim cultura idolorū omnis mali cauſa eſt, & initiū & finis.

¶In feſtis vel in ludis.

a ¶Dum fornicādo ſunt, aut libidine ſe polluunt.

Aut enim dum lætātur inſaniūnt,

a ¶Auditores ſuos ſeducunt.

aut certè vaticinantur falſa, aut vi-

a ¶In animam mor ui.

uunt iniuſtè, aut periurant citò. Dū enim confidūt in idolis, q̃ ſine intellectu & ſine anima ſunt, malè iurātes noceri ſe non ſperant. Vtraq; ergo illis eueniēt dignè, quoniā malè ſenſerūt de Deo, attēdētes idolis, & iniuſtè in idolo iurauerunt cōtem-

*fugientibus ad eorum imagines parcebant.*

*l* Aut regibus deſeruien. ho. *modo prædicto.*

*m* Incommuni. no. *deitatis.*

*n* Lapidibus et lignis impo. *ipſos Deos nominantes. Hoc enim nomen Deus ſignat naturam diuinam, quæ nullo modo eſt multiplicabilis: propter quod hoc nomē Deus, eſt incōicabile ſecundū rem. eſt tñ cōicabile per ſimilitudinē. ſicut hoc nomen Alexāder, eſt incōicabile ſecundum rem, eò q̀ eſt vnius ſingularis perſonæ nomen. cōicatur tñ per ſimilitudinem hominibus liberalibus, liberalitatem Alexādri participantibus. & ſic hoīes participātes aliquid diuinum, dij noīantur, ſicut Exo. 7. a. de Moyſe dicitur: Ego conſtitui te Deum Pharaonis. & Pſ. 81. b. Ego dixi: dij eſtis.*

*Dei nomen incōicabile*

*o* Et non ſu. *Hic conſequenter declaratur malum multiplex ex idololatria procedens, cùm dicitur: Et non ſuffecerat, idololatris.*

*p* Erraſſe circa Dei ſcientiam. *eius dignitatem lignis & lapidibus attribuentes.*

*q* Sed et in magno uiuentes etc. *nam bellauerunt cōtra dominum & contempſerunt virtutis bonum ex defectu ſcientiæ Dei.*

*r* Tot & tanta magna mala. *quæ conſequenter exprimuntur, cùm dicitur:*

*s* Aut enim filios ſuos ſacri. &c. *idolis, vt dictum eſt ſuprà.*

*t* Aut obſcura ſacrificia faci. *i. de nocte, eò quòd propter ſuam turpitudinem non fiebant de die.*

*u* Aut inſaniç plenas &c. *nam in aliquibus ſacrificijs fiebant ſacerdotes arreptitij, in quibus dæmones loquebantur.*

*x* Neq; uitam. *id eſt vitæ honeſtatem.*

*y* Neq; nuptias mundas &c. *ſed per adulterium polluunt.*

*z* Sed & alius alium per inuidiam &c. *ſicut Cain Abel fratrem ſuum.*

*a* Aut adulterans contriſtat. *polluendo eius vxorem.*

*b* Et omnia commiſta ſunt. *id confuſa, & omni rationis ordine deſtituta.*

*c* Sanguis. *in proximi vulneratione.*

*d* Homicidium. *in eius occiſione.*

*e* Furtum. *in ſuæ rei ſubtractione.*

*f* Et fictio. *in hypocriſis ſimulatione.*

*g* Corruptio. *in virginum defloratione.*

*h* Infidelitas. *in proximi deceptione.*

*i* Turbatio. *in diſcordiarum ſeminatione.*

*K* Periurium. *in falſa iuratione.*

*l* Tumultus. *in ſeditionis motione.*

*m* Bonorum Dei. *in ingratitudine.*

*n* Ani. in. *per vitium gulæ & luxuriæ.*

*o* Natiui. *per vitium Sodomiæ. nam ex tali concubitu non naſcitur fœtus.*

*p* Nuptiarū inconſtantia. *quia aliqui proprias vxores adinuicem communicabant.*

*q* Infandorum. *id eſt nefandorum.*

*r* Idolorum cultura omnis mali cauſa eſt, &c. *quia per eā homo directè à Deo auertitur. & ſic de peccato in peccatum ruit & labitur.*

*s* Et finis. *id eſt conſummatio. Nam idololatria eſt malum maximum de genere ſuo. vnde Leuitic. 15. b. dicit gloſ. Omne peccatum eſt immunditia animæ, ſed idololatria maximè.*

*t* Aut enim dum lætantur. *in feſtis idolorum.*

*u* Inſaniunt. *quia ſiunt arreptitij.*

*x* Aut certe uaticinantur falſa. *de corde ſuo fingentes ea, ſicut faciebant aliqui ſacerdotes idolorum, denuntiantes hominibus proſpera propter quæſtum.*

*y* Aut uiuunt iniuſte. *inferentes proximis nocumenta.*

*z* Aut periurant cito. *propter malitiam ſuam duplicem, propter quod ſubditur:*

*a* Dum enim confidunt in idolis, quæ ſunt ſine anima. *& per conſequens ſine voluntate & intellectu.*

*b* Male iurantes. *id eſt falſum per idolum iurantes.*

*c* Noceri ſe non ſperant. *quia de hoc puniri non timent ſicut nec mali Chriſtiani peierantes per nomen Chriſti. ideo concluditur eorum punitio cùm dicitur:*

*d* Vtraque ergo illis euenient digne. *id eſt iuſtum eſt, vt puniantur pro vitio vtroque, ſcilicet idololatria & periurio. ideo ſubditur:*

*e* Quoniam male ſenſerunt de Deo. *per idololatriam.*

*f* Et iu. in. *periurando ad proximi defraudationem.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *a* Vt ſimi. *id eſt imaginem.*

*b* In melius fi. *eam faciendo rege pulchriorem.*

*c* Multi. autem ho. *quæ communiter eſt ſimplicium.*

*d* Abducta per. *id eſt ſeducta per pulchritudinem imaginis.*

*e* Eum qui an. t. *illud.*

*f* Tan. ho. *purus & mortalis.*

*g* Ho. fue. *ratione ſuæ poteſtatis.*

*h* Nunc Deum æſtima. *falſo. & ex prædictis concludit.*

*i* Et hæc fuit uitæ humanæ deceptio. *trahens ad idololatriam.*

*k* Quo. aut affectui. *parentum ad defectos filios, vel alios amicos, qui fugientibus*

¶ a Non enim



nentes iuſtitiam. Non enim iurantium eſt virtus, ſed peccantium pœna † perambulat ſemper in iuſtorum † præuaricationem.

*† perambulabat*

## NICO. DE LYRA.

¶ *a* Non enim iurantium &c. *id eſt iuramentum nō eſt appetendum, tanquam per ſe bonum, ſed in neceſſitate tantum eo eſt vtendum ad veritatis & fidelitatis inter homines firmamentum.*

*Iuramentum*

*b* Sed pecca. pę. &c. *id eſt creſcit & augmentatur.*

*c* In iuſtorum præua. *id eſt in tranſgreſſionem mandatorum Dei, quæ ſunt iuſta. nam à Deo non poteſt aliquid procedere niſi iuſtum, &c.*

## GLOS. ORDIN. CAP. XV.

TV *autem.* Iuſto enim iudicio damnati ſerò pœnitentes agnoſcūt, quod antea credere noluerunt. vnde: Cognoſcetur dominus iudicia faciens, in operibus manuū ſuarum comprehenſus eſt peccator. vnde Iohannes: Qui habet ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt: & omnis qui in eo manet, non peccat.

b *Noſſe enim te &c.* Perceptio eſt incorruptionis, & in futuro cōtemplationis. vnde: Hæc eſt enim vita æterna, vt cognoſcant te verum Deū, &c.

c *Non enim in er.* Ex perſona fidelium loquitur, qui Dei gratia muniti, non miſcuere ſe Gentilium iniquitati vel idololatriæ: qa ſine fructu iuſtitiæ eſt labor iſte, & mortē meretur ęternā.

d *Malorum amatores.* Similes illis fiant, qui faciunt ea, & oēs qui confidunt in eis. Inuentores quoq; falſorū dogmatum, & cultores digni ſunt morte. Diſperdet eñ Deus virū qui hæc fecerit. i. magiſtrū & diſcipulum eius. Reprobauit ſuperius lignea, lapidea, vel ærea idola, nunc etiam fictilia dānat. Iuſtè enim retributum eſt eis. vt qui de terra facti ſunt, quia meliorē ſui partem. i. animā ad imaginē Dei creatam ad adorandum Deum viuū ſequi nolebant, viliorem ſui partem, id eſt corpus terrenum imitando, luteum adorarent Deum, & ſine boni operis fructu terrę inſenſibili de qua ſumpti ſunt inſenſati, inutiles redderentur. Myſticè aūt hæretici & ſchiſmatici, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent, & mendatium pro veritate in doctrinę ſuę ſimulacris colunt, licèt eloquentia aut ficta virtute pallient, fragilia tamen & lutea ſunt, quę fingunt. Et: e *Cinis eſt cor* eorum,

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XV.

TV autem Deus. *Reprobata idololatria gentium, hic conſequenter commendatur latria Iudæorum. Et diuiditur in tres partes. Nam primò ponitur veræ deitatis confeſſio. ſecundò idololatriæ reiectio, ibi: Non enim. tertiò contra idololatras inuectio, ibi: Sed & figulus. Circa primum dicit Philo pro ſe & toto Iudæorum populo.*

*a* Tu autem Deus. *omnium per creationē.*

*b* Noſter. *per cultum ſpecialem.*

*c* Suauis. *per tuam erga nos condeſcenſionē.*

*d* Et ue. es. *contra idolorum falſitatem.*

*e* Patiens &c. *per pœnitentiæ noſtræ expectationem, ideo ſubditur:*

*f* Et enim ſi pecca. tui. ſu. *quia te dominū noſtrum confitemur.*

*g* Scientes magnitudi. *cuius non eſt finis.*

*h* Et ſi non peccaue. *mortali peccato. nam veniale non poteſt totaliter euitari.*

*i* Scimus quo. apud te ſumus compu. *numero & merito cum electis: peccatum enim veniale non tollit gratiam.*

*K* Noſſe enim te. *fide formata charitate.*

*l* Conſummata iuſtitia eſt. *nam dignum facit vita æterna.*

*m* Et ſcire iuſti. &c. *ſcientia practica.*

*n* Radix eſt immor. *nam per opera iuſtitię pertingitur ad immortalitatem gloriæ.*

*o* Non enim. *Hic conſequēter ponitur idololatriæ reiectio, cùm dicitur: Non enim in er. idololatriæ.*

Indu.

## CAP. XV.

a ¶Inæſtimabilis charitatis.

TV autem Deus noſter ſuā-

a ¶Quia nec fallit nec fallitur.

b ¶Diu ſuſtinens peccantes, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat.

uis, & verus es, patiens & in miſericordia diſponens omnia. Etenim ſi peccauerimus, tui ſu-

a ¶Q. Euadere non poſſumus, quia creatura tua ſumus.

mus, ſcientes magnitudinem tuam: & ſi non peccauerimus,

a ¶Apud quem bonorum omnium numerus ſeruatur.

ſcimus quoniam apud te ſumus

a ¶Summa beatitudinis perfectio.

computati. Noſſe enim te conſummata iuſtitia, eſt, & ſcire

a ¶Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam qui factus eſt nobis à Deo ſapientia & iuſtitia.

iuſtitiam & virtutem tuam, radix eſt immortalitatis. Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec vmbra picturæ labor ſine fructu, & effigies ſculpta per varios colores, cuius aſpectus inſenſato dat concupiſcentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem ſi-

a ¶Non ſolum qui faciunt idola.

ne anima. Malorum amatores digni ſunt morte, qui ſpem habent in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt. Sed & figulus mollem terram premens, laborioſè fingit ad vſus noſtros vnumquodque vas, & de eodem luto fingit quæ munda ſunt in vſum vaſa, & ſimiliter quæ his ſunt contraria. Horum autem vaſorum quis ſit vſus, iudex eſt figulus. Et cum labore vano Deum fingit de eodem luto, ille qui paulò antè de terra factus fuerat, & poſt puſillum † reducit ſe vnde acceptus eſt, repetitus animæ debitum quam habebat. Sed cura eſt illi, nō quia laboraturus eſt, nec quoniam breuis illi vita eſt, ſed concertatur aurificibus & argentarijs, ſed & ærarios imitatur, & gloriam præfert, quoniam res ſuperuacuas fingit. Cinis eſt enim cor eius, & terra ſuperuacua ſpes illius, & luto vilior vita illius: quoniam igno-

*p* Indu. nos. ho. *i. artis idolorum factiuæ, quæ ad malum inducit.*

*q* Nec vmbra. pi. *decorans idolum. Sciendum, q̀ Philo loquitur hic pro ſuo tempore. nam ante captiuitatem Babylonis populus Iudæorum fuit irretitus multis idololatrijs, vt patet 4. Reg. & poſt captiuitatem Babylonis tpe Antiochi Epiphanis, vt hr̃. 1. Mac. & 2. Sed & tpe Philonis Caius imperator miſit ſtatuam ſuam per orbem, vt adoraretur in ea: quā ſoli Iudæi adorare renuerunt, vt dicit Ioſephus antiquitatis Iudaicæ li. 18. et ſub noīe Iudæorū intelligit Chriſtianos, q tunc adhuc legalia in multis ſeruabāt: pp qd Philo in eorū laudem librū ſcripſit, vt dicit Hier. in li. illuſtriū virorum.*

*Caij ſtatua*

*r* Lab. ſi. fr. *In talibus enim magnus eſt labor & nullus fructus, imò finis peſſimus.*

*s* Cuius aſpe. in dat. cō. *attrahens eius animum ad idoli reuerentiam.*

*t* Et di. mor. ima. *id eſt vita carentis. Effigiem. Et ſubditur eius pœna, dicens:*

*u* Malo. *id eſt idolorum.*

*x* Ama. *temporali & æterna.*

*y* Sed & fig. *Hic conſequenter ponitur contra idololatras inuectio. & primò contra idolorum fictores. ſecundò contra eorū cultores, ibi: Oēs enim inſipiente. Circa primū ſciendum, q̀ fingi propriè dicitur quod de terra formatur. & inde figulus appellatur, & vaſa terrea fictilia dicuntur. Et quia pauperes idola argentea & aurea habere nō poterāt, ideo figuli cęperunt idola terrea facere, quæ quilibet poterat hr̃e. et de codē luto faciebāt figuli vaſa ad varios vſus apta. Et hoc eſt qđ dicitur: Sed & fig. & patet litera vſque ibi:*

*Diuiſio*

*Idola ampliſſi materia formabātur*

*z* Et de e. ſ. *vaſa honeſtis vſib. applicabilia.*

*a* Et ſi. qui his ſu. con. *id eſt applicabilia vſibus inhoneſtis.*

*b* Ho. au. va. quis ſit uſ. *i. debeat eſſe.*

*c* Iu. eſt. *ſ. qui vaſa format ſecundum vſum ad quem debent applicari.*

*d* Et cum la. ua. *Labor enim in fingendo vaſa non eſt vanus, quia deſeruit humanis vtilitatibus, ſed labor fictionis idoli eſt vanus, quia idolum non valet alicui vſui.*

*e* Ille qui pau. de er. fa. *in quantum ad corpus humanum factum de limo eſt terrenū.*

*f* Et poſt p. *quia breuis eſt hominis vita.*

*g* Re. ſe. un. *ſ. ad terram ad quam ducit mutua elementorum contrariorum actio, quæ ſunt in corpore humano.*

*h* Rep. *à Deo.*

*i* Ani. de. *quam Deus repetet in morte. ſicut eam tradiderat in infuſione.*

*k* Sed eſt cu. il. *ſcilicet figulo.*

*l* Non quia la. *id eſt non ſolum eſt ſolicitus de ſuo labore & vitę breuitate.*

*m* Sed cō. au. *non arguendo q̀ opus ſuum ſit magis pretioſum, ſed q̀ ſit vile pluribus: quia poteſt haberi paruo pretio, & per conſequens ab omnibus.*

*n* Sed & ær. imi. *fingendo idola, factis de ære ſimilia.*

*o* Et gl. ar. ſu. præ. *quia multitudo hoīm pro idolis habendis recurrit ad eum.*

*p* Q. o. res. ſu. *i. nullius aut parui pretij reſpectiuè ad argēteas vel aureas fingit, quas quilibet poteſt habere.*

*q* Cinis eſt. e. cor ei. *p affectionem. Dicit. n. Aug. Si diligis terrā, terra es. Iſte verò totā attētionē ſuā ponit ad terræ figurationē, q̃ miſtione aquæ priuata redigeret in puluerē vel cinerem: propter qđ cor figuli dicitur cinis.*

*r* Et ter. ſuper. *vnde fingit idola.*

*s* Spes illi. *qa de hoc ſperat viuere, iō ſubdit:*

*t* Et lu. vi. ui. illi. *quæ ordinatur ad lucrū ex luto ſicut ad finē. & finis pſtantior eſt his quę ſunt ad finē. Et rō huius erroris ſubditur:*

*u* Quoniā ignora. eū. qui ſe fin. *ſ. Deū q in formatione corporis eſt autor principalis.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

eorum, & fœda cogitatio eorum, & vita cęno ſordidior, q. ignorant factorem ſuum, & euaneſcunt in cogitationibus ſuis. Senſum aũt Sanctorum patrũ ſpernunt, & errores nouos quaſi ludos vanos propter fauorẽ humanũ & terrenũ lucrũ fingunt, errantes. ſ. & in errorem mittentes, vt inexcuſabiles ſint: cũ iudicabit Deus occulta cordium, & reddet vnicuique ſecundum opera ſua.

Rom. 1.

a *Hic non ſcit &c.* Nullam excuſationem hñt hæretici, quia ſcienter peccant, dũ fidẽ ſanã & rectã doctrinam nolũt imitari, magis terrenũ ſenſum & fragilem, q. ſpiritualem ſequentes.

b *Melior eſt &c.* Quia melior eſt homo idolis ſecũdũ rõnem creationis, quia viuit & intelligit, illa autẽ nunquam. Sed quia magis ſequitur vanitatem erroris, quàm veritatis ſcientiam, cũ in honore ſit, nõ intelligit: & cõparatur iumẽtis inſipientibus. (Pſal. 48. d)

c *Inſenſata.* Q. Nec diſcretionem habebant. In veritate enim viuẽtia meliora ſunt mortuis, ſenſibilia in ſenſibilibus, rõnalia in rõnabilibus. Sed dignum fuit, vt qui ignorabant creatorem, in creaturis diſtinctionẽ non ſcirẽt. Qui. n. laudem & benedictionẽ Dei in ſe hr̃e negligit, in diſcretione animaliũ ſeipſum errare oſtendit.

## GLOS. ORDINARIA. CAP. XVI.

PRopter &c. Sequitur:

d *Pro quibus &c.* Populus Iſrael in deſerto carnes cõcupiuit, & coturnices Deo iubente accepit, & comedit vſque ad nauſeam, ſed vindicta propè fuit, quia percuſſit eos dñs plaga magna, & vocatur locus ille ſepulcra concupiſcentiæ. Hæc cõmemorat ſapientia alternatim diſputans de interemptione Aegyptiorum, & corre- (Num. 11. b)

## NICO. DE LYRA.

a Et qui inſpirauit illi animam. *ſcius in fundendo eam per creationem.*

b Et amat quæ op. *ſ. idola.*

c Et qui inſu. *ſ. Deũ ignorauit. & eſt repetitio eius quod dixit:* Et qui in ſpi. &c. *per alia tamẽ verba: quia dicitur anima inquãtum corpus adminiſtrat, ſpiritus verò inquãtum ſupernis vacat.*

d Sed & eſ. *idololatræ dicti.*

e Luſum eſ. *i. carnalem delectationem.*

f Vitam noſtr. *vnde in perſona talium dicitur ſuprà ca. 2. b. Vbique relinquamus ſigna lætitiæ, quoniam hæc eſt pars noſtra.*

g Et cõuerſationẽ uitæ humanæ compoſi. &c. *vnde ſuprà ca. 2. b. ſubditur in perſona talium: Opprimamus pauperem iuſtum, nec parcamus viduæ rapiendo bona eorum, & ideo ſubditur:*

h Et oportere vndecunq; ẽt ex malo &c. *hæc dicebant homines de vita alia non ſperãtes. cuius erroris fuit Simonides poeta dicẽs, q. decet mortalem mortalia ſapere. de quo reprehẽdit eum Philoſophus x. æthicorum, eò q. homo ſecundũ intellectum eſt quid immortale & diuinum. ex quo concludit Philoſophus, q. homo ſe debet ad immortalia & æterna trahere, quantum poteſt per cognitionem & amorem, & concludit Philo de ſigulo dicen:* (Simonides)

i Hic e. ſcit. *ideſt ſcire debet.*

k Se. ſu. o. *idolorum factores.*

l Delin. qui ex ter. &c. *nã tã vilis eſt, q. nullus debet ignorare, q. Deus nõ põt fieri ex ea.*

m Oẽs enim. *Poſt inuectionem contra idolorum fictores, hic ponitur inuectio contra illorum cultores. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur inuectio contra cultores imaginum. ſecundò contra cultores animalium, ibi: Sed & animalia. Circa primum dicitur: Omnes enim inſi. &c. ideſt idololatræ de Deo malè ſentientes, & à felicitate vera deuiantes.* (Diuiſio)

n Supramodum animæ ſuæ. *id eſt plus quàm valeant.*

o Su. ſu.

Margin: & amat; Rom. 1. c; Ibidem. a; † imperantes; † Pſ. 113. b & 134. c; † Nõ enim; † miſerrima.

rauit qui ſe finxit, qui inſpirauit illi animam, & amat quæ operatur, & qui inſufflauit ei ſpiritum vitalem. Sed & æſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram, & conuerſationem vitæ compoſitam ad lucrum, & oportere vndecunque etiam ex malo acquirere. Hic enim ſcit ſe ſuper omnes delinquere, qui ex terræ materia fragilia vaſa & ſcul(¶ Qui idola Deos putant.)ptilia fingit. Omnis enim inſipien(Licet dominari videantur.)tes & infelices ſupramodum ani(a ¶ Quia vermis conſcientiæ non moritur, ignis eorum non extinguetur.)mæ ſuæ ſuperbi ſunt, inimi populi tui, & † improperantes illi. † Quoniã omnia idola nationum (a ¶ Simulacra gentium argentum & aurum opera manu. hom. Os habent & non loquentur, oculos habent, & non videbunt.) Deos æſtimauerunt, quibus neque oculorum viſus eſt ad videndum, neq; nares ad percipiendum ſpiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum: ſed & pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos, & qui ſpiritum mutuatus eſt, is finxit illos. † Nemo enim ſibi ſimilem homo poterit Deum fingere. Cùm enim ſit mortalis, mortuũ fingit manibus iniquis. Melior eſt enim ipſe his quos colit: quia ipſe quidem vixit cùm eſſet mortalis, illi autem nunquam. Sed & ani(a ¶ Non ſolum ſcilicet hominum ſpeciem.)malia † miſerrimi colunt. Inſenſata enim comparata his, illis ſunt deteriora. Sed nec aſpectu, † aliquod ex his animalibus bona poteſt conſpicere. Effugerunt autem Dei laudem & benedictionẽ eius.

## CAP. XVI.

PRopter hęc & his ſimilia paſſi ſunt dignè tormenta, & per multitudinẽ beſtiarum exterminati ſunt. Pro quibus tormentis bene diſpoſuiſti populum tuum, quibus dediſti concupiſcentiam delectamenti ſui nouum ſaporem, eſcam parans eis ortygometram: vt illi quidem concupiſcentes eſcam propter ea, quæ illis

o Su. ſu. *de ſe præſumentes.*

p In. p. tui. *opprimendo cultores Dei.*

q Et im. illi. *Tempore nanque Philonis Caius erat Imperator Romanus, & miſit ſtatuam ſuam per orbem, vt adoraretur tanquã Deus, vt dictum eſt ſuprà præcedenti ca. & intulit Dei cultoribus multa grauamina.*

r Quo. omnia idola na. *diuerſarum.*

s Deos æſtima. *ſ. Romani. Vnde dicit Leo Papa in ſermone de beatis Apoſtolis Petro et Paulo, q. Roma magnam ſe videbat ſecuſſe religionem, cum nullius gentis reſpueret falſitatem. Cætera patent vſque ibi:*

t Sed & pe. eo. pi. ad am. *quia non poſſunt ſe mouere. & ſubditur ratio cum ſubditur:*

v Homo enim fe. il. *qui per artem non poteſt facere aliquid viuum.*

x Et qui ſpir. muta. eſt. *à Deo.*

y I. finxit illos. *& quia cauſa effectiua potior eſt ſuo effectu, ideo ſubditur:*

z Nemo enim ſibi ſi. ho. po. Deum &c. *qui ſuperior eſt homine.*

a Cum enim ſit mortalis. *ſcilicet homo.*

b Mortuum. fin. *ſ. idolum vita carens.*

c Manibus iniquis. *nam ad iniquitatem opus eius ordinatur.*

d Melior eſt enim ipſe &c. *quia melior eſt viuens non viuente.*

e Sed & anima. *Hic ponitur inuectio contra cultores brutorum animalium, cum dicitur: Sed & ani. bruta.*

f Miſerrimi. *idololatræ colunt, qui dicuntur miſerrimi, eò q. inferiorem ſe colunt tanquam ſuperiorem. ideo ſubditur:*

g Inſen. enim. *id eſt animalia bruta.*

h Comparata his. *id eſt hominibus.*

i Illis ſu. de te. *quia carent intellectu.*

k Sed nec aſ. *i. ex his, quæ videbant in dictis animalibus non poterant aliquod bonũ arguere: propter quod deberent ea colere.*

l Effugerunt autem Dei la. *brutis animalibus impendentes ipſam, & per conſequẽs:*

m Benedi. e. *id eſt gratiæ ſuæ donum, quod frequenter in ſcriptura benedictio nominatur, eo modo loquẽdi quo dicitur. 1. Re. 25. e. Accipe benedictionem hanc, &c.*

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVI.

PRopter hæc & his ſi. paſ. ſunt digne tor. &c. *Hæc eſt tertia pars, in qua recolitur tertium Dei beneficium collatum Heb. & cõtrario tormentũ inflictum Aegyptijs. Et eſt iſtud beneficium de cibo collato Iudęis in deſerto, principaliter tamen. nam & alia quædam beneficia ſecundario in hoc ca. recoluntur. Igitur præſens ca. in duas partes diuiditur, quia primò recolitur coturnicũ eſca. ſecundò manna cęlitus data, ibi: Pro quibus Angelorum eſca. Prima in duas, nam primò beneficiũ dictum recolitur. ſecundò quędam obiectio remouetur, ibi: Et enim cum illis. Circa primum continuando ſe ad præcedentia immediatè dicit:* († aliquid Diuiſio)

n Pro. h. & h. ſi. *ſ. idololatrias prædictas.*

o Paſſi ſu. *ſ. Aegyptij idololatræ.*

p Et per m. be. ex. ſu. *ſ. ranarum & muſcarum, Exo. 8. f. Sciẽdum tamen, q. vbi tranſlatio noſtra habet: Omne genus muſcarum, Exod. 8. f. In Heb. habetur, Commiſtionem, & dicit glo. Heb. quòd venerunt animalia diuerſorum generum ad afflictionem Aegyptiorum.*

q Pro qui. tor. *i. loco tormentorum Aegyptijs inflictorum, & econtrario.*

r Be. di. po. tu. *id eſt cibum delectabilem ab eis concupitum, Nu. 11. b.*

s No. ſa. *n. manna deſipiebat eis, propter quod concupierunt eſum carnium.*

t Eſ. pa. e. or. *id eſt coturnicẽ. et ponitur hic ſingulare pro plurali, ſicut, Exo. 8. f. Venit muſca grauiſſima. id eſt multitudo muſcarum. & ſic eſt in propoſito, quia tunc venit coturnicum maxima multitudo.*

v Vt il. quidem, *ſcilicet Aegyptij.*

x Conc. *ad ſui nutrimentum.*

y Pro. *ſ. ranas et muſcas venenatas cibos Aegyptiorũ fędãtes & venenãtes.*

a Etiam



& correctione Iſraelitarum: quia illi Deo repugnãtes, & in populum ſęuiẽtes, ſine excuſatione ſubitò perierũt. hi verò correcti & diſciplinati, omnino diuino ſolatio non caruerunt: Vnde ſequitur: Nõ n. in perpe. perma. ira tua. Aegyptij varijs erroribus dediti, populũ Dei perſecuti ſunt, idõ multi puniti ſunt, & experti ſunt ſęuitiam beſtiarum, ranarum. ſ. & locuſtarũ, & muſcarũ. vñ: Miſit in eos muſcam caninam, & comedit eos, & ranã, & exterminauit eos, &c. Hæreticos aũt & ſchiſmaticos, & omnes iniquos ſpirituales beſtię. i. dęmones laniant, quorum voluntati cõſentiunt: ideo eis cruciandi iuſtè traditi ſunt.

a *Sed non.* Non. n. ſerpens ęneus ſanabat illos, ſed ſacramẽtum myſterij. i. mors Chriſti in ſerpente figurata. Ipſe. n. genus humanum liberauit. In figura. n. omnia contingebant illis. Chriſtus. n. antiquum ſerpentem in cruce triumphauit, & eius venenum ſuperauit, vt qui verè imaginẽ Chriſti & paſſionẽ conſpexerit, ſaluetur. vñ: Sicut exaltauit Moyſes ſerpẽtẽ in deſerto, ita exaltari oportet filiũ hominis, ut omnis qui crediderit in ipſum, non pereat: ſed habeat vitã ęternam. Rectè ęneus ſerpens in ligno ſuſpenditur. Æs enim cęteris metallis durabilius eſt. In ſerpente ergo, Chriſtus mortuus in ęre, ęternus ſignificatur: quia mortuus per humanitatem, quaſi ęneus eſt per diuinitatem.

b *Illos enim &c.* Probantur electi per afflictionẽ, & monentur ut peccata caueant, & bona faciãt. Reprobi diſperguntur, q. nõ corrigunt. Idõ idololatras parua animalia interimunt. Iſraelitas ergo Dei cultores ſerpẽtes exterminare non pñt, q. nouit dñs pios de tẽtatione eripere: iniquos verò in die iudicij reſeruare cruciãdos.

c *Sed tu. do. ſer.* i. filius per quem omnia, cuius poteſtas vbiq;. Qui omnia quæcunque voluit fecit, ipſe curat corpora, ipſe à ſpiritualibus beſtijs animas ſaluat.

d *Ho. au. oc.* Homo per malitiã, nequitiam. ſ. propriæ voluntatis, & effectũ prauæ actionis occidit animã. Vnde quidam ait: Neminẽ lędi poſſe niſi à ſemetipſo, quia aut proprij ſceleris inuentor eſt, aut conſentit alienis. Si enim homo cuſtodit mẽtem, & non conſentit perſuaſioni iniquę, liber eſt ab omni crimine.

e *Ne. enim no. &c.* Raba. Diuerſis plagis afflicti ſunt Ægyptij, inter quas grandine ſimul & igne. Grãdo enim & ignis pariter miſta ferebantur, & percuſſerunt cuncta quæ fuerunt in agris. Nec mirum ſi grando & ignis miſta feruntur ſimul, quia ad creatoris voluntatem omnia conſentiunt.

a Quodam

## NICOLAVS DE LYRA.

a Etiam à ne. *i. a concupiſcentia cibi neceſſarij.*

b Aduerteren. *Horrentes cibos comedere fędatos & venenatos.*

c Hi autem. *i. Hebræi.*

d In breui ino. fa. *i. in breui tempore.*

e Nouam guſta. &c. *ſ. ortygometram. Et ſubditur vtriuſque cauſa, cum dicitur:*

f Oportebat &c. *Et iungatur ſic litera: Oportebat enim illis, ſcilicet Aegyptijs.*

g Exercentibus tyrannidem. *in Hebræos, quos affligebant iniuſtè.*

h Sine excu. qui. *i. ſine remedio.*

i His autem. *i. Hebræis.*

k Tantum oſten. *Ad eorum conſolationẽ.*

l Que. &c. *id eſt Aegyptij. Exter. Sequitur:*

m Etenim. *Hic conſequenter remouetur quædam obiectio. Et diuiditur in duas, quia primò facit quod dictum eſt. ſecundò infertur diuinæ poteſtatis confeſſio, ibi: Tu es domine. Circa primum ſciendum, quòd Nume. 21. dicitur, quòd dominus miſit ſerpentes populum Iſrael murmurantem affligentes. Et ex hoc poſſet obijci Hebræos non fuiſſe melioris conditionis quam fuerint Aegyptij morſibus animalium afflicti. Quod remouet per hoc quòd dominus ſtatim dedit remedium Hebræis pœnitentibus, dicẽs Moyſi: Fac ſerpentem ęneum, & pone eum pro ſigno, & qui aſpexerit eum, viuet. & hoc eſt quod dicitur: Etenim cum illis. ſ. Hebræis, & cætera dicta.*

Margin: Exo. 8. f; 1. Cor. 10. c; Nu. 21. b; Io. 3. d; Ps. 33. b; H.

oſtenſa & miſſa ſunt, etiam à neceſſaria concupiſcentia auerterentur. Hi autem in breui inopes facti nouam guſtauerunt eſcam. Oportebat enim illis ſine excuſatione quidem ſuperuenire interitum exercẽtibus tyrannidem: his autem tantùm oſtendere, quemadmodum inimici illorum exterminabantur. † Etenim cùm illis ſuperuenit ſęua beſtiarum ira, morſibus peruerſorum colubrorum exterminaban(a ¶ Quia correxiſti populum murmurantem, mittens ignitos ſerpentes.)tur: Sed non in perpẽtuum ira tua permanſit, ſed ad † correptionem (a ¶ Serpentem æneum pro ſigno poſitum, quem percuſſi aſpicientes ſanabantur.) in breui turbati ſunt, ſignũm habentes ſaluris ad commemorationem mandati legis tuæ. Qui enim conuerſus eſt, non per hoc quòd videbat ſanabatur, ſed per te omniũ ſaluatorem. In hoc autem oſtẽdiſti inimicis † tuis, quia tu es qui liberas ab omni malo. † Illos enim locuſtarum & muſcarum occiderũt morſus, & non eſt inuenta ſanitas animæ illorum: quia digni erant ab huiuſmodi exterminari. Filios autem tuos nec draconum, nec venenatorum vicerunt dentes. miſericordia enim tua adueniens ſanabat illos. † In memoria enim † ſermonũ tuorum † exterminabantur, & velociter † ſanabãtur, ne in altam † incidentes obliuionem non poſſent tuo vti adiutorio. Etenim neque herba, neque malagma ſanauit eos, ſed tuus domine ſermo, qui ſanat omnia. † Tu es domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem, & deducis vſque ad portas mortis, & reducis. Homo autem occidit quidem per malitiam animã ſuam, & cùm exierit ſpiritus, non reuertetur, nec † reuocabit animam quæ recepta eſt: ſed tuam manum effugere impoſſibile eſt. Negantes enim noſſe te impij, per fortitudinem brachij tui, flagellati ſunt: † nouis aquis, & grandinibus, & pluuijs perſecutionem paſſi ſunt, & per ignẽ conſumpti. Quod. n. mirabile erat in aqua, quæ oia extinguit, plus ignis valebat. vindex eſt enim orbis iuſtorũ.

n Sed non in perpe. ira &c. *Nam dediſti eis remedium, ut dictum eſt, ideo ſubditur:*

o Sed ad correptiom bre. &c. *Tempore.*

p Turbati ſunt. *Morſibus ſerpentum.*

q Signum ha. &c. *Serpentem ęneum.*

r Ad commemorationem. *i. percuſſi & ſanati eſſent, memores mandatorum tuorum ad implendum ipſa.*

s Qui enim conuerſus eſt. *ſ. de Hebræis per pœnitentiam.*

t Non per hoc quòd ui. &c. *ſ. per ſerpentem ęneum, qui nullam virtutem habebat ſanandi.*

u Sed per te. om. ſal. *Supple ſanabatur.*

x In hoc autem oſten. *Manifeſtè. Quia tu es qui liberas, clamantes ad te.* († correctionem)

y Illos enim. *ſ. Aegyptios, locuſtarum & muſcarum occiderunt morſus, vt prædictum eſt.*

z Et non eſt in. &c. *i. non eſt datum remedium. Sed contra hoc videtur, quia Exo. 8. dicitur, quod dominus illam plagam remouit. Ad quod dicendum, q. hoc non fuit ad preces Aegyptiorũ, ſed ad preces Moyſi: propter quod remedium nõ fuit datũ Aegyptijs ſicut Hebræis, ideo ſubditur:* (Exo. 8. g)

a Filios autem tu. *i. Hebræos.*

b Nec dra. nec ue. ui. den. *Nam ſanati fuerunt pœnitentes. ideo ſubditur:*

c Miſericordia &c. *Sequitur:*

d In me. enim. *i. vt eſſent memores.*

e Sermonum tuo. ex. *i. affligebantur.*

f Et uelo. ſa. *per tuam miſericordiam.*

g Ne in altam. *i. profundam.*

h Incidentes ob. *Dei.*

i Non poſſent tuo &c. *Propter contemptum tui, ſecundum quod dicitur Prou. 18. Impius, cùm in profundum peccatorum venerit contemnit. Et 29. a. Repentinus veniet ei interitus.* (Prou. 18. a; † ſermonũ)

k Etenim ne. her. *Medicinalis.*

l Neque malagma. *i. emplaſtrum.* († ca le.)

m Sanauit eos ſed tu. do. *Quia dicere Dei eſt facere, in Pſ. 32. Dixit, & facta ſunt.* (Pſ. 32. b)

n Tu es do. *Ex dictis infertur diuinæ virtutis confeſſio, cum dicitur: Tu es domi. &c. conſeruandæ.*

o Et mortis. *Inferendæ.*

p Habes pote. *Tua voluntate.*

q Et dedu. ad por. *Mortis corporalis.*

r Et re. &c. *Sanando, ad portas verò mortis ſpiritualis non deducit: quia non eſt autor peccati. ſed homo per defectibilitatem liberi arbitrij. ideo ſubditur:* (Tob. 13. a)

s Hõ au. o. qui. per m. *Mortalis culpæ.*

t Ani. ſu. *quæ immortalis eſt morte naturæ.*

u Et cum ex. ſpi. *à corpore.*

x Non re. *Via naturæ.*

y Nec re. *ſ. ipſum corpus.*

z Quæ re. eſt. *i. ſeparata ab eo.*

a Sed tu. *nam animæ iuſtorum recipiuntur in manu diuinæ miſericordiæ. peccatorum verò in manu ſuæ iuſtitiæ, ideo ſubditur.*

b Negantes. n. no. te im. *Aegyptij.* († Exo. 9. c)

c No. a. & gran. &c. *Hoc habetur in Exo. 9. vbi dicitur, q. ſuper terram Aegypti grando & ignis miſta pariter ferebantur. Et ille ignis fortius comburebat, quàm ſi eſſet ſolus, ideo ſubditur: Quod enim mirabile erat &c. Et ſubditur cauſa:* (Exo. 9. e)

d Vin. eſt e. or. *i. creatura orbis.*

e Iuſtorum. *i. Hebræorum ab Aegyptijs iniuſtè afflictorum. propter quod creatura obediens creatori mirabilibus modis affligebat Aegyptios. vnde & adbuc ſubditur:*

a Quodam

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

A a *Quodam enim tempore &c.* Ra. Sicut in Gen. legitur: Pluit dominus ſuper Sodomam & Gomorrham ignem & ſulphur, vt diſperderet impios, & in Exodo grandinem pariter & ignem. In libro Numerorum: Miſit ignitos ſerpentes cõtra murmurantes, vt cognoſcant impij, quod omnis creatura parata eſt vlciſci iniuriam creatoris.

Gen. 19. c Exo. 9. e Nu. 21. b

Exo. 16. b *Pro quibus &c.* Rabanus. In deſerto datum eſt manna filijs Iſrael ſuauiſſimum & ſaluberrimum, vt Deo maiores gratias referrẽt, quos ab hoſtibus liberauit, & ſuperno dapibus pauit. Nix autem & glacies ſuſtinebant vim ignis, &c. Duo cõtraria elementa, id eſt ignis & aqua gelata impios concorditer feriebant. Vel quaſi as cęleſtis cibi expreſſa eſt, qui vim ignis vbi oportebat ſuſſerebat, ad calorem ſolis liqueſiebat, album, & minutum apparebat, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudine pruinę. Cuius cibum ſentiebant quaſi ſimile cũ melle, nec ad ignem deficiebat. Vnde in libro Numerorum, Erat autẽ mãna quaſi ſemen coriãdri, & coloris bdellij, &c. Myſticè autem in grãdine & igne dura increpatio, qua ſcriptura diuina peccatores cruciat. In cęleſti cibo conſolatio ſuperna qua iuſtos refouet, ſignificatur. vel manna ſignificat panem qui de cęlo deſcẽdit, & dat vitam mundo, qui ait: Panis quẽ ego dedero, caro mea eſt pro mundi vita. Cruciantur ergo reprobi ſpirituali fame, & ſatiantur electi cęleſti pane. Illi diuerſis laboribus præparãtur ad pęnam, iſti diuina ope quotidie nutriuntur ad vitam. vnde: Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in dño miſeri. circundabit.

† iniuriæ †Exo. 16. d Exo. 9. e Ibi 77. e De conſecr. di. 2. cap. 1. ca. Num. 11. b Myſticè Ioh. 6. e Pſ. 31. b

c *Creatura enim tua.* Cõfundantur hic B peccatores: qui cum cæterę creaturæ factori ſuo deſeruiant, ipſi repugnant. Vnde creaturarum omnium concordia flagellantur, & ſi nõ pęnituerint, perpetuo cruciabuntur: bonis autem vera bona præparantur.

†lenior

d *Propter hoc &c.* Rabanus. Pluit Deus manna de cœlo populo ſuo, aquam de petra dedit, pauit eos carnibus, & veſtimenta eorum nõ ſunt attrita, neque calceamenta, vt creatori ſuo magis deuoti fierent, cuius vbique ſentirẽt auxilium: quoniam non natiuitatis fructus paſcunt homines, ſed ſermo tuus &c. Vñ Moyſes: Dedit tibi cibum mãna, vt oſtenderet q̃ nõ in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Sed ſemper ingrati fuerunt, & figuram tenentes veritatem repulerunt. Ad eccleſiam cuncta tranſlata ſunt. Omnia enim in figura cõtingebant illis. Scripta ſunt autem propter nos. vnde Paulus: Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tran. &c. Petra autẽ erat Chriſtus. i. totius legis firmamentum, & figuræ veritatis, in quem qui crediderit totam legem impleuit. Qui autem non crediderit, tanquàm præuaricator legis in ęternum peribit.

Exo. 16. a Ibi. 17. b Deut. 29. a 1. Cor. 10. a Ibid. 10. a Ibidem. b

e *Vt notum omnibus &c.* Ra. Iſte cibus hiſtorialiter paſcebat patres noſtros: ſed ad ortum veri ſolis liqueſiebat. i. in natiuitate Chriſti ad ſpiritualem vſum ſoluebatur, & in cęleſte ſacra-

a Quodam enim tempore manſuetabatur ignis, ne cõburerentur quæ ad impios miſſa erãt animalia, ſed vt ipſi vidẽtes ſcirent, quoniam Dei iudicio patiuntur perſecutionem. Et quodam tempore in aqua ſupra uirtutem ignis exardebat vndique, vt † iniquam terræ nationem exterminaret. † Pro quibus Angelorum eſca nutriuiſti populũ tuũ, & paratum panem de cęlo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentẽ, & omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtantiã enim tuam, & dulcedinẽ tuam quam in filios habes, oſtendebas, & deſeruiẽs vniuſcuiuſq; volũtati. † Ad quod quiſque volebat, conuertebatur. Nix autem & glacies ſuſtinebant vim ignis, & non tabeſcebant, vt ſcirẽt quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine, & pluuia coruſcans. Hoc autẽ † iterum, vt nutrirentur iuſti ignis etiam ſuæ uirtutis oblitus eſt. Creatura enim tua tibi factori deſeruiens, excandeſcit in tormentũ aduerſus iniuſtos, & † lenior fit ad benefaciendũ pro his qui in te confidunt. Propter hoc & tunc omnia trãsfigurata omniũ nutrici gratiæ tuæ deſeruiebant, ad voluntatem horum qui à te deſiderati ſunt, vt ſcirent filij tui quos dilexiſti domine, quoniam non natiuitatis fructus paſcũt homines, ſed ſermo tuus hos q̃ in te crediderũt, conſeruat. Quod enim ab igne nõ poterat exterminari, ſtatim ab exiguo radio ſolis calefactum tabeſcebat: vt notum omnibus eſſet, quoniã oportet præuenire ſolẽ ad benedictionem tuã, & ad † ortũ lucis te

a ¶ Iudæi in ſpoli... b ¶ Fides quæ expectant regem ... ad ... [illegible]

adorare. Ingrati enim ſpes tãquam

g Quoniam Dei iudicio patiuntur. *Cui creatura obedit ad nutum.* C *Patiuntur perſecutionem.*

*h* Et quodam tempore in aqua. *Supra virtutem naturalem.*

*i* Ignis exardebat &c. *Repetitio eſt ad maiorem expreſſionem eius quod dictam eſt ſuprà. Quod enim mirabile erat &c. & ſequitur:*

*K* Pro quibus. *Hic conſequenter agitur de mãna collata. & primò exprimitur Hebręorum conſolatio. ſecundò Aegyptiorum afflictio, ibi: Nix autem. Circa primum dicitur: Pro quibus, id eſt pro afflictionibus Aegyptiorum dictis.*

Diuiſio

*l* Angelorum eſca. *id eſt manna, quæ dicitur Angelorum eſca, eò quòd deſcendebat miniſterio eorum. nam cibo corporali non vtuntur, Tobiæ. 12.*

*m* Nutri. po. tuum. *Exo. 16.*

*n* Et para. pa. de cęlo. *Aereo. nam cum rore deſcendebat, Nume. 11. Præſtitiſti illis ſine labore ſuo.*

*o* Omne dele. in ſe haben. & omnis &c. *Nam bonis ſapiebat prout volebant, vt habetur conſequenter cum ſubditur:*

*p* Sub. enim tuã. *i. diuitias tuæ bonitatis.*

*q* Oſten. *In cibo mannæ.*

*r* Et deſer. vniuſ. uo. *Exiſtenti de numero bonorum. nã malis inſipidus erat cibus. vnde dicebant Num. 21. b. Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo.*

*s* Ad quod quiſ. *Bonus.*

*t* Volebat conuertebatur. *Sapiendo ſibi ſicut volebat, & hoc non erat ex natura mannæ, sed diuina virtute.*

† Decidi, i. e. quotidie.

*u* Nix au. *Hic reuertitur ad Aegyptiorum afflictionem, dicẽs: Nix autem & gla. &c. non tabeſcebant. i. liqueſiebant, quia miſta pariter ferebantur, vt prædictum eſt.*

*x* Vt ſcirent quo. fru. inimi. *ſcilicet Aegyptiorum.*

*y* Exter. ignis ardens in gran. *Sine grandinis diſſolutione.*

† ſacium

*z* Et plu. corru. *Fulguratione, Exo. 9. Conſequenter oſtendit effectum oppoſitum ignis ad conſolationem Hebræorum, dicens:*

*a* Hoc au. ite. *Fuit mirabile.*

*b* Vt nutri. *id eſt viuerent.*

*c* Ignis etiam ſuæ uirtu. obli. eſt. *ſ. ignis in* D *camino trium puerorum, Dan. 3. & etiam in Aegypto. nam animalia Hebræorum de quibus nutriebantur, igne & grandine non fuerunt leſa. licèt enim in terra Geſſen in qua fuerunt filij Iſrael, non fuerunt illa peſtilentia grandinis & ignis, vt dicitur Exod. 9. tñ fuit in circumitu illius terræ, & ſic dr̃ quantum ad hoc ignis oblitus ſuæ virtutis, inquantum animalia illius terræ non læſit, ſicut aliarum in circumitu exiſtentium. Et ſubditur cauſa huius differentiæ, cùm dicitur:*

*d* Crea. enim tibi factori &c. *Et patet litera vſque ibi:*

*e* Pro. hoc & tunc omnia tranſfi. *i. tranſmutata à proprietate ſuæ naturæ ſecundum imperium voluntatis tuæ.*

*f* Omnium nutri. gra. tuę deſer. *Vt dictum eſt de igne & manna.*

*g* Vt ſcirent filij tui. *ſ. Hebræi iuſti.*

*h* Quos dile. domi. *Amore ſpeciali: propter quod data fuit eis lex & prophetæ, & alia ſpecialia beneficia Dei. Pſ. 147. b. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.*

† orientis ſolis.

*i* Quo. non na. fru. *id eſt nati de terra.*

*K* Paſcunt homines. *Supple ſoli.*

*l* Sed ſer. tuus &c. *Deut. 8. a. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod egreditur de ore Dei.*

*m* Quod enim ab igne non pote. exter. *ſ. manna quæ ad ignem indurabatur, & ad ſolem liqueſiebat, ideo ſubditur:*

*n* Sta. ab exi. radio &c. *Vt notum omnibus eſſet. ſ. Hebræis.*

*o* Quo. opor. præue. ſolem. *i. ortum ſolis.*

*p* Ad bene. tuam. *i. ad colligendum manna, quæ benedictio Dei dicitur, eò quòd gratis ab eo dabatur.*

*q* Et ad ortum lucis. *id eſt ſolis.*

*r* Te ado. *De beneficij tui collatione. Et ſubditur cauſa cum dicitur:*

*s* Ingra. enim. *i. eius qui Dei beneficium non recognoſcit.*

*t* Spes tanquam hyber. gla. tabe. *i. totaliter peribit. ſic exponitur communiter. ſed Exo. 16. c. dicitur: Cumq; incaluiſſet ſol liqueſiebat: quod propriè fiebat in meridie. & ideo ibi dictum fuit ſecundum Hebræos, quòd tempus colligendi manna erat poſt ſolis ortum vſque ad horam*

¶ *ſextam*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *a* Quodam enim tempore manſuetabatur ignis. *Prædictis.*

*b* Ne combure. quæ ad impios. *Aegyptios.*

*c* Miſſa erant animalia. *Ad eorum afflictionem, vt dictum eſt ſuprà in principio huius capituli.*

*d* Sed ut ipſi. *Aegyptij.*

*e* Videntes. *Quòd animalia eis nociua non comburebantur, & eis vtilia, vt boues & iumenta, eodem igne conſumerentur.*

*f* Scirent. *Per hoc.*

g Quo-



ſacramẽtũ vertebatur: vt p̃ueniamus A in benedictionibus ſolẽ. i. Chriſti diuinitatẽ, ęternis p̃conijs prędicemus dicentes: In principio erat verbũ, & verbũ erat. Ad ortũ verò ſolis, id eſt Chriſti dicamus: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

Ioan. 1. a Ioan. 1. b

a ¶ Conſtricta. ſ. frigore in fidelitatis.

hybernalis glãcies tabeſcet: & diſ-

a ¶ Sine fructu iuſtitiæ. b ¶ Quia traditio eorum nullis vſui apta, quia cæci ſunt tanquam duces cæcorum.

periet tanquam aqua ſuperuacua.

*præuenire ſolem. i. feruorem ſolis ad colligendum manna, quæ dicitur hic benedictio Dei. Et ad ortũ lucis. i. ſolis. Te adorare in principio collectionis vel collationis diuini beneficij. Sed cõtra hoc vr̃ qd hic præmittitur. Statim ab exiguo radio ſolis &c. Hora vero ſexta nõ eſt exiguus radius in virtute ſed fortiſſimus. Dicẽdum, q̃ imò ſi cõparetur ad feruorẽ ignis de quo hic loquitur & comparatiuè, vt patet. Liber autem Exo. eſt de canone non autem liber Sapientiæ. propter qd̃ litera huius libri magis trahenda eſt ad librũ illum, quàm ecõuerſo.* C

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *ſextam, & ſecundum hoc aliter exponenda eſt hæc litera: Oportet præue-*

## GLOSSA ORDIN. CAP. XVII.

M *Agna enim.* Rab. Myſticè, Omnes perſecutores eccleſiæ Chriſti, ſcelerum ſuorum tenebras patiuntur. nec vnquam ſecuri eſſe poſſunt, quos vexant rectores tenebrarum harum vſque ad exteriores tenebras, vbi erit fletus & ſtridor dentiũ. vnde: Omnis qui malè agit, odit lucem, &c. Hinc Paulus: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, &c.

Myſticè Io. 3. c Ep. 5. b

b *Nemo enim.* Semper enim tenebras comitatur horror: & quantò minus diſcernit quis quæ circa ſe ſunt, tãtò magis metuit vndique aduerſa pauitans. Sic Ægyptij triduo maximas tenebras patiebãtur, quas nec ſol, nec luna, nec ſtellę poterant illuminare, & vbicunque iacebant, nimio terrore pauebant. quod autem dicit:

Tenebræ Aegyptiorum.

c *Triſtes perſo.* Eos terruiſſe potuit fieri, vt dęmones aliqua phantaſmata ingererent, qui eos ad augmentum pęnarum exterrerent. Perſecutores quoque fidei & veritatis, circundãt tenebræ peccatorum, quia ignorant ſolem iuſtitiæ, nec prædicatores illuſtrant eos fulgore doctrinæ. Hos etiã ſonitus deſcendẽs i. comminatio cęleſtis perturbat, & perſonæ triſtes. i. dęmones, quandoque torturi terrificant, nec tamen agunt fructuosè pęnitentiam: ſed deſperantes theſaurizant ſibi iram in die iudicij.

Dæmones. Inſana. B

d *Timore pleni.* Quia vndique pęnas formidabãt. Quantò enim ſunt grauiores dolores, tantò maiores timentur horrores.

e *Et magi. ar. ap. erant &c.* Ra. Cum magi in Ægypto ſuperati eſſent virtute ſignorum, dixerunt: Digitus Dei eſt hic, & qui paulò antè medicos ſe iactabant, ſerpentes & cętera animalia metuebant. Sic quoque qui Chriſtianam derident religionem, qui artes ſuas iactant ſicut diuini aruſpices, hæretici, & ſchiſmatici, licet doctores ſe ſimulent, Chriſti potentia vincuntur, & antiquum ſerpentem cum Angelis ſuis ſęuum patientur inimicum.

Exo. 8. c

f *Macrem.* Ra. Nimietatem timoris notat, quem imminentibus pęnis redarguente cõſcientia patiũtur. cum autem ſemper timida nequitia, pauoris ſui dat indicium, ſupplicio condemnata eſt.

a Proditio

† correctio

## CAP. XVII.

M Agna enim ſunt iudicia

a ¶ Quibus creaturam regis vniuerſam.

tua domine, & inenar-

a ¶ Quia quæ abdita ſunt eruditi nullus enarrare poterit. b ¶ Quia ſcilicet creatorem ſuum credere & intelligere noluerunt.

rãbilia verba tua: propter hęc indiſciplinatæ animæ creauerunt.

¶ Ægyptij.

Dum enim perſuaſum habent iniqui poſſe dominari nationi ſan-

a ¶ Quia tenebras palpabiles paſſi ſunt & merito peccatorum ſuorum ... & tenebroſa obliuionis puniti.

ctæ, vinculis tenebrarum & longę noctis compediti, incluſi ſub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ † iacuerunt. Et dum putant ſe latere in obſcuris peccatis, tenebroſo obliuionis velamento diſperſi ſunt, pauentes horrendè, & cum admiratione nimia perturbari. Neque enim quæ continebat illos ſpelunca, ſine timore cuſtodiebat: quoniam ſonitus deſcendens perturbabat illos, & perſonæ triſtes illis apparentes, pauorem præſtabant. Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec ſyderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam. Apparebat autem illis ſubitaneus i-

a ¶ Qui ... cruciat.

gnis timore plenus, & timore perculſi illius quæ non videbatur faciei, æſtimabant deteriora eſſe quæ videbantur: & magicæ artis appoſiti erant deriſus, & ſapientiæ gloria † correptio cum contumelia. Illi enim qui promittebant timores & † perturbationes ſe expellere ab anima languente, hi cum deriſu pleniti more languebant. Nam etſi nihil illos ex monſtris perturbabat, tranſitu animalium & ſerpentium ſibilatione commoti, tremebundi peribant, & aerem quem nulla ratione quis effugere poſſet, negantes ſe videre. Frequenter enim præoccupant peſſima,

*incomprehẽſibilia. Rom. xi. d. quã incomprehenſibilia ſunt iudicia eius.*

*b* Et in. ver. tua. *ideſt opera verbo tuo facta.*

*c* Propter hæc indiſci. ani. *ideſt homines ueritatem intelligere nolentes cuiuſmodi fuerunt Aegyptij, qui videntes tot dei mirabilia, remanſerunt in errore ſuo obſtinati, ideo ſubditur:*

*d* Dum enim perſuaſum. *i. firmo tenent.*

*e* Poſſe dominari na. ſan. *Credebant enim quòd deus non poſſet Hebræos de ſeruitute eorum liberare.*

*f* Vin. te. *palpabilium, Exo. x.*

*g* Et longę noctis compeditis. *quia tribus diebus nemo mouit ſe de loco in quo erat, vt dicitur ibidem.*

*h* Incluſi ſub tectis. *Ibi enim fugerant aliqui timore percuſſionis inferendæ:*

*i* Perpetuæ prouidentiæ. *ſcilicet diuinæ, quia deus ab æterno præuidit omnia.*

*K* Iacuerunt. *de locis in quibus erant ſe nõ mouentes, vt dictum eſt.*

*l* Et dum pu. *Hic conſequenter ponitur dictæ obtenebrationis ratio. Erant enim Aegyptij tenebris ſpiritualibus peccatorum inuoluti: propter quod iuſtum fuit, ut tenebris corporalibus inuoluerentur, vt pęna correſponderet peccato. & hoc eſt quod dicitur: Et dum pu. ſe la. à conſpectu diuino.*

*m* In obſcuris peccatis. *quæ dicuntur obſcura, eo quòd ſunt in occulto, Ioh. iij. c. Qui malè agit, odit lucem.* D

*n* Te. ob. ve. di. ſunt. *nam aliqui erant in campis, aliqui in domibus, & aliqui in villarum plateis: & ſuperuenientibus ſubito palpabilibus tenebris, nullus mouere ſe potuit, nec per conſequens ſe vel alium conſolari. propter quod dicitur hic tenebroſo obliuionis velamento diſperſi.*

*o* Pa. ho. ex ... [illegible] *ſubita.*

*p* Ne. e. quæ con. ... *tenebra, q̃ ſpelunca dr̃, eo q̃ ... tenebra ...* [illegible]

*q* Sine ti. cu. *ita q̃ ... timebant ... corum. Et ſubditur ratio.*

*r* Qu. ſo. deſ. *ideſt fragor aeris per modum tonitrui.*

*ſ* Per. il. & per triſ. ap. *i. phantaſmata terribilia, ſicut aliquando fit in ſomnis.*

*t* Et ig. qui. nul. ... po. il. lu. præ. *propter denſitatem tenebræ.*

*u* Apparebat autẽ il. *in momento apparẽs nõ ad eorũ cõſolationẽ, ſed magis ad deſolationem: q̃a grauiora formidabant euenire.*

*x* Et ma. ar. *Hic conſequẽter deſcribit deriſio magorũ, q̃ à principio percuſſionis Aegypti conati ſunt facere ſimilia operibus Moyſi, vt hr̃ Exo. vij. & viij. ſed defecerũt in tertio ſigno, ꝓpt qd̃ merito facti ſunt in deriſũ. & hoc ẽ qd̃ dr̃: Et ma. ar. ap. e. de. i. pdict̃is malis accreſcit deriſus magorum Pharaonis.*

*y* Et ſa. gl. co. cũ cõ. *i. ſapiẽtia, de qua magi gloriabant, correpta fuit cõtumelioſe... rũt percuſſi ... ita q̃ nõ poterãt ſe vel alios iuuare, ſo ſubditur: Illi. n. &c. & pertur-*

† perturbationes.

*z* Ni. & ſi ... ex mon. per. *Eo q̃ talibus aſſueti, ſicut de Balaa mago dicit glo. Numer. xxij. c. Balaam aſſuetus monſtris, ad vocem aſinæ non expauit.*

*a* Tranſ. ani. &c. *nã timor ex modico fremitu facit formare imaginationẽ terribilem, ſicut multum timens adeſſe hoſtes ex ſonitu foliorum, vel aliquo huiuſmodi.*

*b* Et aerẽ quẽ nu. ra. *q̃s effugere poſſet. q̃a nullus poteſt uiuere ſine aeris reſpiratione.*

*c* Negãtes ſe uidere. *ex tenebrarũ dẽſitate.*

*d* Freqũẽter enim præoccupãt peſſima. *id eſt credebant adeſſe æſtimatione falſa.*

*Redarguente*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Proditio &c.* Timor.ſ.prodit infirmitatē ſuperbientis, q va na ſpe auxiliorū ſe extollit cogitādo, cū poſſe ſe ſperat, qđ efficere non pōt vel poſſit: & dum virtus minor eſt, valetudo terū quas extrinſecus patitur, maiorē putat eſſe potentiā. hoc in pſecutoribus fidelium frequenter euenit, qui ſe potentes æſtimāt, cum ſanctos cruciant, potentia eorū victi, mentis anguſtia contriſtati cognoſcunt ſe non poſſe quod cupiebant, & maiorē eſſe fortitudinē Dei, qui ſic vincit in militibus ſuis.

b *Illi au.* Aegyptij.ſ.horrore tenebrarum circundati, nec vigilātes, nec dormiētes qeſcere poterant, quia horrendis monſtris & viſionibus & terrore nimio circundabant, nec ſecedendi dabat facultas, qa ſine cōpede & catena ferrea, carcere tñ tenebrarū claudebant. Vñ tribus diebus nemo vidit fratrē ſuū, nec mouit ſe de loco ſuo in quo erat (Exod. 10. f). Vndiq; miſeri cruciabant. quicquid auribus vel oculis, vel quolibet ſenſu pcipiebāt, tāquā piculoſū formidabāt.

c *Om. e.* Quaſi: Impij erant in tenebris, ſed vbicunq; habitabant filij Iſrael, lux erat.

d *Ip. e.* (Tenebræ ſpirituales) Grauiores ſunt tenebræ ſpūales corporalibus: qa ducunt hōies ad exteriores tenebras, vbi erit fletus & ſtridor dentiū, quas Aegyptiæ tenebræ figurāt. Sicut enim corpa ibi nullo bono opi vtilia, ita & hic animæ ſimul & corpora æterno carcere damnātur: vbi nec ratio, nec locus, nec tempus eſt operandi.

redarguente conſcientia. Cùm ſit enim timida nequitia, dāta eſt in omnium condemnationem. ſemper enim præſumit ſæuā perturbata conſcientia. Nihil enim eſt timor, niſi præſumptionis adiutorium, proditio cogitationis auxiliorum. Et dum ab intro minor eſt expectatio, maiorem computat † potentiam eius cauſæ, de qua tormentum præſtat. Illi autem qui † impotentem verè noctem, & ab infimis & ab altiſſimis ſuperuenientem, eundem ſomnum dormientes, aliquando monſtrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione. Subitaneus enim illis & inſperatus timor ſuperuenerat. Deinde ſi quiſquam ex illis decidiſſet, cuſtodiebatur in carcere ſine ferro recluſus. Si enim ruſticus quis erat, aut paſtor, aut agri laborum operarius præoccupatus eſſet, ineffugabilem ſuſtinebat neceſſitatem. Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Siue ſpiritus ſibilans, aut inter ſpiſſos arborū ramos auium ſonus ſuauis, aut vis aquæ decurrentis † nimium, aut ſonus validus præcipitantium petrarum, aut ludentiū animalium curſus inuiſus, aut mugientium valida beſtiarum vox, aut reſonans de altiſſimis montibus echo, deficientes † faciebat illos præ timore. Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur. Solis autem illis ſuppoſita erat grauis nox, imago tenebrorum quæ ſuperuentura illis erat. Ipſi ergo ſibi erant grauiores tenebræ.

*Interlinear glosses:* a Vel dat teſtimonium condemnata. — a Extollitur. — b Quæ non habet tranquillitatis ſerenitatem. — Quia præſumptio comprimitur. — a Medicamentum. — Id eſt claro. — Cordis vel inferni. — † arborum; † in vnum; † faciebat; † horrendam.

## CAP. XVIII.

Iſraelitis quos fides & veritas conſcientiæ illuminabant. a Vera per ſolem & ſpiritualis.

SAnctis autē tuis maxima erat lux: & horum quidē vocem audiebant, ſed figuram non videbant. Et quia non & ipſi eādem paſſi erant, magnificabant te, & quia antè læſi erant, qa non lædebantur, gratias agebant tibi, & vt eſſet differentia, te † Deum petebant. Propter quod ignis ardentem columnam ducē habuerunt ignotæ viæ, & ſolē ſine læſura boni hoſpitij præſtitiſti. Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui incluſos cuſtodiebant ſanctos

*Interlinear glosses:* a Sanctis horum enim vocem inimici audiebant. — a Eaſdem plagas. — a A Pharaone. — a Quia in columna ignis & nubis ducebantur. — Aegyptij. — † domum.

m.ala, & eſt repetitio eiuſdem ſententiæ quæ prædicta eſt. Autor enim huius libri frequenter eandem ſententiam repetit per alia verba.

l *Il. au.* Hic conſequenter ponitur afflictio Aegyptiorum omnium ex obtenebratione, cum dicitur: Il. au. qui in po. ve. noctem. i. tenebras denſas, quæ dicuntur nox potens ex longa duratione, ſ. trium dierum, & ex denſitate, propter quam de loco ſuo non poterat quis ſe mouere.

m *Et a. in.* i. à terra & aqua, ex quibus aſcenderunt fumi acrem ingroſſantes.

n *Et ab al.* i. ex condenſatione nubium illuminationem aeris impediente.

o *Eun. ſo. dor. al. mon.* Aegyptij namq; qui in illo triduo fuerunt aliquantulum oppreſſi ſomno, ſtatim terribilia ſomnia patiebantur, intantum quòd aliqui moriebantur, ideo ſubditur:

p *Ali. ani. de. tra.* i. ſeparatione animæ à corpore.

q *Sub. e. & p.* cōſequēs magis nocinus.

r *De. ſi qui. ex il. de.* i. terrā ex timore.

s *Cu. in car.* qa non poterat ſe mouere.

t *Si e. ru. q. s.* nam vbicunq; erat aliquis occupatus in agro vel in domo, tenebris ſuperuenientibus ibi manſit tribus diebus. ideo ſubditur:

u *Vna enim catena.* Et patet.

x *Sine ſpiri. ſi.* i. ventus flans.

y *Aut in ſpi. &c.* aut reſonans de altiſſimis montibus echo. i. ſonus reflexus.

z *Deficientes fa. il.* Repetitio eſt ſententiæ ſuprà poſitæ. ſ. q timor faciebat eos eſtimare magna pericula ex occaſione modica. Conſequenter oſtēditur quantum ad alios differentia, cum dicitur:

a *Om. e. or. ter.* extra Aegyptiorum locum.

b *Lim. il.* i. intantum, quòd nullus ab operibus ſuis impediebatur.

c *Sol. au. il.* ſ. Aegyptijs.

d *Suppoſita erat.* diuinitus inflicta.

e *Im. te. &c.* nā pfigurabat tenebras gehennæ, quas incurſuri erāt. iō ſubditur:

f *Ip. er. ſi. erant gra. te.* i. cauſa magis grauium tenebrarum. ſ. gehennæ, quas merebantur per ſua peccata.

## GLOS. ORD. CAP. XVIII.

S*Anc. au. tu.* Iſraelitæ ī Aegypto, ſub Pharaone laborabāt: Chriſtianos diabolus in mundo affligit, quos tñ maxima lux illuminat, q̄ illuminat oēm hoīem venientē ī hūc mundū (Ioh. 1. a). Horū vocē audiunt inimici, ſed nō agnoſcūt figurā veritatis, quæ eſt in eis. his columna ignis in nocte, & colūna nubis in die lucet, quia incarnatio Chriſti & in proſperis & in aduerſis protegit.

f *Di. & c. Ra.* Merito Aegyptij tenebrarum pœnā patiebant, q inuidia cęcati, populū cui lux tradenda erat, captiuū retinere volebāt: & cum infantes Hebræorū necare diſpo- (Exo. 1. c)

## NICOL. DE LYRA.

a *Re.* erant enim conſcij malorum ſuorum, pro quibus ſciebāt ſe dignos punitione diuina, & ex hoc æſtimabant ſibi euenire peiora. († Exo. 10. f)

b *Cum ſit e.* quia facit timidos, pter quod latrones ſunt timidi.

c *Da. eſt in om. cō.* i. punitioni. Timor enim quem ſuſtinent homines mali, eſt quædam pœna ipſorum.

d *Sē. e. præ.* i. præeſtimat magna mala ſuper ſe ventura.

e *Per.* timore pœnæ ex peccatorum recordatione.

f *Ni. e. eſt ti. &c.* i. augmentum exiſtimationis imminentis pœnæ, quam facit credere maiorem.

g *Pro co. auxi.* nam timor faciens pallorem in facie, prodit cogitationem auxilij: quia demonſtrat, quòd timens auxilium deſiderat.

h *Et dum ab in.* i. in mente timentis.

i *Mi. eſt ex.* i. ſpes auxilij.

k *Ma. pu.* quia credit maiora adeſſe mala,

## NICO. DE LYRA. CAP. XVIII.

SAnc. au. tu. Deſcripta obtenebratione Aegyptiorū, hic conſequenter deſcribitur illuſtratio Hebræorum, cum dicitur:

g *Sanctis autem tuis.* i. Hebræis.

h *Maxima erat lux.* vnde dicitur Exodi 10. f. Vbicunque autem habitabant filij Iſrael, erat lux.

i *Et horum qui.* i. Hebræorum.

k *Vocem audiebant.* Inimici ſcilicet Aegyptij. ſed figuram non videbant, tenebris impediti.

l *Et quia non & ipſi.* ſ. Hebræi.

m *Eadem paſſi e.* ſ. tenebras.

n *Magnificabant te.* Sicut grati.

o *Et qui ante læſi erant.* ſ. ab Aegyptijs laboribus duris. Exo. 1.

p *Quia non lędebantur.* Decem plagis ſicut Aegyptij.

q *Gratias age.* De beneficijs Dei.

r *Et ut eſſet differentia.* Inter ipſos & Aegyptios.

s *Te Deum peteban.* in ſua neceſſitate. Aegyptij verò plures Deos inuocabant. Et quia gratitudo de beneficio præſtito meretur aliud præſtādū, ſubditur:

t *Propter quod ignis ardentem columnam ducem.* De nocte.

u *Et ſolem ſine lę.* Per columnam nubis de die, & ſic dabat bonum hoſpitiū.

x *Digni qui illi.* ſ. Aegyptij.

y *Care. lu.* Per tenebras dictas.

z *Qui incluſos cuſtodiebant ſan. ſi. tuos.* Non permittentes eos de Aegypto exire ad ſacrificandum domino:

a Per



re diſponebant. vno. i. Moyſe Dei iudicio liberato, multitudo aduerſariorum per ipſum ſubuerſa eſt. Sic hoſtes ſpirituales qui eccleſiam Dei opprimere moliūtur, electis Dei per baptiſmum liberatis: cū rege ſuo. i. diabolo, in ipſo baptiſmo per Chriſti potentiam opprimuntur. cuius myſterij ratio in antiqs patribus figurata, & in aduentu Chriſti completa eſt. (Exo. 14. f)

a *Abſcon. ſa.* Raba. Populus Iſrael in Ægypto iuſſu domini paſca celebrauit. Exinde dicit eos abſconsè ſacrificaſſe, qui metu hoſtium id occultè faciebant, vbi & legem paſchæ, q̄ deinceps ſeruanda erat, per Moyſen didicerunt, tētationem reproborum ad tēpus paſſi ſunt, ſed citò diuina ope liberati. Similiter tempore gratiæ ſerui Dei, quibus eſt lex data diuina, in concordia duorū teſtamentorum à perſecutoribus quandoq; impediuntur, ne religionem Chriſtianam palam faciant: ſed in abſcondito cordis ſemper domino ſacrificant. vnde: Sacrificium Deo ſpiritus cōtribulatus. Et alibi: In me ſunt Deus vota tua, quæ re. Rab. Memorat Deum percuſſiſſe primogenita Ægypti, vbi nec ſicut prius ſimulauerunt Ægyptij, ſed palam cogebant exire populum Dei dicentes: Omnes moriemur.

b *Om. ſer.* Filius de quo dicitur: In principio erat verbum &c. hic brachium & dextera nominatur: pter effectiuam diuinæ virtutis potētiam. hic tunc per Angeli miniſterium iudicia ſua fecit in primogenitis Ægyptiorum, qui poſtmodum ſanctificauit ſibi primogenitos Heb. Nunc quoque per aquam baptiſmi ſaluat multitudinem credentium, & interficit multitudinē ſpiritualiū hoſtiū.

c *Viſio e. quæ il. tur.* Hoc diuinæ bonitatis eſt, q̄ peccantes caſtigat vt abſtineant, & pęnitentiam agant. Si autē patientia Dei abutuntur, ſine excuſatione in ęternum punientur.

a Tetigit

ſilios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen ſeculo dari. Cùm cogitarent iuſtorum occidere infantes, & vno expoſito filio, & liberato, in traductionem illorum multitudinem filiorum abſtuliſti, † & pariter illos perdidiſti in aqua valida. Illa enim nox antè cognita eſt à patribus noſtris, vt verè ſcientes quibus iuramentis crediderunt, animæquiores eſſent. Suſcepta eſt autem à populo tuo ſanitas quidem iuſtorum, iniuſtorum autē exterminatio. Sicut enim læſiſti aduerſarios noſtros, ſic & nos prouocans magnificaſti. Abſconsè enim ſacrificabant iuſti pueri bonorum, & iuſtitiæ legem in concordiam diſpoſuerunt, ſimiliter bona & mala recepturos iuſtos † patri omniū decantantes laudes. Reſonabat autē inconueniens inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium. Simili autem pœna ſeruus cū domino afflictus eſt, & popularis homo regi ſimilia paſſus. Similiter ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad ſepeliendum viui ſufficiebant, quoniam vno momento quæ erat præclarior natio illorum, exterminata eſt. De omnibus enim non credentes propter beneficia, tunc cū primum fuit exterminium primogenitorum, ſpoponderunt populum Dei ſe eſſe. Cùm enim † quietum ſilentium † contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus domine exiliēs de cęlo, a regalibus ſedibus venit: durus bellator in mediam exterminij terram † proſiluit gladius acutus, inſimulatū imperium tuum portans, & ſtans repleuit omnia morte, & vſque ad cœlum attingebat ſtans in terra. Tunc continuò viſus ſomniorum malorum turbauerunt illos, & timores ſuperuenerūt inſperati. Et alius alibi proiectus ſemiuiuus, propter quam moriebatur cauſam demonſtrabat mortis. Viſiones enī quę illos turbauerūt hæc pmonebant, ne iſcij quare mala patiebant, perirēt.

*Interlinear glosses:* Primogenitorum. — Lex Moyſi. — Vel in corde. — a Quia ſermo Dei [illegible] omnia [illegible] ficti one omnia [illegible]. — a Vt nec vigilantibus nec dormientibus daretur requies eis, qui propter ſcelera ſua paſſuri erant tormenta perpetua. — † domine venit; † proſilijt.

## NICOLAVS DE LYRA.

a *Per quos in. incorruptum legis lumen &c.* A quinquageſima namque die exitus illorum data fuit lex in monte Sinai.

b *Cum cogitarent.* Hæc eſt pars quinta, in qua ponitur quintum beneficium de conſeruatione Hebræorum, & econtrario de interfectione primogenitorum Aegypti: & diuiditur in duas partes: quia primò deſcribitur hoc beneficium. ſecundò ſoluitur obiectio in contrarium, ibi: Tetigit autem. Prima adhuc in duas: quia primò dictum beneficiū deſcribitur. ſecundò tempus & hora ſubditur, ibi: Cùm enim quietū. Circa primum dicitur: Cum cogita. Aegyptij.

c *Iuſtorum occi. infantes.* Exo. 1. c

d *Et vno &c.* i. Moyſe, qui in fiſcella fuit poſitus in flumine.

e *Et libe.* Per filiam Pharaonis, Exo. 2. b

f *Intra illorum.* i. in eductionem Hebræorum de Aegypto.

g *Multitu. fi.* i. primogenitorum Aegypti.

h *Abſtuliſti.* De vita præſenti, Exod. 12. d

i *Et pa. il.* i. patres eorum Aegyptios.

k *Perdidiſti &c.* Rubri maris, Exo. 14. f

l *Illa enim nox.* In qua interfecta ſunt primogenita Aegyptiorum.

m *Ante cognita eſt à patribus noſtris.* Moyſe & Aaron, Exo. 11. b

n *Vt uerè ſcien. quibus iura. &c.* i. diuinis aſſertionibus ipſis & patribus factis.

o *Animæquiores eſſent.* Reſpectu futurorum promiſſorum.

p *Suſcepta eſt autem &c.* q. d. ſaluaſti iuſtos, & deſtruxiſti iniuſtos.

q Sic

q *Sicut enim.* Aegyptios:

r *Sic & nos pro.* Ad gratiarum actiones pro beneficijs tuis.

s *Magnifi.* Præ cæteris populis.

t *Abſconſe enim ſa.* Agnum paſchalem.

u *Iuſti pue. bo.* i. Hebræi filij patriarcharū.

x *Et iuſtitiæ.* In monte Sinai datam.

y *In cō. di.* i. cōcorditer receperūt, Ex. 12. b Omnia verba dñi quæ locutus eſt, faciemus.

z *Simi. bo. & ma. per. iu.* i. proſpera & aduerſa ex volūtate Dei miſſa et mittēda diſpoſuerunt ęquanimiter recipere, p Dei amore.

a *Patri omnium.* ſ. Deo.

b *De. lau.* in pſperis & aduerſis. Conſequenter econuerſo ponitur Aegyptiorum vox lamentabilis, cùm dr̄: Reſonabat autem, &c.

c *Plan. plo.* i. qui fiebat pro primogenitis interfectis.

d *Simi. au.* Exo. 12. d. Percuſſit dominus omne primogenitum in terra Aegypti à primogenito Pharaonis, q ſedebat in ſolio eius, vſque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere.

e *Quo. uno mo.* Exterminata eſt, quia tunc primogenitus regis mortuus eſt.

f *De om. e. nim.* Aegyptijs.

g *Non cre.* Deo & Moyſi.

h *Pro. be.* in amotione plagarum eis collata, quia remotis plagis reuertebantur ad obſtinationem ſuam.

i *Tūc cū pri. &c. ſpopōderūt.* i. cōfeſſi ſunt.

k *Popu. Dei.* Et refertur illi ſe, ad Moyſen & Hebræos. tunc enim dimiſerunt eos abire tanquam Dei ſeruos, Exod. 12. e. Poteſt etiā illi ſe, referri ad Aegyptios, per hoc enim q obedierunt mandato Dei de emiſſione Hebræorum, licèt hoc fecerint timore, poſſunt dici quodāmodo populus Dei, ſicut obedientes regi terreno timore ſolo, dicuntur eſſe de eius populo.

l *Cum enim.* Hic conſequenter deſcribitur tempus & hora percuſſionis primogenitorū Aegypti, cum dicitur: Cum enim quietum ſilentium conti. omnia. i. conticinij hora, in qua communiter ſilent omnia.

m *Et nox in ſuo curſu me.* Nam hæc percuſſio fuit inter principium noctis & [illegible].

n *Omnipotens ſer. tuus.* i. præceptum de interfectione primogenitorum.

o *Exiliens de cęlo.* Ex hoc arguunt aliqui quod interfectio primogenitorum Aegypti facta fuit per Angelum bonum: ſed non eſt efficax argumentum. Tum quia liber iſte non eſt de canone. [illegible] q. hæc interfectio facta ſit per Angelum malum, videtur magis probabile: quia magis concordat ſcripturæ canonicæ. Dicitur enim Pſ. 77. c. Miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem & iram, & tribulationem, immiſſiones per Angelos malos. & certū eſt quòd loquitur de percuſſione Aegyptiorum, ſicut dixi plenius Exo. 12. vbi propriè locum habet hæc quæſtio.

p *Durus debellator.* Quia primogenitorum interfectio.

q *In mediam exterminij.* id eſt exterminio dignam.

r *Gladius acu.* Nam ei non poterat reſiſti.

s *Inſimulatum.* i. non fictum, ſed verum.

t *Imperium tuum portans.* i. exequens.

u *Et ſtans repleuit omnia mo.* Quia non erat domus Aegyptiorum, in qua non eſſet mortuus. Exod. 12. c

x *Et uſque ad cœlum.* Hoc dicitur ad exprimendum, quod primogenitorum nullus euadere poterat.

y *Tunc con.* i. antè immediatè.

z *Viſus ſom. ma. &c.* Ad præfigurandum dictam percuſſionem primogenitorum.

a *Et alius alibi proiectus ſemiuiuus.* Nam varijs modis & terribilibus moriebantur, vt per hoc cauſa illius mortis monſtraretur, & non ſolum alijs remanentibus, ſed etiam ipſis morientibus. ideo ſequitur: Ne inſcij &c.

a Tetigit

a *Tetigit autem tunc &c.* Rabanus. Memorat, ꝙ poſt interfe-ctionem Core, Dathan, & Abiron, filij Iſrael murmurauerunt contra Moyſen & Aaron dicẽtes: Vos interfeciſtis populum domini, & creſcente tumultu fugerunt Moyſes & Aaron in tabernaculo fœderis. Quibus ait dominus: Diſcedite, & interficiam illos. cumq; cecidiſſent in faciẽ, dixit Moyſes ad Aaron: Tolle thuribulum, & mitte incẽſum, & ora pro eis: quia plaga deſeuit. Paruit autem Aaron, thurificauit & orauit, & plaga ceſſauit. In Moyſe lex ſignificat: quæ docet homines ſcientiam & Dei amorem. In Aaron ſupplicandi & orãdi forma. Cũ ergo indignatur Deus, ſi redeat lex in cor noſtrum commonens & docens conuerti ad pœnitentiam, ſatisfacere pro delictis, ſupplicare pro culpis, ceſſabit indignatio, & placabitur dominus, & propitiabit quaſi Moyſe & Aaron intercedentibus. Si verò indurentur corda noſtra, vt dicamus: Nõ eſt Deo cura de vita mortalium, & huiuſmodi, patet non eſſe in nobis Moyſen & Aaron, ſcilicet legis ſcientiam, & pœnitentiæ fructũ, per quos interitũ poſſimus euadere. (Nu.16.)

b *In veſte enim poderis &c.* Byſſum, terræ deputant Hebræi: quia ex terra gignitur. Purpuram, mari: quia ex eius cochleis tingitur. Hiacynthum aeri, propter coloris ſimilitudinem: coccum igni & ætheri, vt ſcilicet pro toto mundo oret Pontifex. Siquidem ex terra, ex aqua & aere, & igne cõſtit mundus, & hæc elementa ſunt omnium. Vnde primum veſtimentum, lineum eſt, quod terram ſignificat. Secũdum, hiacynthinum, quod aerem demonſtrat, quia de terrenis paulatim ad excelſa leuamur, & ipſa veſtis hiacynthina à capite vſque ad talos ueniens: indicat aerem de cęlis vſque ad terram fuſum. Mala autem punica, & tintinnabula in inferioribus poſita, fulgura tonitruaque demonſtrant. vel omnium elementorum conſonantiam, & vniuerſa ſibi perplexa, vt in ſingulis reperiantur omnia. Supradicti colores auro intexti ſunt, quia vitalis calor & diuini ſenſus prouidentia vniuerſa penetrat. Suphumerale, & duos lapides ſmaragdinos vel onychinos qui deſuper ſunt. & vtrunq; humerum tegunt, duo hemiſphęria interpretantur: quorum aliud ſuper terram, aliud ſub terra: vel ſolem & lunam quæ deſuper rutilant. Zona (qua ſacerdotis pectus artatur) & linea tunica (id eſt terra conſtringitur) oceanum eſſe dicunt. Rationale verò dicunt terrã, quæ inſtar puncti, licet in ſe omnia contineat, à cunctis velatur elementis. Duodecim lapides, zodiacum circulum, vel duodecim menſes. Singulis quoque verſiculis aſſignant ſingula tempora, & his ternos menſes deputant. Pulchrè autẽ quod in medio eſt, appellatur rationale: ratione enim cuncta ſunt plena, & terrena cęleſtibus inhęrent. imò rõ terrenorum & temporum, caloris & frigoris & duplex inter vtraſque temperies, de cęli curſu rõne deſcendit. Vnde rationale cum ephod fortius ſtringitur. In rationali verò, λογίον, id eſt manifeſtatio, doctrina & veritas hæc ſignãt, ꝙ nunq̃ in Dei rõne mẽdaciũ ſit, & ipſa veritas multis ſignis & argumentis mõſtratur hominibus. vñ factum eſt, vt rationem ſolis & lunę, annorũ & menſium, temporũ & horarum, tẽpeſtatis & ſerenitatis, ventorum & omnium rerũ noſceremus, accipientes à Deo ſapiẽtiam, & ipſo habitatore & doctore fabricę totius ſcientiã. Super omnia cidaris & vitta hiacynthina, cęlum monſtrat. auri lamina in fronte Põtificis, ſcriptũq; nomẽ Dei, vniuerſa quæ ſubter ſunt Dei arbitrio gubernari.

c *Is autem ceſſit qui &c.* Verus Pontifex Ieſus Chriſtus aſſumpto batillo humanæ carnis, & ſuperpoſito igne altaris, id eſt anima cum qua incarnatus eſt, & adiecto incẽſo, id eſt ſpiritu immaculato, medius ſtetit inter viuos & mortuos, & morrẽ repulit, deſtruens diabolũ qui habebat mortis imperiũ, vt qui credit in eum, non moriatur in ęternũ. Hoc myſterium iam tunc vaſtator expauit. Agnoſcebat. n. figuram batilli & ignis incẽſi, & qualis offerẽda hoſtia eſſet ab illo qui medius erat inter viuos & mortuos, et illos quidem imago ſaluauit, ad nos autẽ veritas puenit. Neq;. n. indumẽta Põtificis purpura, byſſo, linoq; cõtexta erubuiſſe vaſtator, ſed vera indumenta veri Pontificis intellexit, et his ceſſit. In figura Pontificali, Chriſtum futurum prænoſcebat, ſed quia viderat carne indutum, non Deum ſed hominem purum credidit. vñ: Si cognouiſſent, nunquàm dominum gloriæ crucifixiſſent. (1. Cor. 2.)

Tetigit autem tunc & iuſtos tentatio mortis, & commotio in eremo facta eſt multitudinis: ſed non diu permanſit ira tua. Properans enim homo ſine querela deprecari, pro populis proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem allegans, reſtitit irę, & finem impoſuit neceſſitati, oſtendens quoniam tuus eſt famulus. Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec armatura potentiæ: ſed verbo illum qui ſe vexabat, ſubiecit, iuramenta parentum & teſtamentum commemorans. Cùm. n. iam aceruatim cecidiſſent ſuper alterutrum mortui, interſtitit & amputauit impetum, & diuiſit illam quæ ad viuos ducebat viam. In veſte enim poderis quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parẽtum magnalia in quatuor ordinibus lapidum ſculpta erant, & magnificentia tua in diademate capitis illius erat ſcripta. Is autem ceſſit, qui exterminabat, & hæc extimuit. Erat enĩ ſola tentatio irę ſufficiens.

a ¶Quæ facta fuit poſt incendium Core.
a ¶Perplexio vt ſingulis repetiantur omnia.
a ¶Id eſt nomina eorum.
z ¶Id eſt ineffabile nomen, ſcilicet tetragrammaton.

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Tetigit autem. *Hic conſequenter remouetur obiectio contra prędicta, & primò ponitur cùm dicitur: Tetigit autem &c. ſ. Hebræos.*
b Tentatio mor. *i. punita morte, & quæ fuit illa ſubditur:*
c Et con. *Et pro id eſt. i. cõmotio ſeditionis excitata per Core & complices eius.*
d In ere. *vt habetur Nu. 16. e. cuius occaſione multi de Iſrael fuerunt mortui. propter quod videtur alicui, quòd populus Iſrael non fuerit melioris conditionis quàm Aegyptij.*
e Sed non di. *Hic remouetur dicta obiectio ꝑ hoc ꝙ ſtatim appoſitum fuit remedium, & hoc eſt quod dicitur: Sed non diu permanſit ira tua. & ſubditur cauſa.*
f Pro. enim. *i. Aaron piè viuens erga dñm, & iuſtè ad proximum.*
g Depre. pro po. *Morientibus.*
h Reſtitit iræ. *Domini eum placando ſua deprecatione.*
i Et finem impoſuit ne. *id eſt morti.*
K Oſtendens quo. tu. eſt fa. *Per hoc ꝙ te placauit ſuis precibus.*
l Vicit au. tur. *i. peſtes populum turbantes.*
m Non in virtute cor. etc. *Sed verbo orationis deuotæ.*
n Illum qui ſe vexabat. *ſ. per incendium comburens populum, de cuius combuſtione Aaron vexabatur.*
o Subiecit. *Illud extinguendo.*
p Iuramenta parentum. *Vt enim oratio ſua eſſet magis exaudibilis, in ea fecit mentionem de iuramento Dei Abrahæ facto, & teſtamento in monte Sinai iam dato.*
q Cum enim etc. interſtitit. *i. ſtetit inter mortuos & viuentes.*
r Et amputauit impetum. *incendij.*
s Et diuiſit il. *Nam ignem procedentem ad cõſumendum adhuc viuentes intercidit, vt dictũ eſt. Et quia tunc Aaron fungebatur ſummi Pontificis officio, ideo ſubdit de ipſius ornamento, dicens:*
t In veſte enim poderis. *Et dicitur à pos quod eſt pes. Nam tunica eius hiacynthina attingebat vſque ad pedes.*
u Totus erat orbis terrarum. *Repręſentatiuè. Tunica enim linea figurabat terram, quia linum naſcitur de terra: Baltheus cingens illam tunicam oceanum terram cingentem. Tunica hiacynthina ratione coloris aerem. baltheus autem cingens tunicam hiacynthinam figurabat ignem qui ambit aerem. Superhumerale cum rationali ſibi coniuncto ex varietate lapidum pretioſorum & diuerſorum colorum figurabat cęlum ſydereum ſtellis ornatum. Duo lapides onychini in ſuperhumerali, ſignificabant duo magna luminaria ſolem & lunam. Duodecim gemmæ rationalis, duodecim ſigna zodiaci. Mitra quæ erat in capite, ſuperiorem partẽ mundi. ſ. cęlũ cryſtallinũ & empyreũ. Lamina ſancta pendens in fronte, repręſentabat Deũ oĩbus pſidentem: pp qđ in illa ſcriptum erat nomen domini tetragrammaton, quod eſt proprium altiſſimi creatoris omnium. Et per hæc ornamenta ſignabatur, ꝙ Pontifex his ornatus, erat creatoris omnium ſeruus, ſicut dictum fuit plenius, Exo. 28.*
x Et parentum magnalia. *Nam in rationali erant quatuor ordines lapidum diſtincti per ternarium, & in illis duodecim lapidibus erant ſculpta nomina duodecim tribuum.*
y Et magni. tua. *i. nomen tetragrammaton tibi proprium.*
z In dia. *i. in lamina aurea quæ erat tracta ad modum ſemicirculi ab aure vſq; ad aurem attingẽs per frontẽ, vt plenius dictum fuit in Exo.*
a Is autem ceſſit. *ſ. ignis qui ceſſauit, vt dictum eſt.*
b Et hæc extimuit. *i. ipſum Deum cuius hæc erant ſigna, eo modo loquendi quo creatura irrationalis obedire dicitur creatori.*
c Erat enim ſola tentatio. *Seditionis commotæ.*
d Iræ ſufficiens. *id eſt cauſa ſufficiens vindictæ Dei contra totum populum, niſi Pontifex placaſſet eum.*



GLOS. ORDIN. CAP. XIX.

I *Mpijs autem &c.* Inimicis populi Dei: vindicta vſque ad conſummationem superuenit. quia nec vitam nec mores correxerunt. fictis enim argumentis ſimulabant pœnitẽtiam, & ideo non meruerunt indulgentiam. Vnde Pharao cum plagis afflictus, populum Dei ſe dimiſſurũ promitteret, paululum reſpirans ad domeſticam crudelitatẽ reuerſus eſt, donec in mari rubro fluctibus ſubmerſus eſt. Perſecutores enim Chriſtiani nominis ſi perſtiterint in malitia ſua, ſentient in pœna, quantum valeat Dei iuſtitia.

b *Viden. tua mira.* Sic nos oportet liberatori noſtro exultantes gratias agere dicentes: Benedic anima mea dominum, &c. vnde Apoſtolus: Sine intermiſſione orate, in omnibus gratias agi. &c.

c *Produxit terra muſcas &c.* Nota quòd inimicis Dei terra produxit muſcas, & fluuius ranas, cultoribus autẽ Dei terra dedit fructum, & mare carnis alimentum. Dignum eſt enim, vt fidelibus ſuis per opera ſua nutrimentum diuina procuret prouidẽtia. Inimicis verò condignum tormentum per ſubditam ſibi creaturam inferat.

d *Iuſte enim patie. &c.* Rab. Qui antiquos Dei ſeruos ad ſe venientes crudeliter tractauerũt, dignè puniti ſũt, vt mente tenebroſi & affectu rigidi obſcuritatem tenebrarum & diuerſorum dolorum in corpore ſuſtinerent. quantò magis qui ſeruos Chriſti & prędicatores Euangelij cõtemnunt? vnde: Amen dico uobis, tolerabilius

CAP. XIX.

IMpijs autem vſque in nouiſſimum ſine miſericordia ira ſuperuenit, præſciebat enim & futura illorum, quoniam cum ipſi reuerſi eſſent, & pmiſiſſent vt ſe † educerent, & cum magna ſolicitudine præmiſiſſent illos, conſequebãtur illos pœnitentiæ actus. Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumẽtum mortuorum, aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſcientiæ, & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos perſequebantur. Ducebat enim illos ad hũc finem digna neceſſitas, & horum quæ acciderant, commemorationem amittebant: vt quæ deerant tormentis, repleret punitio, & populus quidem tuus mirabiliter trãſiret, illi autem nouam mortem inuenirẽt. Omnis enim creatura ad ſuum genus ab initiò reſigurabatur, deſeruiẽs tuis præceptis, vt pueri tui cuſtodirentur illęſi. Nam nubes illorũ caſtra obumbrabat, & ex aqua quæ antè erat terra arida apparuit, & in mari rubro via ſine impedimẽto, & campus germinans de profundo nimio, per quẽ omnis natio tranſiuit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monſtra. Tanquam enim equi depauerunt eſcam, & tanquam agni exultauerunt magnificantes te domine, qui liberaſti illos. Memores enim erant adhuc illorum, quæ † incolatu illorum facta fuerant, quemadmodum pro natione animalium produxit terra muſcas, & pro piſcibus eructauit fluuius multitudinem ranarum. Nouiſſimè autem viderũt nouã creaturam auium, cũ adducti concupiſcentia poſtulauerunt eſcas epulationis. In allocutione enim deſiderij aſcendit illis de mari ortygometra, & vexationes peccatoribus ſuperuenerunt, non ſine illis quæ antè facta erant argumentis per vim fluminum. Iuſtè enim patiebantur ſecundum ſuas ne-

† ſeducerẽ
† in incola tu

a ¶Quia conditoris ſui præceptis obedit, & in omnibus ei deſeruit. Ad hoc enim creatura creata eſt, ut ei per omnia obediret.
a ¶Incarnatio Chriſti, qui credentes lumine Euangelij illuſtrat, & à perſecutoribus protegit.
a ¶Quod baptiſmum ſignificat, in quo ſaluantur fideles, & ſuffocantur dæmones.
a ¶Dei. vnde: Qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio.
¶Alias deſcendit.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIX.

I Impijs autem uſque in nouiſſimũ etc. *Hæc ſexta pars, in qua recolitur ſextum beneficium, quod eſt de traductione per mare rubrum, & ſubmerſione Aegyptiorum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur huius beneficij recordatio. ſecũdò, ſubditur intenta concluſio, ibi: In omnibus. Prima adhuc in duas, primò recolitur Aegyptiorum ſubmerſio. ſecundò, Hebręorum ſaluatio, ibi: Omnis enim. Circa primum dicitur cõtinuando prædictis. ſ. quòd Hebræi in mortalitate à ſerpentibus habuerunt remedium, non autem primogeniti Aegyptiorum. ideo dicitur:*
a Impijs autem uſque in nouiſ. *i. vſq; ad ſubmerſionem eorum.*
b Sine miſeri. *i. ſine remedio, nam nullum Dei opus caret miſericordia.*
c Ira ſuper. *i. punitio.*
d Præſciebat enim et futura illorum. *ſcilicet ipſe Deus.*
e Quoniam cum ipſi permiſiſſent. *i. præordinaſſent.*
f Vt ſe educe. *i. filios Iſrael emitterent de Aegypto, ita quòd li ſe, non refertur ad Aegyptios, ſed ad Hebræos.*
g Et cum magna ſolicitu. præmiſiſ. illos. *Nam Aegyptij cogebant Hebræos feſtinanter egredi, Exo. 12. e.*
h Conſe. illos etc. *De populi Iſrael emiſſione, Exod. 14. e*
i Adhuc enim inter ma. *i. in præſenti.*
K Haben. lu. *De morte primogenitorum.*
l Aliam ſibi aſſum. cogita. inſcien. *De Hebræorum reductione.*
m Duce. enim etc. *Neceſſitas. i. mors eis iuſtè inferenda in mari rubro.*
n Et horum etc. *ſ. plagarum præteritarũ.*
o Commemora. amitte. *Abijcientes à ſe timorem domini.*
p Vt quæ deerant tormen. *ſ. ex iuſtitia debitis.*
q Repleret punitio. *Submerſionis eorum.*
r Et populus quidem tuus mi. tran. *Mare rubrum.*
s Illi autem no. mor. inue. *Per ſubmerſionem, quæ dicitur mors noua, reſpectu mortis primogenitorum quæ præceſſerat.*
t Omnis enim etc. *Hic conſequenter ponitur ſaluatio Hebræorũ. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur hæc ſaluatio. ſecundò gratiarum actio, ibi. Tanquam enim. Circa primum dr: Omnis enim crea. ad ſuum genus ab ini. reſi. i. ad obediendum Deo, à quo originatur omnis creatura.* (Diuiſio)
u Deſeruiens præceptis tuis. *quòd patuit in diuiſione maris, & in columna ignis & nubis. ideo ſubditur:*
x Nam nubes caſtra eo. obum. *Angelus enim qui præcedebat caſtra Hebræorũ abijt poſt eos, ita quòd Aegyptij non poterant ad Hebræos accedere, Exo. 14. e.*
y Et ex aqua etc. *Terra arida apparuit, in diuiſione maris.*
z Et campus ger. *i. maris fundus deſiccatus ad modum campi germinantis, per quem omnis natio Hebræorum tranſiuit.*
a Quæ tege. manu tua. *i. potentia tua.*
b Viden. tua mirabilia. *In deſiccatione fundi maris, & in ſolidatione aquarũ, quæ erant eis pro muro à dextris & à ſiniſtris, Exo. 14. g.*
c Tan. enim. *Hic conſequenter ponitur gratiarum actio Hebræorum, & primò de ſua ſaluatione, cum dicitur: Tanquam enim equi depauerunt. i. arma Aegyptiorum acceperunt, quos viderunt mortuos ſuper littus maris, Exod. 14. g.*
d Et tan. agni exul. *De beneficijs ſibi collatis.*
e Magni. te domi. *Dicentes: Cantemus domino, glorioſe &c. ſequitur:*
f Memo. enim. *Hic conſequenter ponitur alia cauſa gratiarum actionis. ſ. vindicta Dei de ſuis aduerſarijs. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur percuſſionis actus. ſecundò mirabilis modus, ibi: In ſe enim. Prima adhuc in duas ſecundum duas Aegyptiorum punitiones. Intermiſcentur tamen Hebræorum aliquæ conſolationes, vt oppoſita iuxta ſe poſita, magis eluceſcant. Dicit ergo Philo. Memores enim erant adhuc. i. digratias agerent dicentes: Cantemus domino, &c. Memores enim erãt adhuc eorum, quæ in incolatu illorum facta fuerant contra Aegyptios, cum adhuc Hebræi manerent in Aegypto.*
g Quemad. pro na. ani. *i. pro generatione animalium vtilium.*
h Produxit terra etc. *Exo. 8. Et per oppoſitum ſubditur Hebræorum cõſolatio, cum dr:*
i No. au. *i. poſt exitum de Aegypto.*
K Vi. no. etc. *Num. 11. g.*
l In allo. enim deſide. *i. ad petitionem eorum, ſecundum ſuum deſiderium.*
m Aſcen. illis de ma. or. *i. coturnix. Et ponitur hic ſingulare pro plurali, quia fuit ibi coturnicum multitudo magna. Si autem arguatur, ꝙ datio coturnicum non fuit ad bonum ipſorum: quia ibi mortuus eſt populus, qui deſiderauerat carnes. Num. 11. g. Dicendum, quòd mors non fuit omnium, ſed paucorum reſpectiuè, ſcilicet Aegyptiorum, qui cum filijs Iſrael exierunt de Aegypto iunctis aliquibus de filijs Iſrael, vt ibidem dicitur. Qui malè concupierant carnes, attędiati de manna. ſed refectio coturnicum fuit omnibus generalis, ſed ſpecialiter in conſolationem bonorum.*
n Et uexa. *Hic ponitur ſecunda percuſſio Aegyptiorum, cùm dicitur: Et vexationes peccatoribus &c. ſ. Aegyptijs.*
o Non ſine illis quæ ante facta erant. *i. eorum reprehenſionibus per flagella. Et quæ fuerint illa, ſubditur:*
p Per vim flumi. *Fuit enim prima plaga, conuerſio aquarum in ſanguinem, Exo. 7. d.*
q Iuſte enim patie. *Aegyptij.*
r Secundum ſuas ne. *ideo ſubditur:*

¶ a Et

Erabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhçorum in die iudicij, quam ciuitati. Bene autem dicitur, quòd percuſſi ſunt cęcitate, ſicut illi tenebris excæcati erant qui in foribus iuſti, id eſt Lot, errabant, oſtij tranſitum quærentes & non inuenientes. Qui enim tenebras erroris intus patitur, grauiſſimis damnis vndique cõſtringitur, quia viam veritatis non agnoſcit, oſtium quod Chriſtus eſt, non inuenit.

*n* Sicut illi. *Id eſt Sodomitæ.*
*o* In foribus iuſti. *ſcilicet Lot.*
*p* Cum ſubitaneis cooperti eſſent tenebris. *Percuſſi cæcitate ab Angelo.*
*q* Vnuſquiſque tranſitum oſtij ſui. *ſcilicet Lot.*

† in deteſtabiliorem

a *In ſe enim dum elementa &c.* Sicut in organo diuerſi ſoni ad concordiam melodię temperamento conſentiũt, ita diſcrepantia elementa ſeruato iure naturæ ad creatoris voluntatem flectuntur: non enim creaturam ſibi condidit contrariam, ſed per omnia voluntati ſuæ conſentaneam.

† accipiebant.

Exo.8.a Ibid.9.f

b *Vnde æſtimari &c.* Rabanus. Homines enim & iumẽta profundum maris rubri ſicco veſtigio tranſierunt, & ranæ de fluuijs procedentes domos Ægyptiorum impleuerunt. Ignis cũ grandine miſtus de cęlo ruebat, nec ignis aquam, nec aqua ignem impediebat. Vbi autem erant filij Iſrael neminẽ lęſerunt, vt appareret quòd elementa mundi non ſuæ tantũ conditioni, ſed creatoris deſeruirent voluntati.

† Gen.19.c

c *In omnibus enim magnificaſti.* Miſericors & miſerator dominus ſemper adeſt fidelibus ſuis, quos ſemper protegit & regit, quos aliquãdo in martyrio purgat. vnde: Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. Multæ enim tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberauit eos dominus.

Eccl.27.a Pſ.33.d

quitias. Etenim † deteſtabiliorem inhoſpitalitatem inſtituerunt. Alij quidem ignotos non recipiebant aduenas, alij autem bonos hoſpites in ſeruitutem † redigebant. Et non ſolùm hæc, ſed & alius quidem erat reſpectus illorum: quoniam inuiti recipiebant extraneos. Qui autem cum lætitia receperũt, hos qui eiſdem vſi erant inſtitutis, ſæuiſſimis afflixerunt doloribus. † Percuſſi ſunt autem cęcitate, ſicut illi in foribus iuſti, cùm ſubitaneis cooperti eſſent tenebris, vnuſquiſq; tranſitum oſtij ſui quærebat. In ſe enim elementa dum conuertũtur, ſicut in organo qualitatis ſonus immutatur, & omnia ſuum ſonũ cuſtodiũt. Vnde æſtimari ex ipſo certo † viſu poteſt. Agreſtia enim in aquatica conuertebantur, & quæcunque erant natantia, in terra trãſibant. † Ignis in aqua valebat ſupra ſuam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiſcebatur. Flammæ econtrario corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium, nec diſſoluebant illam quæ facilè diſſoluebatur, ſicut glacies, bonam eſcam. In omnibus enim magnificaſti populum tuum domine, & honoraſti, & non deſpexiſti, in omni tempore, & in omni loco aſſiſtens eis.

*r* Quærebat. *Nec tamen inuenire poterat, vt ibidem dicitur:*
*s* In ſe enim. *Hic conſequenter ponitur punitionis Aegyptiorum mirabilis modus, elementis Deo obedientibus, ideo dicitur: In ſe enim elementa dum conuertuntur. Mutando modum ſuum agendi ex præcepto Dei.*
*t* Sicut in organo. *i. inſtrumento muſico.*
*u* Qualitatis ſonus immutatur. *Secũdum voluntatem modulantis, qui modò percutit vnam chordam, modò aliam, & eandem, modò fortius, modò remiſſius.*
*x* Et omnia ſuum ſonum cuſtodiunt. *Secundum diſpoſitionem modulantis: Ita ſupple mutatur actio creaturæ in Aegyptiorum punitione ſecũdum diſpoſitionem creatoris.*
*y* Vnde æſtimari ex ipſo certo uiſu poteſt. *Hoc apparebat ſenſibiliter.*
*z* Agreſtia enim. *Id eſt animalia in agris habitantia, vt boues & iumenta.*
*a* In aquatica conuertebantur. *Non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum ambulationem, ſcilicet per fundum maris quæ eſt habitatio piſcium. Hebræi nanque ſua animalia eduxerunt ſecum de Aegypto, Exodi decimo ca. Cuncti greges pergunt nobiſcũ &c. Et quòd ſic intelligatur conuerſio agreſtium, patet ex hoc quod ſubditur.*
*b* Quæcunque erant natantia in terram tranſibant. *Gradiendo. vt patet de ranis intrantibus domos Aegyptiorum, Exo.8.*
*c* Ignis in aqua valebat. *Id eſt fortiter comburebat.*
*d* Supra ſuam virtutem. *Naturalem. Nam grando & ignis pluniæ & fulgura diſcurrebant per Aegyptum. Exo.9. & vnum contrariũ non impediebat aliud, ſed magis acuebat in ſua actione.*
*e* Flammæ econtrario corruptibilium animalium. *Id eſt ſerpentium & draconum ignem ſpirantium.*
*f* Non vexauerunt carnes coambulantium. *id eſt filiorum Iſrael ſimul ambulantium per deſertum, in quo erat ſerpens flatu adurens. Deut.8.c. & ponitur ibi ſingulare pro plurali. Nam ibi erant tales ſerpentes multi, ſicut Exodi octauo. ſ. Venit muſca grauiſſima, id eſt multitudo muſcarum.*
*g* Nec diſſoluebant illam. *Scilicet mannam quæ facilè diſſoluebatur, ſicut glacies ad calorem ſolis.*
*h* In omnibus. *Hic vltimò ponitur intenta concluſio reſpectu totius libri, ex cuius proceſſu apparet, quòd intentio Philonis eſt declarare condeſcenſiones diuinas Hebræis factas, ideo dicit: In omnibus enim magnifi. populum tuum domine. eius aduerſarios flagellando & ſubmergendo.*
*i* Et honoraſti. *Eum de ſeruitute Aegypti liberando.*
*K* Et non deſpexiſti. *Preces eius denegando.*
*l* In omni tempore & in omni loco aſſiſtens eis. *Vt patuit in mari rubro, in deſerto, & in cæteris locis. Ad laudem nominis tui, quod eſt benedictum in ſecula ſeculorum, Amen.*

Concluſio.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *a* Etenim deteſta. inhoſpita. inſtituerunt. *Contra bonum hoſpitalitatis inſtituta facientes.*
*b* Alij quidem ignotos. *i. extraneos.*
*c* Non recipiebant aduenas. *ſ. ad manendum ſecum in Aegypto.*
*d* Alij autem bonos hoſpites. *Sicut filios Iſrael.*
*e* In ſeruitutem redigebant. *Poſt mortem Ioſeph & fratrum ſuorum, Exo.1.*
*f* Et non ſolum hæc. *Mala.*
*g* Sed & alius quidem reſpectus illorum erat. *Contra bonum hoſpitalitatis.*
*h* Quoniam inuiti. *Id eſt cum duritia vultus & verborum.*
*i* Recipiebant extraneos. *Ad hoſpitium. ſicut aliquando contingit quòd dantes eleemoſynam, tot vituperia dicunt petentibus, quòd nimis carè vendunt eis.*
*K* Qui autem cum lætitia receperunt &c. *Iungatur ſic litera: Qui eiſdem vſi erant inſtitutis. Id eſt Aegyptij qui vtebantur inſtitutis contra bonum hoſpitalitatis, vt dictum eſt. Hos qui cum lętitia receperunt, ſcilicet Hebræos hilariter recipientes extraneos.*
*l* Sæuiſſimis afflixerunt doloribus. *Intantum, quòd ad amaritudinẽ perducebant vitam illorum, Exo.1. ſed non impunè. ideo ſubditur:*
*m* Percuſſi ſunt autem cæcitate. *Tribus diebus in tenebris palpabilibus exiſtentes, Exo.10.*

*n* Sicut



A Deuoti Fratris Britonis de ordine Minorum, prologi in librum Ieſu filij Sirach, qui Eccleſiaſticus dicitur expoſitio.

Multorum no. *Iſtum prologum cõpoſuit Ieſus filius Sirach Ieroſolymita, & põpoſuit Eccleſiaſtico, cuius ipſe conditor fuit. Diuiditur autẽ iſte prologus in quatuor partes. In prima oſtenditur populus Iſraeliticus, laudabilis in duobus, ſ. in ſapiẽtia. ſ. & doctrina. Sapientiam enim de diuinis quæ eſt reſpectu credendorum habuit ex lege & prophetis. vnde hic dicitur: Multorum no. & magno. per le. & prophe. Doctrinam verò de moribus quæ eſt reſpectu agẽdorum, habuit in moralibus libris. Vnde dicitur hic: Aliosq; qui ſecu. ſunt il. Vel ſapientiã habuit, quæ ſibi neceſſaria erat ad cognitionem myſteriorum. Vnde dr̃ hic: Multorũ nobis &c. Doctrinam autem habuit quæ neceſſaria erat ad eruditionem aliorũ. vnde ſequitur: Quia nõ ſolum ip. &c. In ſecunda parte auum ſuum quẽ imitari proponit, in hoc imitabilẽ oſtẽdit, quod poſt vtile ſtudium vtilia multa ſcripſit. vnde dicit: Auus meus Ie. &c. In tertia, quia de Heb. in Græcũ tranſlaturus erat, difficultatem operis & vtilitatem latenter inſinuat, hortans lectores beniuolos & attẽtos eſſe, & veniã petens, ſi deficiat in verborũ compoſitione. vnde dicit: Hortor itaq;. Subiungit autem rõnem quare parcendũ eſt ei. ſ. quia verba Heb. melius ſonant in propria lingua quàm ad aliam trãſlata. Et de hoc ponit multa exẽpla. vnde dicit: Nam defi. verba He. In quarta parte oſtendit quãdo, vbi, qualiter, & quare cõpoſuit librum iſtum. Quando, cũ dicit: Nam in octa. & 30. an. Vbi, cum dicit: Poſtquam perueni in Aegy. &c. Qualiter, quia diligenter & laborioſè. vnde dicit; Itaq; bonum &c. Quare, vt informaret eos qui ſecundum Deum volunt viuere. vnde dicit: Dare d. &c. Expone literam ſic.*

*a* Sapien. mul. & ma. *myſteriorum alijs nationibus occultorum. ſecundum quod dicitur in Pſa.147.b. Non fecit taliter o. na. & iudicia ſua non ma. eis.*
*b* Nobis. *Iudeis.*
*c* Per le. &c. *i. per Pentateuchũ Moyſi, & libros prophetarum, vel per legem. i. per legiſlatorem. ſ. per Moyſen & per prophetas qui in nobis fuerũt, & per alios doctores.*

## *Incipit prologus libri Ieſu filij Sirach qui Eccleſiaſticus appellatur, in Græcum de Hebræo tranſlatum.*

Multorum nobis, & magnorũ per legem, & prophetas, aliosq; qui ſecuti ſunt illos, ſapientia demõſtrata eſt: in quibus oportet laudare Iſrael doctrinæ, & ſapientiæ cauſa: quia non ſolum ipſos loquentes neceſſe eſt eſſe peritos, ſed etiam extraneos poſſe, & dicentes, & ſcribentes doctiſſimos fieri. Auus meus Ieſus poſtquam ſe amplius dedit ad diligentiam lectionis legis & prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus noſtris traditi ſunt, volui, & ipſe ſcribere aliquid horũ quæ ad doctrinam & ſapientiam pertinent: vt deſiderantes diſcere, & illorũ periti fieri, magis magiſque attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaq; venire vos cum beneuolentia, & attentiori ſtudio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur ſequentes imaginem ſapientiæ, & deficere in verborum compoſitione. Nam deficient verba Hebraica, quando fuerint tranſlata ad alteram linguam. Non autem ſolum hæc, ſed & ipſa lex & prophetæ, cæteraq; aliorum librorũ non paruam habent differentiam, quando inter ſe dicuntur. Nam in octauo & triceſimo anno temporibus Ptolemæi Euergetis regis, poſtquam perueni in Ægyptum, & cum multum temporis ibi fuiſſem, inueni ibi libros relictos non paruæ neq; contẽnendæ doctrinæ. Itaq; bonum & neceſſarium putaui, & ipſe aliquã addere diligen-

*& ſa. q. d. laudabilis erat de ſapientia quam habebat, & de doctrina quam alijs impendere poterat. Quia non ſolum ipſos lo. ſ. per Moyſen & prophetas, qui per ſpiritum ſanctum loquebantur. Neceſſe eſt peritos eſſe. quia ſoli docebantur à ſpirituſancto immediatè. Sed etiam extraneos. i. alios qui iſtam gratiam non habebant. Neceſſe eſt poſſe fieri diſ. & ſcriben. i. doctores & ſcriptores doctiſſimos.*

*p* Auus meus Ie. *Filius Ioſedech, qui fuit vnus de LXX. interpretibus, cuius nepos fuit iſte Ieſus filius Sirach.*
*q* Poſtquam ſe. am. *quam alij. vel amplius præ cæteris ſcripturis.*
*r* Dedit &c. *voluit: & etiam.*
*s* Ipſe ſcribe. ali. ho. *i. aliquid extrahere & ſcribere de libris quos legerat. notabiliter dixit aliquid: quia ſcripſit duntaxat. i. tantummodo. vel. ſ.*
*t* Quæ ad do. *Morum.*
*u* Et ſa. *diuinorum pertinent.*
*x* Vt deſi. di. *Sapientiam, & doctrinam.*
*y* Et il. peri. *i. habere peritiam de diuinis & moralibus.*
*z* Magiſq; at. a. *i. vt de die in diem plus & plus fiat intenti per ea quæ legerint in ſcriptis eius.*
*a* Et con. *per ea quæ ibi inuenerunt.*
*b* Ad legi. vi. *i. ad vitam gratiæ lege Dei informatam.*
*c* Hor. itaq;. *vos lectores vel quicunque vultis addiſcere.*
*d* Veni. v. *vt benignè ignoſcatis mihi, ſi in aliquo defecerim: quia opus eſt difficile.*
*e* Et atten. *i. vt attentè ſtudeatis & legatis, quia opus eſt vtile. vel ſic: Hortor itaq; vos veni. cum beneuol. Quo ad effectum, vt non inuideatis. Et atten. ſtu. le. ſa. Quò ad intellectum, vt non erretis.*
*f* Et ve. habere. *i. mihi ignoſci.*
*g* In il. in qui. vide. ſequen. ima. ſa. *Quæ eſt in parabolis Salomonis, quem imitamur in hoc libro. Et hortor veniam habere. i. mihi ignoſci in illis, in quibus videmur.*
*h* Defi. in ver. com. *i. in ordine, vel ornatu verborum. Si verò ita ornatè non ordino uerba in opere iſto, ſicut ſunt in Heb. & bene indulgendum eſt mihi.*
*i* Nam defi. ver. Heb. *i. minus eleganter ſonant.*
*K* Quan. fue. tranſla. ad al. lin. *Hoc poteſt experiri in lingua ſua. multa enim bene ſonant in vna lingua, quæ ſatis malè ſonant in alia, vel ad minus non ita bene ſonãt ſicut in propria: & de hoc exemplificat, dicens,*
*l* Non au. ſo. hæc. *verba quæ ego transfero deficiunt. Tranſlata enim minus eleganter ſonant.*

*d* Qui ſe. ſu. il. *i. qui fuerũt poſt illos, ſicut fuit Salomõ & Philo & cæteri, vel, qui ſecuti ſunt. i. qui imitati ſunt illos in ſcriptis vtilibus faciẽdis.*
*e* Demonſtrata eſt. *ideſt manifeſtata.*
*f* In quibus. *i. pro quibus. ſ. lege & prophetis & alijs doctoribus. Vel, in quibus. i. pro quibus multis & magnis myſterijs ſibi taliter manifeſtatis.*
*g* Oportet. *ideſt opportunum eſt.*
*h* Lau. Iſa. *i. commendabilem dicere populum Iſraeliticum.*
*i* Doctrinæ. *Quia habuit ſapientiam de diuinis quo ad credenda: & doctrinam de moribus, quo ad agenda: vel quia habuit ſapientiam ſibi neceſſariam ad cognitionem myſteriorum, & doctrinam quæ neceſſaria eſt ad eruditionem aliorum. Hæc vltima expoſitio magis concordat cum ſequenti litera, quæ dicitur,*
*K* Quia non ſo. i. lo. *Continua ſic: Opor. &c. Quam habuit in ſe, & eã doctrinæ alijs impenſe, ex qua potuerunt proficere: & vtrunq; neceſſarium fuit. i. vtile. Quia non ſo. i. lo. ideſt ipſos docentes.*
*l* Neceſſe eſt. *ideſt vtile.*
*m* Eſſe pe. *ſed etiam extra. i. alienigenas vtile eſt.*
*n* Poſſe ſi. do. & diſ. *ab alijs.*
*o* Et ſcri. *per ſe. q. d. non expedit quod ſoli Iſraelitici ſint periti. ſed expedit quod diſcentes ab eis poſtmodum poſſint doctores fieri. Aliqui libri habent: Dicẽtes, & multum videtur ibi melior litera & planior quàm prima. Et reſpondet ei quod prius dixerat, loquentes. & eſt ſenſus: Non ſo. ipſos lo. i. docentes: Neceſſe eſt per. eſſe. Sed etiam extraneos. i. alienigenas, vel alios ab ipſis edoctos. Neceſſe eſt poſſe fieri, & dicentes alijs. i. doctores. Et ſcriben. doctiſſi. ſ. ſcriptores, vel conditores librorũ periſſimos. Iſtam literam magis approbo. vel aliter ab illo loco. Doctrinæ & ſa.*

*m* Sed & ipſa lex &c. *ideſt cæteri libri.*
*n* Non par. ha. diſ. *imò magnam habent differentiam.*
*o* Quan. inter ſe di. *ideſt tranſlati libri originalibus à quibus tranſlati ſunt, conferuntur.*
*p* Nam in octa. *Cõtinua ſic: Bene mihi debetis ignoſcere, quia opus eſt valde vtile. & hoc oſtendit, di. Nã in oc. & 30. an. i. cũ 38. annorũ eſſem (more Hebræorum loquitur qui minorem numerũ præponunt maiori)*
*q* Tempo. Ptolemæi. *Qui regnauit in Aegypto poſt Ptolemæum Philadelphum fratrem ſuum ſub quo LXX. interpretes tranſtulerunt Bibliothecam de Heb. in Græcum. Nota quod reges Aegypti dicebantur antiquitus Ptolemæi ſicut modo Pharaones: & ſic Imperatores Romani appellantur Auguſti & Cæſares. Euerges proprium nomen eſt. dictus eſt autem Euerges quod ſonat reuocationem, quia poſt vaſtationem Syriæ & Ciliciæ Deus eorum quos Cambyſes in Perſas trãſtulerat, reuexit.*

Ptolemæus Euerges

*r* Poſtquam &c. *De Iudæa, in Aegyptum: Fortè cum illis quos Ptolemæus Sother anteceſſor Philadelphi captiuos duxit in Aegyptum, vel fortè ex propoſito, vt aliqua vtilia transferret.*
*s* Et cum mul. tem. ibi fuiſ. *i. multo tempore ibi manſiſſem.*
*t* In. li. re. *à LXX. interpretibus non tranſlatos de Heb. in Græcum.*
*u* Non par. *imò magna & vtilia continebant: inter quos erat liber iſte.*
*x* Itaq;. *quia ſci. librum iſtum vidi valde vtilem.*
*y* Bonum & ne. *i. vtilem putaui: & ipſe ex quo alij reliquerant.*
*z* Aliquam addere di, &c. *i. transferendi de Heb. in Græcum, per hoc dicũt quidam, quod Ieſus filius Sirach non compoſuit librum iſtũ, ſed tantũ tranſtulit: contrarium tñ dicit Iſid. 6. etym. vbi ait. Librũ Eccleſiaſticum*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E certiſſimè Ieſus filius Sirach Ieroſolymita Ieſu ſacerdotis magni nepos compoſuit, & cum hoc quod inuenerat ordinauit: & ideo bene dicitur de eo ꝙ tranſtulit, & quod compoſuit.

*a* Et mul.vi.at. *Ideſt appoſui.*

*b* Doctrinam. *Ideſt doctrinæ ſolicitudinem, non momentaneam, ſed,*

*c* In ſpat.tem. *i. longo tempore: Attuli inquam doctrinam.*

*d* Ad illa quæ ad fi.du.li.iſtum. *i. vt librum iſtum fine debito conſummarē. Per hoc autem quod dicit doctrinam attuli, inſinuat ꝙ multa doctrinaliter appoſuit, quibus appoſitis opus ſuum fine debito conſummauit.*

*e* Dare, & il. *Hic notatur quare tranſtulit librum iſtum ſecundum diuiſionem præhabitam. Conſtrue ſic: Supra dictum eſt, quod bonum & neceſſariū putauit laborare ad interpretandum, conſummandum librū iſtum, ſed iſtud paruum eſſet, niſi & alijs communicaret. vnde dicit: Et bonum & neceſſarium putaui. Dare.i.communicare librum iſtum non generaliter omnibus,*

Matt.7.a *ne ſanctum darem canibus, & margaritas ſpargerem ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi dirumpant nos. ideo dicit: Bonum & ne.pu.dare illis.*

*f* Qui vo.ani.inten. *i. attentè animū dirigere, & applicare ad cognoſcendū ea quæ ſibi ſunt neceſſaria ad ſalutē, & qui volunt.*

*g* Diſcere. *ab alijs.*

*h* Quemadmodum. *i. qualiter ipſos.*

*i* Oporteat inſti. *i. ordinare.*

*K* Mores. *in ſe & in alijs. Aliqui libri habēt inſtruere mores. i. ſe & alios in moribus informare, ad quod eſt multum vtilis liber iſte. Qui ſecūdum legē domini propoſuerint vitam agere.*

tiam & laborē interpretandi librum iſtum, a
& multa vigilia attuli doctrinam in ſpatio b c
temporis ad illa quæ ad finē ducunt, librum d e
iſtum dare, & illis qui volunt animū inten- f g
dere, & diſcere quemadmodū oporteat in- h i
ſtituere mores, qui ſecundum legem domi- k
ni propoſuerint vitam agere.

## *Incipit prologus Rabani in Eccleſiaſticum.*

Librum Ieſu filij Sirach dicit ſe Hier. apud Hebræos reperiſſe, non Eccleſiaſticum, vt apud Latinos, ſed Parabolas prænotatum, cui iuncti erant Eccleſiaſtes, & Canticum canticorum, vt Salomonem non modò librorum numero, ſed & materiarum genere coæquaret. Librum verò ſapientiæ ſe non reperiſſe apud eos, ſed magis Græcam redolere eloquentiam, quem nonnulli Philonis eſſe affirmant. Eccleſiaſticus verò ſicut, & Eccleſiaſtes eccleſiæ vltiſſimus eſt, qui congregator, vel collector interpretatur, ſicut ille concionator: ſed Eccleſiaſtes ad Chriſtum refertur, & ad quemlibet prædicatorem Eccleſiaſticus, qui propter excellentiam virtutum ſuarum, ideſt omnium virtutum capax appellatur. Cuius tanta claritas, tantaq; Latinitas eſt, vt ipſe ſibi commenta ſit.

*ſtillæ dicatur, quod autor huius libri ſcripſit ipſum Græcè, intelligitur de tranſlatore primo. Sed primus & principalis ſcriptor (ſub Deo tamen) fuit Ieſus filius Sirach, vt habetur in prologo huius libri, & etiam inf. 50. cap. In quo libro nos inducit ad amorem ſapientiæ: & accipit ſapientiam prout includit omnem virtutem, ſicut accipitur in libro ſapientiæ.* G

*Diuiditur aūt iſte liber in duas partes. In prima inducit ad amorem ſapiētiæ ratiocinando, in ſecunda exēplificādo, quæ incipit 44. cap. Prima adhuc in duas: Nam primò declarat autor ſapientiæ principiū, ſecundò inducit ad eius exercitium cap. 3. Circa primum ſciendū, ꝙ duplex eſt principiū ſapientiæ. Vnum effectiuum, quod ſe tenet ex parte Dei. Aliud diſpoſitiuum, quod ſe tenet ex parte noſtri. nam ad ſapientiā ex parte noſtri requiritur actus liberi arbitrij: ergo primò ponitur primū, ſecundò ſecundū, ibi: Timor dñi &c. Ad euidentiam primi, & etiam aliorum inf. dicendorum ſciendum, ꝙ ſapientia dupliciter accipitur, quantum ſpectat ad propoſitum, diuina ſcili. & humana. Diuina verò accipitur dupliciter. ſ. eſſentialiter & perſonaliter, q̄ propriè ſapientia genita dr̄, & eſt idē quod verbum diuinum, & per conſequens eſt filij proprium. Poteſt igitur dubitari de qua ſapientia loquitur hic autor, & inf. 24. Et dixerunt aliqui, ꝙ de ſapientia humana, eò ꝙ ſubditur in hac parte: Prior omnium creata eſt ſapientia. Creatio verò non habet locum in Deo. Sed cōtra hoc apparet quod in textu dr̄: Omnis ſapientia à dño Deo eſt &c. ꝙ eſt menſura eſſe incorruptibilium: pp quod ante ipſum nō eſt alia menſura niſi æternitas, & per conſequens loquitur de ſapiētia diuina quæ ſola eſt æterna: pp quod dixerunt alij, ꝙ loquitur de ſapientia Dei eſſentialiter dicta. Sed contra hoc vr̄ textus cū dicitur: Omnis ſapientia à dño Deo eſt. eſſe verò ab aliquo nō competit eſſentiæ diuinæ, ſed tantum procedentis per ſonæ. Item inf. 24. a. autor loquens in perſona huius ſapientiæ dicit: Ego ex ore altiſſimi prodij primogenita ante omnem creaturā. Prodire vero ex ore altiſſimi, & per modum geniti, vel nati eſt proprium filij, qui eſt ſapiētia genita: pp quod communius dr̄, ꝙ autor loquitur hic de ſapientia genita, cuius primò deſcribitur emanatio interior, ſecundò exterior, ibi: Fons ſapientiæ. Prima diuidit̄ in tres partes: quia primò ponit̄ emanationis conſubſtantialitas & æternitas. ſcd̄ò eius incōprehenſibilitas, ibi: Arenam. tertiò primitas, ibi: Prior omnium: Circa primum dr̄,* H

*l* Omnis ſa. *i. filius cuius propriū eſt eſſe ſapientia Dei genita, & eius attributum ſeu appropriatum ſapientia eſſentialiter dicta, ſicut attributum patris eſt potentia. Dicitur etiam cum hoc filius omnis ſapientia: quia cōtinet ſupereminenter omnes modos & altitudines & notitias ſapientiæ creatæ.*

## GLO. ORDINAR. CAP. I.

F

Iohan.1.a — a Omnis ſap. *Ra.* Incipit ab æterna Dei ſapientia quæ Chriſtus eſt, qui cum patre eſt ſemper ante ſecula, ſecundum illud: In principio erat verbum, & verbū erat apud Deum &c.

b *A do.Deo. &c.* Quia Chriſtus fons vitæ, lux vera, de patre naſcitur, & omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quiſquis hac ſapiētia caret, in tenebris ambulat, & neſcit

1.Cor.3.d quò vadat. Sapiētia enim huius mundi ſtultitia eſt apud Deum, & prudentia carnis.

c *Arenam ma. Rab.* Corporalia ſpiritualibus cōparat, vt ex dif-

Sap.11.d ficillimis quod omnino impoſſibile eſt, æſtimetur. Si enim hæc quę in certo numero, & menſura, & pondere condita ſunt nemo poteſt dinumerare, quantò minus ſapientiam Dei ſine initio & ſine fine inenarrabilem, inæſtimabilem poterit inueſtigare?

a *Prior*

## *Incipit liber Eccleſiaſticus.*

## CAP. I.

a b c — Omnis ſapiētia à domino, Deo eſt, l m
& cū illo fuit ſemper, & eſt ante n
æuū: Arenā maris & pluuię guttas o p
& dies ſeculi quis dinumerauit?

*m* A do.Deo eſt. *i. procedens à Deo patre diſtinctus in perſona.*

*n* Et cum illo fuit. *indiſtinctus in eſſentia.*

*o* Sem. & eſt ante æuum. *in quo oſtēditur huius emanationis ęternitas.*

*p* Arenam maris. *Hic conſequenter oſtenditur ſapientiæ genitæ incomprehenſibilitas. Nam nō eſt primò, ideſt à priori cognoſcibilis à nobis in præſenti, ſed ſolum per poſterius, ideſt per effectus qui improportionabiliter diſtant à perfectione ipſius. Et ideo ſi comprehenderentur, non tamen per hoc hæc ſapientia perfectè attingeretur: & tamen eius effectus ſunt à nobis incomprehenſibiles, ſicut plenius fuit oſtenſum ſuper illud Eccl. 1. a. Cunctæ res difficiles, nec eſt qui poſſit eas explicare ſermone, & multò minus Dei ſapientiam. Sed quia poſſet aliquis credere, ꝙ ſaltem aliquæ creaturæ eſſent ab hominibus comprehenſæ, ideo ponit exemplum de aliquibus, de quarum incomprehenſione notum eſt omnibus dicens: Arenam maris & pluuiæ guttas, Quis dinumerauit? quaſi dicat nullus hominum: & de duobus primis eſt manifeſtum. De tertio verò poſſet dubitari. nam anni à principio mundi ſunt numerati, & per cōſequens menſes & dies poſſunt numerari. Ad quod dicendum, quod anni non ſunt numerati certitudinaliter & preciſè. Quod patet primò, quia ſeptuaginta interpretes multò plures annos computant ab initio mundi, q̄ in libris Hebraicis habeatur. Item in libris Hebraicis cōputātur anni*

§ *ſecundum*

## Poſtilla venerabilis Patris Fratris Nicolai de Lyra, ſuper Eccleſiaſticum incipit feliciter.

## CAP. I.

Omnis ſapien. *Hic incipit liber Eccleſiaſticus, qui primò fuit Heb. ſcriptus, vt patet per Hie. in eius prologo ſuper parabolas Salomonis. Et dicunt aliqui, quod iſte ſcriptor fuit Ieſus filius Ioſedech, & Ieſus filius Sirach eius nepos, tranſtulit eum de Heb. in Græcum. Sed hoc non videtur verum. Nam ſcriptor huius libri inf. 50. c. facit mentionem de Simone filio Oniæ ſatis prolixè, qui fuit ſummus ſacerdos poſt mortem Ieſu filij Ioſedech per magnum tempus. Nā inter ipſos fuerunt quinq; ſummi ſacerdotes. ſ. Ioachi, Eliaſiph, Iudas, Iohannes, Onias. Et ideo dicendum, ꝙ primus ſcriptor fuit Ieſus filius Sirach & nepos eius, qui ſimiliter fuit Iudæus, & ſciuit Græcū, tranſtulit quoq; de Heb. in Græcum: vt patet in prologo huius libri. Et huius tranſlatoris nomen proprium ibi tacetur. Igitur ſi in proceſſu huius Poſtillæ*



a *Prior om. creata eſt ſa.* Creata ſecundum humanitatem in

E conſilio Dei patris. ſ. pro ſalute humani generis præfiſma ta eſt incarnati. Notandum autem ꝙ propter vnitatem perſonæ aliquando Chriſtus dicitur genitus, aliquādo creatus.

b *Fons ſa.* Origo omnis ſapientiæ a verbo Dei procedit, qđ Deus ex Deo ſemper cū patre manet in cęlis, ſed ingreſſus mūdum per diſpenſationem humanitatis

Io.6.g dedit mandata ſalutis. vnde: Verba vitæ æternæ habes.

c *Radix.* Oſtendit neminem poſſe profunditatem Dei penetrare, vel magnitudinē bonitatis eius & miſericordiæ. Vnde ad liberationē & illuminationem humani generis

Eſa.53.c homo fieri dignatus eſt. vnde: Generationem eius quis enarrabit?

d *Ipſe crea. &c.* Vnigeniti ſci. aduētum, per verbum ſibi coæternum cum ſpirituſancto diſpēſauit, qūo per Virginis partum ad ſalutem mundi veniret, & creaturas repararet, & hominem ad agnitionem, & dilectionem ſui reuocaret, dās illi donum ſpirituſſancti, vt eius munere ſaluetur in æternum.

Pſal.111.a e *Ti.do.* Beatus qui timet dominū, in mandatis eius cupit nimis. Gloria, & diuitiæ in domo eius &c. Timor domini &c. Duæ ſpecies

1.Io.4.d ſunt timoris. De altera dicitur:

† non eſt in charitate. Timor † animæ in charitate &c.

qui

Altitudinem cęli, & latitudinem terræ a
& profundum abyſſi quis dimēſus eſt? b
Sapientiam Dei præcedentem omnia, c d
a quis inueſtigauit? Prior omnium crea- e
ta eſt ſapientia, & intellectus prudentiæ f g
b ab æuo. Fons ſapientiæ verbum Dei in h i
excelſis, & ingreſſus illius mandata æter- k

a ¶ Ideſt origo.

c na. Rādix ſapientiæ cui reuelata eſt, & l m
aſtutias illius quis agnouit? Diſciplina ſa- n o
pientiæ cui reuelata eſt, & manifeſtata:
& multiplicationē ingreſſus illius quis p q
intellexit? Vnus eſt altiſſimus creator r
omnium, omnipotens, & rex potens, & s t
metuendus nimis, ſedens ſuper thro-
d num illius, & dominans Deus. Ipſe crea- u x
uit illam ſpirituſancto, & vidit & dinu- y z
merauit & menſus eſt. Et effudit illam a b
ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnē
carnem, ſecundum datum ſuum, præ- c

a ¶ Qui coercet a panis.

e bet illam diligentibus ſe. Timōr domi- d

## NIC. DE LY.

§ *ſecundum vitas patrum, vt hr̄ Gen. 5. Et iterum ſecundum tempora regum, vt patet in libris Regum, & Par. In tali verò computatione frequenter vnus annus pro duobus computatur, & ecōuerſo, vt frequenter oſtenſum eſt in ſuperioribus libris. Iterum à reditu captiuitatis Babylonicæ vſque ad Chriſtum non habetur aliqua numeratio per ſacram*

F *ſcripturam. Et ideo propter tantam varietatem bene dicitur, ꝙ dies ſeculi non ſunt ab aliquo homine numerati certitudinaliter & præciſè.*

*a* Alti.cęli. *fundum abyſſi, ideſt oceani.*

*b* Quis dimen.eſt. *Quaſi dicat, nullus hominum. Et de duobus primis eſt manifeſtum. De tertiò verò dicendum, quod licèt profundum oceani ſit menſuratum à nautis in aliquibus locis aridæ propinquis, non tamē in omnibus, ſed in paucis reſpectiuè in quibus eſt mare nauigabile. ideo concludit.*

*c* Sapien.Dei. *genitam.*

*d* Præcedentem om. *Quia per verbum quod eſt idem cum ipſa, omnia facta ſunt, Ioh. 1. Cauſa verò effectiua præcedit ſuos effectus.*

Sapientia quę omniū prior dicitur. *e* Prior om. *Hic conſequenter oſtenditur ſapientiæ genitæ prioritas. Sciendum tamen, ꝙ aliqui iſtam literam exponūt de ſapientiæ genitæ incarnatione, eò quod dr̄ hic: Prior omnium creata eſt ſa. Creari verò ſibi non competit niſi ratione naturæ humanæ, quæ creata eſt. Sed contra hoc arguitur, quia licèt ſapientia genita ratione humanitatis aſſumptæ poſſit dici creata, ſicut dicitur Ioh. 1. Verbum caro factum eſt: tamen non poteſt hoc modo dici prior creatura, vel prior creata. nā ante tempus incarnationis multa fuerunt creata. Ad quod reſpondent, ꝙ non accipitur hic prioritas durationis, ſed autoritatis & dignitatis. nā humanitas Chriſti propter vnionem ad verbum & plenitudinē gratiæ facta eſt dignior omnibus creaturis. Et hoc modo loquitur beatus Iohannes Baptiſta de Chriſto. Ioh. 1. d. Poſt me venit vir. ſ. Chriſtus, qui ante me factus eſt, non tempore, ſed dignitate: quia factus eſt ſuperior, & prælatus meus, vt exponunt ſancti. Sed licèt hoc dictum habeat bonum intellectum, tamen non videtur procedere ſecundum mentem autoris huius libri. nam inf. 24. b. loquens in perſona huius ſapientiæ dicit: Ab initio & ante ſecula creata ſum. Ex quo patet, quod creationem huius ſapientiæ nō vocat incarnationem quæ facta eſt in tempore, ſed eius emanationem æternam à patre, quæ large loquendo dicitur creatio, inquantum filius accipit eſſe à patre, ſicut & per creationem accipitur eſſe, non autem quantum ad hoc, quod creatio eſt de nihilo, & quod per eam accipitur eſſe in diuerſitate eſſentiæ. Nam filius in diuinis eſt de ſubſtantia patris, & accipit idē eſſe cum patre. Et eſt aliqualiter ſimilis modus loquendi, ſicut cum dicitur aliquis imperator, vel rex creari: quæ creatio non eſt de nihilo, nec per hoc accipitur aliquod eſſe nouum abſolutum, vt communius dicitur ſed tantum relatio noua domini ad ſubditos. Et per hoc patet ad argumentum quod fiebat ſuperius ex hac autoritate. Dicendum igitur, ꝙ ſicut prædictum eſt, hic ponitur emanationis ſapientiæ genitæ quædam primitas reſpectu omnis alterius emanationis, non ſolum creaturarū, ſed etiam ſpirituſſancti, eo modo loquendi quo emanatio filij dicitur prima, & ſpirituſſancti ſecunda, ſicut ſpirituſſanctus dr̄ in trinitate tertia perſona. licèt n. in diuinis perſonis & earum emanationibus non ſit prius, & poſterius duratione, vel natura: tamen eſt ibi ſecundum aliquos prioritas*

*tas & poſteritas originis: quia vna perſona eſt ab alia, & non econuerſo: & ſecundum oēs eſt ibi prioritas & poſterioritas ſecundum noſtrum modum intelligendi. nam emanatio verbi præintelligitur emanationi amoris. Sic igitur dicitur. Prior om. cre. eſt ſa. i. per æternam generationem producta. Et quod iſte ſit intellectus autoris, vr̄ ex hoc quod infra 24. b. anteq̄ in perſona huius ſapientiæ loquēs diceret: Ab initio & ante ſecula creata ſum. præmiſit dicens in perſona eiuſdē ſapientiæ: Ego ex ore altiſſimi prodij primogenita ante oēm creaturam. Per hoc inſinuans, ꝙ huius ſapientiæ creatio non eſt aliud q̄ eius æterna proceſſio. Locutiones tamen iſtæ & conſimiles non ſunt extendendæ, ſed magis cauendæ à fidelibus, quia fauere vīr errori Arrij: qui dixit Dei filium eſſe puram creaturam: ſi tamen inueniātur in dictis ſanctorum, vel libris ſacræ ſcripturæ canonicis, vel nō canonicis, receptis tamen ab eccleſia ad legendum, qualis eſt iſte, vt dicit Hier. in prologo galeato piè ſunt exponendæ.* G

*f* Et in.pru.æuo. *Eſt autem intellectus habitus principiorum: item oēs morales virtutes cōnectuntur prudentiæ. & ideo principia virtutum moralium dicuntur principia prudētiæ, igitur quia notitia horum principiorum ſupereminenter eſt in ſapientia genita, ideo dicitur: Intel.pru.ab æ. i. ab æterno. æuum enim eſt quaſi medium inter æternitatem & tempus, propter quod aliquando ponitur pro tēpore, & aliquando pro æternitate, eò quod medium participat cum vtroq; extremo, poteſt etiam dici ab æuo propriè dicto, eò ꝙ æternitas propter ſui ſimplicitatem aſſiſtit æuo, & tempori, & cuilibet eorum parti.*

*g* Fons ſa. *Hic conſequenter agitur de emanatione ſapientiæ exteriori, per hoc quod eius effectus creaturis cōmunicatur. Et hoc eſt quod dicitur: Fons ſapientiæ. i. ex quo deriuantur effectus ſapientiæ tanquam quidam riuuli, eſt ſupple.*

*h* Verbum Dei. *Quod idem eſt cum ſapientia genita.*

*i* In ex. *Nā priò fuit in angelis ſanctis, & cōſequēter in alijs creaturis.*

*K* Et ingreſſus. *Dicuntur autem ingreſſus ſapientiæ ad omnes eius reuelationes, & maximè notabiles: illa verò fuit valde notabilis, qua deſcendit in montem Sinai legem dando audiente cuncto populo, vt habetur Exo. 20. Ideo ſubditur: Mandata æterna. tunc enim dedit decalogi præcepta, quę dicuntur æterna, eò quod ſunt via deueniēdi ad vitā ęternam, Matt. 19. b. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Sed quia poſſet aliquis credere, quod per tales reuelationes ſapientia Dei perfectè cognoſci poſſet, ideo hoc remouet, dicens:* H

*l* Radix ſapientiæ. *q.d. nulli. Tunc enim radix alicuius reuelari dicitur quando perfectè cognoſcitur.*

*m* Et aſtutias il. *i. ſubtilitates contra mala.*

*n* Quis agno. *q.d. nullus. Tanta enim eſt quod de malis elicit bona, vt dicit Aug. in Enchiridion.*

*o* Diſciplina ſa. &c. ma. *ſ. perfectè. Hoc enim importat manifeſtatio. q.d. nulli: quia nulla creatura capax eſt talis notitię, cum ſit infinita.*

*p* Et mul. *ideſt effectus eius.*

*q* Quis intel. *q.d. nulla creatura. Licèt enim Chriſtus inquantum homo habeat notitiam creatam omnium effectuum Dei qui facti ſunt, & fient, non tamen habet notitiam creatam omnium poſſibilium à Deo fieri: & quia talis notitia eſt Dei propria, ideo ſubditur.*

*r* Vnus eſt al. *Nam eſt ipſa bonitas per eſſentiam.*

*s* Creator. *per ſuam potentiam. ideo ſubditur: Omnipotens. Et quia nō ſolum eſt omnium rerum creator, ſed etiam gubernator, ſubditur,*

*t* Et rex. *Sedens ſuper thronum illius. ſ. ſapientiæ, per quod deſignatur poteſtas iudiciaria, quę attribuitur filio qui eſt ſapientia genita. Ioh. 5. d. Pater omne iudicium dedit filio.*

*u* Ipſe. *ſcilicet pater.*

*x* Creauit il. *Modo ſupradicto.*

*y* In ſpi. *Non principatiuè: quia ſpirituſſanctus non eſt principium filij, ſed concomitatiuè, quia tres perſonæ ſunt coæquales & coęternę.*

*z* Et vidit. *i. perfectè cognouit. pater enim perfectè cognoſcit filium.*

*a* Et effudit. *quia ſapientia Dei quę eſt attributum filij, relucet in omnibus operibus Dei, & quia natura humana ratione intellectus ſuper alia corporalia capax eſt effectus ſapientię diuinę. ideo ſubditur.*

*b* Et ſuper. *i. ſuper omnem hominem quem illuminat naturali lumine intellectus. Ioh. 1. Illuminat omnem ho. ve. in hunc mundum. Sed quia ſuper hoc dat iuſtis lumen gratię, ideo ſubditur,*

*c* Se.da.ſuum. *i. luminis naturalis. Præbet il. diligen. ſe. Et ſequitur,*

*d* Timor do. *Poſtquam autor declarauit principium effectiuum ſapiētię, hic conſequenter declarat aliud principium diſpoſitiuum, quod dicitur timor. Nam ſicut puer ad ſapientiam humanam diſponitur, & in ea proficit timendo magiſtrum, ſic homo ſe habet ad diuinam ſapientiam timendo Deum. Ad euidentiā dicendorū ſciendū, quod timor à doctoribus diuidit̄ in timorē mundanū, ſeruilē, initialē, & filialē. Obiectū enim*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

qui hunc habent propter metũ gehennæ peccare deſinunt, & vitam corrigunt: hic introducit charitatem, ſed & foras mittitur, Qui enim ſic timet, nondũ amat nec deſiderat bona: ſed cauet mala: ſed tamen ſe corrigit, & bona deſiderare incipit. De altera ſcriptum eſt: Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. (Pſal.18.c) Timet enim vnuſquiſq; ne amittat bona, & Dei præſentiam, qua in æternum frui deſiderat, de quo dicitur,

a *Ti.do.del.cor.* Hic ſanitatẽ tribuit internam, & in futuro vitã æternã.

b *Dilectio &c.Ra.* Charitas Dei, vera eſt ſapientia, quæ per ſpiritum ſanctũ diffunditur in cordibus noſtris, (Rom.5.a) qui replet nos dulcedine dilectionis Dei in agnitione magnalium eius, vnde: Vos vnctionem habetis à ſancto, qui noſtis omnia &c. (1.Ioh.2.e) Vnctio enim ſpiritualis ipſe ſpiritus eſt, cuius ſacramentum eſt in vnctione viſibili, cuius gratia inſtruit de omnibus. Alioquin otioſus eſt ſermo doctoris. Charitas verò Dei q̃ eſt donũ ſpiritus, citiſſimè intelligere & obſeruare mandata Dei facit. Ipſa enim bonum incipit & pficit: ipſa ĩ futuro remuneratio erit, vñ: Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua &c. (Pſal.15.c)

c *Timor do.* Sine timore Dei & obſeruatione mandatorum eius nulla religio eſt. vnde: Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum huius va.eſt re. &c. (Iac.1.d)

d *Timen.domi.bene.* Qui ſcilicet timore Dei in fide, & doctrina & operatione regulam iuſtitiæ ſeruat. (Prouer.1.a & 9.c)

e *Et vide.* in conſpectu eius ſunt omnia, vnicuiq; conſeruat dignam retributionem.

a Rami

(a Virtutum. b In præſenti rectæ confeſſionis. c In futuro.)

ni gloria & gloriatio & lætitia, & co-

(a Æternæ beatitudinis, b Amore inenarrabili.)

rona exultationis. Timor domini de-

(a In præſenti. In futuro.)

lectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudine dierum. Timen

(a Æterna beatitudo. b In fine huius vitæ.)

ti dominũ bene erit in extremis, &

(Mortis.)

in die defunctionis ſuæ benedicetur. Quibus autem apparuerit in viſu, di-

(Aeterna beatitudine.)

ligunt eam in viſione, & in agnitione

(a In fine huius vitæ.)

magnalium ſuorum. Dilectio Dei honorabilis ſapientia. † Initium ſapientiæ timor domini, & cum fideli-

(a Matris eccleſiæ. b Quia ſanctis animabus ſociatur.)

bus in vulua concreatus eſt, & cũ ele-

(a Quibus dicitur: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis.)

ctis fœminis gradietur, & cum iuſtis & fidelibus agnoſcetur. Timor domini, ſcientiæ religioſitas. Religioſi-

(a In hoc ſeculo.)

tas cuſtodiet, & iuſtificabit cor, iucun

(a In futuro.)

ditatem atq; gaudium dabit. Timen ti dominũ bene erit, & in diebus con

(a Aliàs conſummationis. b Qui magis timet Deum, magis ſapiens eſt, & quãto ſapientior, tanto fructibus bonorum operum plenior. non enim timor Dei otioſus eſt.)

ſolationis illius benedicetur. Plenitudo ſapientiæ timere Deum, & plenitudo à fructibus illius. Omne donum illius implebit à generationibus, &

(Sapientiæ. Vitæ æternæ.)

receptacula à theſauris illius. Coro-

(a Deus cui aſſiſtunt omnia m[illegible].)

na ſapientiæ timor domini, †replens

(a Gaudete, & exultate, quia merces veſtra multa eſt in cœlis.)

pacem & ſalutis fructũ, & vidit & di-

(a Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. b Sapientia & timor Dei, quia omne datum optimum deſurſum eſt.)

numerauit eam. Vtraq; autem ſunt dona Dei. Scientiam & intellectum prudentiæ ſapientia compartietur.

tiam propter redundantiam eius ad corpus, vt dictum eſt.

f In lon.die. *Ideſt ſine fine. Conſequenter ponitur fructus timoris filialis pro ſtatu vitæ, cum dicitur,*

g Ti.do.bene e.in extre. *vitæ præſentis, quia talis timor cauere facit Dei offenſam, & ſic excludit dæmonum poteſtatem, & meretur ſanctorum angelorum aſſiſtentiam, Luc.16.e. Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ.*

h Et in die de. ſuæ benedi. *à Deo & hominibus ſibi bene imprecantibus.*

i Quibus au. ap. in vi. *per reuelationem propheticam.*

K Diligunt eam in viſione. *ſ. prophetica, quę eſt donum Dei.*

l Et in agni.ma. ſuorum. *quorum cognitio eſt delectabilis. Et quia ex ſupradictis poſſet aliquis credere, q̃ prædictorum fructuum timor eſſet magis cauſa, quàm charitas, ideo hoc remouet, dicens,*

m Dilectio Dei ho.ſapientia. *ideſt excellentior in acquiſitione ſapientię, quę accipitur hic prout includit omnem virtutem, vt dictum eſt ſupra.*

n Initium ſa.timor do. *Hic conſequenter agitur de timore initiali, qui de imperfecto ad perfectum procedit, vt prędictum eſt. Ideo dicitur: Initium ſapientię timor domini. Licèt autem timor ſeruilis diſponat aliqualiter ad ſapientiam, inquantum retrahit à peccato propter pęnã: & per hoc habilitatur homo, vt tandem retrahatur à peccato propter offenſam, & ſic eſt aliquo modo principiũ ſapientię, tamen iſtud principium eſt extrinſecum à ſapiẽtia, ſicut & à charitate: ſed timor initialis eſt principium intrinſecum, ſicut fundamentum eſt primum principium domus intrinſecũ: & ſimiliter domini timor eſt principium intrinſecum ſpiritualis ędificationis.* († Pſalm.)

o Et cum fi.in vul.con.eſt. *i. in baptiſmo, qui eſt ſpiritualis generatio, in quo datur gratia ſpiritusſancti. Poteſt etiam accipi ad literam de ſanctificatis in vtero matris. Poteſt etiam exponi de alijs inquantũ puer animatus adhuc exiſtens in vtero matris habet quandam diſpoſitionem, quamuis longinquam ad gratię receptionem.*

p Et cum electis ſe.gradietur. *deducẽdo eas ad virtutis augmentum.*

q Et cum iu.& fi.a. *ſupple eſſe per opera exteriora virtutum. Iſta tamen cognitio eſt tantum coniecturalis. quia timor iſte cõnexus eſt charitati, quę nõ cognoſcitur per certitudinẽ ab habẽte: & multò minus ab alijs.* († germini)

r Timor do.ſci.re. *i. religatio ſcientiæ circa Deum, ne effluat ad inquirendũ curioſa.*

s Religi.cu.& iu.cor. *ne effluat ad diligẽdum indebitè vana & curioſa delectabilia.*

t Iucun. *in præſenti ex puritate cõſciẽtiæ.*

u Atq; nau. *in futuro per adeptionem gloriæ. ideo ſubditur,*

x Ti.de.be. *nam in patria nullũ erit malũ.*

y Et in die.con.il. *i. fruitionis beatæ.*

z Bene. *à Deo & angelis.*

a Plenitu.ſa.ti.de. *quia ducit ad gloriam, in qua eſt plenitudo ſapientiæ in viſione beata.*

b Et ple.a fru.il. *quia fruitio beata inſeparabilis eſt à viſione.*

c Omnem do.il. imple. a ge. *quia dona Dei complentur in patria ad quam ducit timor, vt dictum eſt.*

p Et recep. *ideſt vires animæ quę replebuntur in patria ex ſumma perfectione.*

e Corona ſapi, do. *quia meretur coronam glorię ſolis ſapientibus debitam.*

f Repl.pa. *quia gloria quam meretur timor, ſatiat totaliter appetitum.*

g Vidit & di.eam. *ſcilicet ſapientiam ad quam perfectè venire facit timor.*

h Vtraq; au. *ſcilicet ſapientia & timor.*

i Sunt dona Dei. *Hoc dicit ne crederet, aliquis q̃ ſolus timor ſit Dei donum & non ſapientia.*

K Scientiam. *i. notitiam ſpeculabilium neceſſariam ad ſalutem.*

l Et intel.pru. *i. notitiam moralium neceſſariam ad ſalutem.*

m Sapien.com. *i. diuidet: Non tamen ſic intelligendo, q̃ hęc duo ſcilicet timor & ſapientia ſeparentur abinuicem, quia ſunt connexa charitati. Sed quia hęc duo dantur hominibus multis & diſtinctis, & quia ille qui hęc dona charius amplectitur, apud Deum plus meretur, ideo ſubditur; Et gloriam tenentium ſe exaltat. Sequitur,*

## NIC. DE LY.

*timoris eſt malum, quod eſt duplex. ſ. pęnæ & culpæ. Si igitur propter malum pœnæ quod aliquis timet, auertatur à Deo per peccatum mortale, dicitur timor mũdanus, vel humanus. Si autem propter malum pęnæ quod timet, conuertatur ad Deum ei inhærendo, & hoc principaliter, propter vitationem huius mali, hoc eſt niſi propter amorem boni proprij quo timet priuari, & qđ diligit, in eo principaliter finem conſtituendo: & talis timor dicitur ſeruilis, nec ſtat cum charitate, qua principaliter facit diligere bonum diuinum. Si autem aliquis Deo inhæreat propter malum culpæ quod timet ſic dicitur timor filialis. Proprium eſt enim filiorum timere offenſam patris. Si autem propter vtrũq; malum Deo inhæreat, principaliter tamen propter malum culpæ, ne Deum offendat: ſic dicitur timor initialis differens à filiali, ſicut imperfectum à perfecto, & ſic ſtat cum charitate, minus tamen perfecta: igitur quia autor iſte loquitur de timore prout ſtat cum charitate, vt patet ex ſuo proceſſu, ideo loquitur hic tantum de timore filiali & initiali. Sic ergo procedit, quia primò declarat timoris Dei fructum: ſecundò incitat ad ipſum timendum, ibi: Fili concupiſcens ſapientiam. Prima adhuc in duas, quia primò oſtendit fructum timoris in adeptione boni. ſecundò in vitatione mali, ibi: Timor domini expellit peccatum. Prima adhuc in duas. Nam primò agit de timore filiali, ſecundò de initiali, ibi: Initium ſapientię. Circa primum ponitur primò fructus timoris filialis pro ſtatu patrię, cum dicitur, Timor domini glo, quia per ipſum meretur quis gloriam. Et dicitur hic gloria pro gloriæ habitu.* (Diuiſio. Timor multiplex. Diuiſio.)

a Et gloriatio, *pro eius actu.*

b Et lætitia. *pro eius diffuſione ad inferiores vires animæ, quod erit in reſurrectione, tunc enim animæ gloria redundabit ad corpus: & per conſequens ad vires ſenſitiuas, quæ ſunt totius coniuncti. Talis autem diffuſio vocatur lætitia, à latitudine dicta, quaſi quædam laticia.*

c Et co.exul. *propter triumphum perfectum de aduerſarijs.*

d Timor domini dele. *meritoriè: quia per eum meretur fruitionem beatam, quæ propriè vocatur delectatio, quaſi de alio lactatio, nam beati lactantur vberibus diuinæ conſolationis.*

e Et dabit læ.& gau. *Dicit gaudium propter gloriam animæ, & lætitiam*

Radix



a *Rami.* Per ſapientiam diuinam habet homo ſcientiam vitandi malum, & intellectum faciendi bonum, vtrũq; enim in auditore operatur in fine. vnde: Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt: Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Initium ſapientiæ, timor domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum.

b *In theſauris.* In legis meditatione vtrumq; declaratur, quomodo. ſ. vitanda ſint mala, & quomodo diſcẽda ſpiritualis ſapientia, & exercenda bona opera in quibus eſt religio vera.

c *Sapientiæ intellectus.* Quæ prohibet peccata & carnalia deſideria. vnde: Non amat peſtilens eum qui ſe corrigit, nec ad ſapientes graditur.

d *Timor &c.* Quia per pœnitentiam mundat à præteritis peccatis, vel prohibet à committendis. Quia qui per timorem Dei ſeſe non corrigit, in peccati voraginem cadit.

e *Bonus ſenſus.* Vnde in prouerbijs: Labia ſapientium cuſtodiunt eos. Et alibi: Aſtutus omnia agit cum conſilio: qui autem fatuus eſt, aperit ſtultitiam. Sapientis ergo hominis eſt verba tenere, & omnia modeſtè peragere.

f *Enarrabunt ſenſum.* Aequanimiter, nõ mala pro malis, ſed bona pro bonis tribuens.

g *Fili concupiſcens ſapien.* Qualiter ad ſapientiam peruenias, ipſa ſapientia monſtrat, quia ſine conſeruatione iuſtitiæ, nemo peruenit ad culmen ſapientiæ. vnde Iac. Quis ſapiens, inquit, & diſciplinatus inter vos, oſtendat conuerſationem bonam in manſuetudine ſapientiæ.

h *Sapientia enim & diſciplina.* Sicut ſæpe dictum eſt. Timor domini ſapientiæ, & diſciplinæ cuſtodia eſt. cui conuenit fides recta. & morum temperantia: quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, & bonorum vita ſemper tranquilla eſt. vnde Matt. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. & inuenietis requiem animabus veſtris. Qui enim verè timet Deum, non poteſt eſſe ſine fide, & operibus bonis quæ repleant hominẽ virtutibus, & Deo acceptabilem faciunt. Vnde: Homini bono in conſpectu ſuo dedit Deus ſapientiam, & ſcientiam & lætitiam. Peccatori autem dedit afflictionem & curam ſuperfluam.

i *Duplici corde.* Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis, qui ſcili. vult gaudere cum ſeculo, & regnare cum Chriſto.

K *Hypo.in con.ho.* Aliud corde geſtãs, & aliud opere monſtrans. vnde: Attendite à falſis prophetis, qui veniũt ad vos in ve.ouium.

l *Attende in illis &c.* Manifeſtum eſt, q̃ qui ſequitur hæreticos, animæ ſuæ acquirit damnationem: quia in iudicio reuelabuntur occulta cordium, & reddetur vnicuiq; ſecundum opera ſua: Diſperdet enim Deus omnes qui loquuntur mendacium. Qui abominatur virum ſanguinum & doloſum. vnde Attendite à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis. Et alibi: Veniet dominus ſerui illius, & diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis: ibi erit fletus & ſtridor dentium.

Fili

(Æternam.)

& gloriam tenentiũ ſe exaltat. Radix ſapientiæ eſt timere dominum.

(a Sententiæ ſcripturarum quas per orbem terrarum euangelica pandit doctrina. b Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.)

Rami enim illius lõgæui. In theſauris ſapientiæ intellectus, & ſcientiæ

(a Abominabilis.)

religioſitas, execratio autem peccatoribus ſapientia. Timor domini expellit peccatum. Nam qui ſine ti

(Dei.)

more eſt, non poterit iuſtificari: iracũdia enim animoſitatis illius ſub-

(Retributionis.)

uerſio illius eſt. Vſq; in tempus ſu-

(Vere.)

ſtinebit patiens, & poſtea redditio iucunditatis. Bonus ſenſus vſq; in

(Retributionis. a Non poteſt abſcondi quod iuſtitia facit manifeſtari.)

tempus abſcondet verba illius, & labia multorũ enarrabunt ſenſum illius. In theſauris ſapientiæ ſignifi-

(a Abominabilis.)

catio diſciplinæ: †execratio autem peccatoris cultura Dei. Fili concupiſcens ſapientiam, cõſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim & diſciplina timor domini, & quod beneplacitum eſt illi, fides & manſuetudo, & adimplebit

(a Alias. Contumax non ſit & incredibilis timori Dei. Credere oportet accedentem ad Deum, quia ipſe eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.)

theſauros illius. Non ſis incredibi-

(a Qui ſimpliciter quærit Deum, inuenit. Vnde: Simplicitas iuſtorum diriget eos, & ſupplantatio peruerſorum vaſtabit illos.)

lis timori domini, & ne acceſſeris ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum,

(a Sicut qui prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminant.)

& nõn ſcandalizeris in labijs tuis. Attẽde in illis ne fortè cadas, & adducas animę tuæ inhonorationem, & reuelet Deus abſconſa tua, & in medio ſynagogæ elidat te: quoniam acceſſiſti malignè ad dominum, & cor tuum plenum eſt dolo & fallacia.

qui eſt habitus primorum in ſpeculabilibus, & operabilibus.

e Et ſcientiæ religioſi. *ideſt religatio notitiæ erga Deum, qua reſtringitur animus, ne per vana & curioſa euagetur.*

f Exe. au.pecc. ſa. *q.d. quamuis ſit multum precioſa, tamen abominabilis eſt peccatoribus propter habitum vitioſum, ſicut cibus ſapidus abominabilis eſt habenti guſtum abominabilem ex remorſu conſcientiæ infectum.*

g Timor d. *Hic conſequenter ponitur fructus timoris in euitatione mali, cum dicitur, Timor do. Initialis & filialis.*

h Expellit pec. *tanquam ſibi contrarium, eò q̃ eſt annexus charitati. Hæc eſt enim lex contrariorum, quod in eodem ſuſceptibili mutuò ſe expellant.*

i Nam qui ſine timo.eſt. *ſ. Dei.*

K Non pote.iuſti. *Nam primum quod pertinet ad iuſtitiam, eſt eſſe ſubditũ Deo, quod facit timor, ſicut ſuo ſuperiori.*

l Iracundia enim animo.il. *i. ſuperbiæ eius qua Deo rebellat.*

m Subuerſio illius. *ſ. ab omni bono. Et quia ſuperbus non ſolum rebellat Deo, ſed etiam moleſtias infert fidelibus, qui ſunt mẽbra eius, ideo ſubditur,*

n Vſq; in tem.ſu.pa. *Moleſtia ſuperbi.*

o Et po.red.iu. *quia patienti redditur præmium gloriæ, & ſuperbo pœna gehennæ.*

p Bonus ſenſu. *i. homo bonæ induſtriæ.*

q Vſq; in tem. *conueniens.*

r Abſcondet ver.il. *i. ſuperbi, & proterui patienter tacendo.*

s Labia multorum enarra.ſen.il. *ſicut patet de Dauid, cuius ſenſum multi commendant, eò q̃ patienter audiuit verba Semei proteruientis. 2.Reg.16.*

t In theſauris ſa. *i. inter eius precioſa.* († 21.q.4.c. omnis.)

u Significatio diſciplinæ. *Qua aliquis patienter tolerat moleſtias tanquam flagella Dei, ſicut patris corripientis: ſed quia peccatores obſtinati ex talibus non emendantur, ſed à Deo magis elongantur, ideo ſubditur,*

x Execratio au. pec. cul.Dei. *Qui colitur fide, ſpe, & charitate, vt dicit Aug. in Enchi.*

y Fili concupi. *Poſtquam oſtendit timoris fructum, hic conſequenter inducit ad timorem habendum. Et primò ex conſideratione mali, ſecundò ex conſideratione boni, ibi: Qui timetis dominum. circa initium cap.2. Prima in duas, ſecundum conſiderationem duplicis mali, ſcilicet culpæ & pœnæ. Secunda incipit in principio ſecũdi cap. Primò igitur inducit ad timorem habendum ex conſideratione mali culpæ, quod per timorem euitatur di. Fili concupi. Cuius initiũ eſt timor, vt dictum eſt.* (Diuiſio.)

z Conſerua iuſtitiam. *Nemini nocẽdo, & Deo reuerentiam exhibendo.*

a Et Deus præbe.il.ti. *Quia dat eam omnibus ſe diſponentibus affluenter, Iac.1.a.*

b Sa.enim & diſci.ti.do. *ſupple eſt initiatiuè. Et dicitur ſapientia, quantum ad notitiã de diuinis, & diſciplina quantum ad mores.*

c Et quod bene pla.eſt il. *ſ. Deo.*

d Fides & man. *ſupple eſt ipſe timor initiatiuè, quia facit acquieſcere articulis fidei, & reprimere motus iracundiæ.*

e Et adimple. *ſ. Deus.*

f Theſauros. *bonorum ſpiritualium.*

g Illius. *Qui timet eum.*

h Non ſis incre.ti.domini. *i. illis qui incutiunt timorem eius, ſicut eſt iudicium extremum, & dura punitio peccatorum.*

i Et ne ac.ad eum. *in eccleſia.*

K Du.cor. *i. prætẽdens exterius bonitatem, & interius habens iniquitatem. Et quoniã hoc faciunt hypocritę, ſubditur: Ne fueris hypocrita &c.*

l Et non ſc.in l. *q.d. ſi detegatur veritas mendax apparebis. ideo ſubdit,*

m At, in il. *ſ. labijs tuis non plus dicendo de tua bonitate, quàm ſit in veritate.*

n Ne for.cadas. *in peccatum manifeſtum.*

o Et ad.ani.tuæ. *i. tibijpſi, accipiendo pro toto partem nobiliorem.*

p Inhonoratio. *ideſt deiectionem coram Deo & hominibus.*

q Et reuelet Deus abſcondita tua. *ideſt occulta peccata.*

r Et in medio ſynagogæ: *ideſt congregationis fidelium.*

s Elidat te. *grauiter puniendo.*

t Quo.ac.ma.&c. *ſicut patet Act.5. de Anania & Saphira, quos in cõuentu fideliũ interfecit ſubitò, eò q̃ mentiti ſunt fraudando de agri precio.*

## NICOLAVS DE LYRA.

a Radix ſapientiæ eſt &c. *Nam timor initialis eſt principium intrinſecum ſapientiæ: vt dictum eſt ſupra, ſicut radix eſt principium intrinſecum arboris.*

b Rami enim il. *ſ. virtutes quæ procedunt à ſapientia.*

Longæui. *Quia permanent in patria. tamen ſecundum alios actus conuenientes ſtatui gloriæ.*

d In theſauris ſa. intellectus. *ideſt inter precioſa eius dona. Intellectus qui*

E

## GLOSSA ORDINARIA.

### CAP. II.

F*Ili accedens &c. Raban.* Demonſtrauit quid ſit vitandum, nunc demonſtrat quid ſit agendum, dicens:

a *Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timo.* Qui enim vult ab illecebris mundi ſe abſtinere, & in Chriſto piè viuere, perſecutionem patitur. Dum enim accingi diuino ſeruitio præparat, bellum diaboli contra ſe excitat: & dum alia vitia ſubdit, alijs reluctatur, ex diuina diſpenſatione agitur, vt ſuperet & ſuperetur, ne extollatur. Sed quia humilitas & patientia illi neceſſaria eſt, ſequitur: Deprime cor tuũ & ſuſtine &c.

†de pœ.di.2.c.ſi enim ver. liberi.

Luc.21.d

b *Patientiam habe, quoniam in igne.* In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. quia ſcilicet radix & cuſtos omnium virtutum patientia eſt. Sciendum autem eſt, q̃ patientia tribus modis exercetur. A Deo enim flagellamur, ſed cauendum eſt ne murmuremus. A proximo perſecutiones, & damna, & contumelias ſuſtinemus: & cauendum eſt ne mala pro malis retribuamus. Ab aduerſario tentamur, ſed proſpiciendum eſt ne ad delectationẽ peccati vel conſenſum flectamur: vel pro his præſentia quæramus, ſed futura expectemus.

Patientia lauatur

Pſal.36.a Iere.17.a

c *Crede Deo & recuperabit te.* Credere oportet afflictum, & dirigere greſſus operum in Dei conſpectum, & ſperare in illum. vnde. Reuela domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe fa. Hinc Iere. ait: Beatus qui confidit in domino, & erit Deus fiducia eius &c.

F

Pſal.146.b

d *Metuentes dominum.* Beneplacitum eſt domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperãt ſuper mi.eius. Qui enim veraciter metuit, patienter ſuſtinet miſerationem eius. Qui autem dereliquerint Deum, confundentur & in terra ſcribentur.

Iere.17.b

e *Quis timetis dominum, credite illi.* Hortatur timentes dominum, vt credant illi qui ad certam mercedem perueniant. vnde: Iuſtus enim ex fide viuit. vnde: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua Et alibi: Fides tua te ſaluum fecit.

Rom.1.b Matt.9.a Ibid.10.g

f *Qui timetis dominum ſperate in illum.* Tria commendat timentibus Deum: Credere, ſperare, diligere, quia fide, ſpe & charitate verè colitur Deus, & ad contemplationem peruenitur, quę eſt beatitudo æterna.

g *Reſpicite filij nationes hominum: & ſcitote, quia nullus ſperauit in domino & confuſus eſt. Ra.* Hic quoq; tria dicit: Neminem ſperantem in domino confuſum eſſe, vel permanentem in mandatis derelictum, vel inuocantem deſpectum. Quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Et qui facit voluntatem patris, intrabit in regnum cęlorũ. Bene autem dicit, remitte in tempore tribulationis peccata omnibus exquirentibus Deum in veritate. quia ſacrificium Deo ſpiritus contribu. &c. Et: Propè eſt Deus omnibus inuocantibus ſe in veritate.

Rom.10.b Matt.7.c

☞ a *Væ*

### CAP. II.

a F†Ili accedens ad ſeruitutem a
Dei, ſta in iuſtitia & timo- b c
re, & prępara animã tuam d
¶Ne ſuperbias.
ad tentationem. Deprime cor e
a ¶Ne in tribulatione deficias. b ¶Quia nemo hoc agere nouit niſi diuinis inſtructus præceptis.
tuum & ſuſtinẽ, & inclina aurem f g
tuam, & excipe verba intelle-
a ¶Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. ¶Aliàs tempore.
ctus, & ne feſtinẽs in tempus ob- h
a ¶Finis. b ¶Ne fract-s puſillanimitate, finem labor-m præoptes.
ductiõnis. Suſtinẽ ſuſtentatio- i
nes Dei, coniungere Deo, & ſuſti- k l
ne, vt creſcat in nouiſſimo vita m
a ¶Quaſi in afflictionis tempore longanimis eſto & fortis: viriliter age & confortetur cor tuum.
tua. Omnẽ quod tibi applici- n
tum fuerit accipe, & in dolore o p
b ſuſtine, & in humilitate tua pa- q r
tientiam habe, quoniam in igne s t
probatur aurum & argentum,
homines verò receptibiles in ca- u x
c mino humiliationis. Crede Deo, y
& recuperabit te, & dirige viam z a
tuam, & ſpera in illum. Serua ti- b c
a ¶Ideſt permane.
morem illius, & in illo vetera- d
d ſce. Metuentes dominum ſuſti- e
nere miſericordiam eius, & non f
deflectatis ab illo, ne cadatis. g
e Qui timetis dominum credite h
illi, & non euacuabitur merces
f veſtra. Qui timetis dominũ, ſpe- i
rate in illum: & in oblectationẽ k
¶De dextra.
veniet vobis miſericordia. Qui l
timetis dominũ, diligite illum:
¶Lumine ſapientiæ.
& illuminabuntur corda veſtra. m
g Reſpicite filij nationes homi- n o
num: & ſcitote, quia nullus ſpe- p
rauit in domino, & confuſus eſt.

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. II.

F*Ili accedens ad ſeruitutem Dei. Poſtquam autor induxit ad timendum Deum ex conſideratione mali culpæ, quod per Dei timorem euitatur, hic conſequenter ad idem inducit ex conſideratione mali pęnæ, quod per timorem Dei leuius toleratur, dicens:*

*a* Fili accedens ad ſer.Dei. *per conceptum melioris propoſiti.*

*b* Sta in iuſtitia. *erga proximum.*

*c* Et timore. *erga Deum.*

G

*d* Et præpa. animam tuam ad tentationem. *contra diabolum, qui talibus aduerſa nititur procurare 2.Tim.3.c. Omnes qui piè viuere volunt in Chriſto, perſecutionem patientur.*

*e* Deprime cor tuum. *motus impatientiæ reprimendo.*

*f* Et ſuſtine. *patienter, aduerſa tolerando.*

*g* Inclina aurem tuam, & ſuſcipe ver. intelle. *Ideſt verba ad patientiam inducentia, vt de paſſione Chriſti, & huiuſmodi.*

*h* Et ne feſtines in tempore obductionis. *Ideſt clauſionis ſenſuum, quod fit tempore mortis. q.d. Non deſideres mortem fractus propter aduerſitatis prolixitatem.*

*i* Suſtine ſuſtentationes Dei. *Ideſt aduerſa patienter tolerando, in quibus Deus ſuſtentabit te. 1.Cor.10.c. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.*

K Coniungere Deo. *per amorem.*

*l* Et ſuſtine. *aduerſa patienter.*

*m* Vt creſcat in nouiſſimo vi. tua. *de vita corruptibili ad æternam tranſeundo.*

*n* Omne quod tibi applicitum fuerit. *proſperum, vel aduerſum.*

*o* Accipe, *cum gratiarum actione.*

*p* Et in dolore. *corporis inflicto tibi.*

*q* Suſtine. *patienter ſecundum animum. exẽplo Eleazari dicentis 2.Mach. 6.g. Tu ſcis domine, quòd cum à morte poſſem liberari, graues corporis ſuſtineo dolores: ſecundum animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior.*

*r* Et in humilitate tua. *ideſt deiectione corporali.*

*s* Patientiam habe. *& ratio ſubditur,*

*t* Quoniam in igne probatur aurum & argentum. *ideſt approbatur, quia purgatur, & melioratur.*

*u* Homines verò receptibi. *diſciplinæ Dei.*

*x* In camino humiliationis. *purgantur, & à Deo approbantur.*

*y* Crede Deo. *promittẽti præmium propter patientiæ exercitium.*

H

*z* Et recuperabit te. *de temporali afflictione ad æternam conſolationem, ſed quia fides ſine operibus mortua eſt, ideo ſubdunt,*

*a* Et di.vi.tuam. *i. opera tua in Deum.*

*b* Et ſpe.in il. *ſecurum præmium expetendo.*

*c* Serua timorem illius. *ſcilicet caſtum, qui cauet offenſam Dei.*

*d* Et in illo ve. *q.d. non timeas Deum tantum pro hora, ſicut illi qui audiunt tonitruum, vel vident imminere periculum: quo ceſſante recedunt à Dei timore. ideo concludit.*

*e* Metuentes dominum ſuſtinete miſericordiam eius. *ideſt patienter expectate.*

*f* Et non defle. ab il. *per impatientiam.*

*g* Ne cadatis. *in gehennam.*

*h* Qui timetis do. *Poſtquam induxit ad timorem domini ex conſideratione mali. Hic conſequenter ad idem inducit ex conſideratione boni. Circa quod primò facit propoſitum. ſecundò concludit intentum, ibi: Qui timetis dominum. Prima in duas, quia primò facit propoſitum promittendo. ſecundò comminando, ibi: Væ duplici corde. Circa primum primò ad Dei timorem inducit ex conſideratione bonorum inde ſequentium, quæ ſunt fidei, & ſpei, & charitatis augmentum. Nam timor caſtus eſt iſtis annexus, ideo creſcunt ipſo creſcente. Et quantum ad primum dicitur: Qui timetis dominum, credite illi & non euacuabitur merces veſtra. q.d. conſequens eſt, vt fides in vobis magis ferueat: & non euacuabitur merces veſtra, ſed magis augmentabitur. Quantum ad ſecundum ſubdit.*

*i* Qui timetis dominum, ſperate in illum. *Q. dicat, conſequens eſt vt certius expectetis præmium. Eſt enim ſpes certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis proueniens, ideo ſubditur,*

K Et in oble. *Quantum ad tertium ſubdit.*

*l* Qui timetis dominum diligite illum. *feruentius amando.*

*m* Et illumi. corda ue. *clarius cognoſcendo. nam amor penetrare facit intima ipſius amati.*

*n* Reſpicite. *Hic conſequenter ad propoſitum inducit exemplum. dicẽs Reſpi.fi.natio. per aſpectum librorum ſanctorum, in quibus ſcribuntur facta patrum, vt Abraham, Iſaac, & cæterorum.*

*o* Et ſci, quia nullus ſperauit in do. *veraciter.*

*p* Et confuſus eſt. *ſed reportauit gloriam in præſenti, vt frequenter, & in futuro ſemper.*

¶ a Quis



G

☞ a *Væ duplici corde & la.* Admonuit, ne quis duplici corde accederet ad Deum: nunc autem dicit: Væ duplici corde. Qui enim praua cogitat & loquitur, & prauis inſiſtit operibus, niſi pœnituerit, in æternum peribit.

A

b *Duabus vijs terram ingre.* qui facit mala & ſperat bona: vel, qui carnis ſectatur opera, & ſpiritus ſanctificationem ſe arbitratur perficere in timore: vel, quod Dei eſt, opere exhibet, & quod mundi eſt, cogitatione quærit. Tales verò incõſtantes ſunt in omnibus vijs ſuis, quia facilè in aduerſis terrẽtur, & proſperis irretiunt.

c *Diſſolutis cor. &c.* Adhuc docet errorem cauere, virtutem amare. Oportet .n. ſynceram fidem ſeruare, & cõſtantiam mentis habere, ſi quis deſiderat Dei protectionẽ. Qui.n. fide dubitat, ſpe vacillat, non peruenit ad coronam vitæ, quæ tñ verè timẽtibus promittitur, qui.ſ. fructũ afferũt in patientia. Qui autem in iudicio.i. per apoſtaſiam vel hæreſim, à fide diſcedunt, & prauis operibus inſiſtũt, perpetuò cruciabuntur. Vnde his qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio &c.

d *Inſpi.cæ. &c.* Licèt oĩ tempore inſpiciat omnia Deus: tunc tamen inſpicere dicitur, cum probare vel improbare aliquid dignoſcitur.

e *Qui timent do. non erunt incre. &c.* Alternando de amore & dilectione Dei agit, quia timor domini permanet in ſeculum ſeculi: & omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui verò timet Deum, & diligit, & credit ſcripturis, ſeruat operando pręcepta Dei, & ſemper meditando quęrit quæ beneplacita ſunt illi: replebitur ergo ſapientia & charitate Dei. Finis enim præcepti charitas: & qui diligit proximum, legem impleuit.

B

f *Qui ti.do.præ. &c.* Fęlix anima q̃ quotidie mundat cor ſuũ, vt ſuſcipiat habitatorẽ Deum, cuius poſſeſſor nullo eget bono, qa oĩum bonorũ autorem in ſe habet. Et quia ad hoc neceſſaria eſt mãdatorũ cuſtodia, & boni operis patiẽtia, qua peruenit ad agnitionẽ veritatis: Sequit: Qui timẽt do.cu.man. il.&c. Iuſtus ĩ primis accuſator eſt ſui. Sicut.n. humilitati pmiũ, ſic ſuperbiæ reſtat ſupplicium. vnde Iohan. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus: ipſi nos ſeducimus. Qui verè ſapiens eſt, verus iuſtitiæ cultor eſt, quia ſapientia dictat iuſtitiæ normam.

Quis enim permanſit in manda- a
tis eius, & derelictus eſt? Aut quis b c
inuocauit illum, & deſpexit eũ?
Quoniam pius & miſericors eſt d
Deus, & remittit in † die tribula-
tionis peccata, & protector eſt oĩ-
bus exquirentibus ſe in veritate.
a Væ duplici corde, & labijs ſcele- e f
ſtis, & manibus malefaciẽtibus, g
† & peccatori terram ingredienti
b c duabus vijs. Væ diſſolutis corde, h
qui non credunt Deo: & ideo nõ i
protegẽtur ab eo. Væ his qui per- k
diderunt ſuſtinentiã, & qui dere- l
liquerunt vias rectas, & diuerte-
runt in vias prauas. Et quid faciẽt m
d cum inſpicere cœperit dominus? n
e Qui timent dominum, non erũt o
incredibiles verbo illius: & qui di p
ligunt illum, conſeruabunt † ver-
bum illius. Qui timẽt dominũ, q
inquirẽt quę beneplacita ſunt ei,
& qui diligunt illum, replebũtur r
f lege ipſius. Qui timent dominũ, s
præparabunt corda ſua: & in cõ- t
ſpectu illius ſanctificabũt animas
ſuas. Qui timent dominũ, cuſto- u
¶Opere. ¶Boni operis.
dient mandata eius, & patientiã x
¶Agnitionem illius
habebunt vſq; ad inſpectionẽ il- y
lius, dicẽtes: Si pœnitentiam non z
egerimus, incidemus in manus a
domini, & non in manus homi-
a ¶Secundum altitudinem cœli à terra confirmauit dominus miſericordiã ſuam ſuper timentes ſe &c.
num. Secundum ęnim magni- b
tudinem ipſius, ſic & miſericor- c d
dia illius cum ipſo eſt.

† tempore

† viam

## NICOLAVS DE LYRA.

C

¶ *a* Quis enim permanſit in ma. eius. *ea cuſtodiendo.*

*b* Et derelictus eſt. *i. priuatus auxilio diuino.*

*c* Aut quis inuo. &c *q.d. nullus. Et ſubditur ratio:*

*d* Quoniam pi. & mi. de. *& patet litera.*

*e* Væ du.cor. *Hic conſequenter inducit ad timorem Dei comminando pœnam, & per conſequens boni amiſſionem carentibus Dei timore, dicens: Væ du.cor. i. prætendenti bonum exterius & habenti malum interius.*

*f* Et labijs ſce. *i. contra Deum blaſphemis.*

*g* Et manibus male. *ſ. homicidio, rapina, & huiuſmodi. Et ſic tangitur hic triplex peccatum. ſ. cordis, oris, & operis, procedens ex defectu diuini timoris.*

*h* Væ diſſolu.cor. &c. *quorum cor eſt ſolutũ & ſeparatum per infidelitatem à Deo.*

*i* Et ideo non prote. ab eo. *ſ. à malo culpæ in præſenti, & à malo pœnæ in futuro.*

K Væ his qui perdi.ſuſti. *i. patiẽtiæ virtutẽ.*

*l* Qui dere. vias rectas &c. *Sicut.n. declinare à malo, & facere bonum, ſunt duæ partes iuſtitiæ, ſic per oppoſitum, deſerere bonum, et facere malum, ſunt duæ partes iniuſtitiæ.*

*m* Et quid facient cum in. *Ideſt punire.*

*n* Cœpit do. *Licèt.n. omnia nuda & aperta ſint oculis eius, Heb.4.d. tamen dicitur inſpicere peccata, quando punit ea.*

*o* Qui timent. *Hic conſequẽter concludit intentum. ſ. q̃ ex timore Dei procedit multiplex bonum, di. Qui ti.do. non erunt incre. verbo illius. ſed magis credibiles.*

*p* Et qui dili. illum &c. *quia vera fides per dilectionem operatur.*

*q* Qui ti.do. &c. *nam de voluntate eius implenda ſunt ſoliciti.*

*r* Et qui di. il. re. le. ip. *quia plenitudo legis eſt dilectio. Rom.13.c.*

*s* Qui ti.do. præ cor. ſua. *per munditiam interiorem.*

D

*t* Et in con. ſan. ani. ſuas. *& non in cõſpectu hominũ tñ, qđ eſt proprium hypocritarum.*

*u* Qui ti.do.cu. man. eius. *corde retinendo, & opere adimplendo.*

*x* Et pa.ha. *in aduerſis.*

*y* Vſq; ad inſpe.ani.il. *Et accipitur hic anima pro voluntate diuina, q̃ tunc aſpicit patientes, quando eos liberando reddit gaudentes.*

*z* Si pœ. non ege. de pec. *à quibus homo nõ poteſt in præſenti vita eſſe immunis totaliter, iuxta illud. 1.Io.1.c. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus.*

*a* Inci. in ma.do. *i. in diuinam punitionẽ valde grauem, Heb.10.f. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.*

*b* Se.e.ma.ip. *i. poteſtatẽ puniẽdi obſtinatos.*

*c* Sic & miſe.il. *pœnitentibus parcendo.*

*d* Cũ ip.ẽ. *nã vtraq; ẽ eadẽ cũ eſſẽtia diuina.*

## GLO. ORD. CAP. III.

F*Ilij ſapientiæ eccleſia iuſtorum, & natio illorum &c.* Sequitur:

a *Iudicium pa.* Dei, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra: quia ex ipſo ſunt omnia. Qui diligit ea quæ fecit, & vt in eo maneant quo facta ſunt: cuius iudiciũ qui audierit, & præcepta eius fecerit, ſaluus erit. cuius mandatũ eſt, vt etiam patri temporali, & matri reuerentia exhibeatur. vnde: Honora patrem tuum &c. vnde ſequitur: Qui honorat pat. ſuũ. Cui Deus honorem conſtituit, non debet à filijs inhonorari: quia Deus iudicio ſuo exquiret qualiter præceptum ſuum ſeruetur.

☞ a *Qui*

### CAP. III.

F†Ilij ſapientiæ eccleſia iuſto- a b
a ¶Virtutes ſunt iuſtorum: Vel ꝓpriè, per virtutes ſignificat virtutũ poſſeſſorẽ.
rũ, & natio illorũ obẽdien- c
a tia & dilectio. Iudiciũ patris audi d e
te filij dilecti, & ſic facite, vt ſal- f

## NIC. DE LY. CAP. III.

F*Ilij ſapientiæ. Poſtquam autor tractauit de origine virtutum, hic conſequenter agit de exercitio earum. Et diuiditur in duas partes: quia primò tractat de huiuſmodi exercitio, ſecundò de ſtatibus in quibus fit hæc exercitatio. 24.ca. Prima adhuc in duas, quia primò tractat de virtutum exercitio in ordine ad proximũ. ſecundò in ordine ad Deũ. 14.c. Prima adhuc in tres, ſecundum quod proximus eſt ſuperior, inferior, vel æqualis: quia primò tractat de virtutum exercitio ad ſuperiores, ſecundò ad inferiores, ibi: Ignem ardentem. tertiò in ordine ad pares. 12.c. ibi: Non agnoſcitur ami. Parentes autem ſunt ſuperiores, qui ſunt honorandi. ideo tractatur hic de honore parentum. Et diuiditur in duas partes, ſ. principalem, & incidentalem, quæ incipit ibi: Fili in manſuetu. Sciendum tamen, q̃ iſtæ diuiſiones & ſupradictæ & ſubſequẽtes vſq; ad 44. cap. excluſiuè non ſunt ita præciſæ, quin de pertinentibus ad partes aliquas tractetur aliquid in alijs partibus, & econuerſo: & hoc propter connexionem virtutum, de quibus agitur in hoc libro. Pars autem præſens in duas diuiditur: quia primò probatur q̃ parentes ſint honorãdi, ſecundò filius excitatur ad executionem huius obſequij, ibi: Honora pa. &c. Quòd autem parentes ſint honorandi, primò probatur autoritate diuini præcepti, Exo.20. Inter parentes verò Deus eſt primus: ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, Ephe.3.c. ideo dicitur:*

Diuiſio.

Diuiſio.

*a* Filij ſapien. *i. Dei, qui eſt ipſa ſapientia per eſſentiam.*

*b* Eccleſia iuſto. *qui ſunt Dei filij per adoptionis gratiam.*

*c* Et natio il. &c. *ſicut de homine notabiliter liberali, non ſolum dicitur q̃ ſit liberalis in concreto, ſed etiam liberalitas in abſtracto, propter quod ſubditur:*

*d* Iudi.pa. *i. decretum Dei, qui pater eſt principalis, vt dictum eſt*

*e* Audite filij. *aure corporis & etiam mentis.*

*f* Et ſic fa. vt ſal. ſi. *quia non auditores legis ſupple tantum, ſed factores iuſtificabuntur. Rom.2.b.*

¶ a Deus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Qui diligit.* qui ſcilicet mandata ſeruat, & abſtinet à peccatis, & tamen pro excelſioribus orare non deſinit, quia ſcit miſericordem iudicem omni tempore præces exaudire.

b *In filijs.* In ſobole vel in diſcipulis, quorum nutrimento gaudent, qui magiſtris vel parentibus ſuis obediunt: vel melius, filios, fructum bonorum operum accipimus. Prou.28.b Qui auertit aures ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Pſal.140.a Qui verò obedit præceptis Dei, dirigetur oratio eius ſicut incēſum. Honorate parentes primum mandatum eſt in promiſſione. († exquirens)

c *In opere & ſer.* non in vultu. ſ. vnde oſtenditur & ſpiritualis pater maximè dignus honore. vnde Paulus: 1.Cor.4.d Per euangelium ego vos genui. Et alibi: 1.Tim.5.c qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in doctrina & verbo.

d *Benedictio pa. & c. Rab.* Benedixerunt Patriarchæ filijs, vt Noe, Sem, Iaphet, Gen.9.d & poſteritati Cham maledixit. Ibid.25.a Abraham quoque Iſaac filio ſuo, & Iſaac Ibid.27.c Iacob, & Iacob duodecim patriarchis Ibid.49.a benedictionem dedit: In quibus ille præfigurabatur, qui de patriarcharum ſtirpe deſcendit, qui eſt ſuper omnia Rom.9. benedictus in ſecula. Quomodo autem maledictio parentum ſoboli noceat, in ſemine Cham oſtenſum eſt, quod à filijs Sem, ideſt Iſraelitis de terra promiſſionis deletum eſt. Chain, Gen.9.d nuditatem patris irriſit, & ſemen ſuū in ſeruitutem perpetuam damnauit. Abſalon quoque Dauid de regno ex- 2.Reg.16.d pulit, & concubinas eius inceſtauit, ſed morte condignas pœnas luit. Eli- 4.Reg.2.d ſei caluicium pueri Bethel irriſerunt, & duo vrſi de ſaltu ex eis quadraginta duos lacerauerunt: quia pueriliſ ſtultitia Iudæorū in Caluariæ loco Chri- Matt.27.d ſtum crucifixum irriſit, ſed quadrigeſimo ſecundo anno poſt aſcenſionem eius duo vrſi, ideſt Tytus & Veſpaſianus de ſaltu gentium egreſſi, illuſores ſæuiſſimè laniauerunt.

e *Eleemoſyna.* ſcilicet quæ peccatum delet. Hoſtia enim quæ pro peccato, peccatum vocatur. Qui autem parentibus vel cæteris pauperibus miſeretur, iuſtitiæ præmium recipiet à peccatis abſolutus. Matt.5.a Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Prou.19.c Et alibi: Fœneratur domino, qui miſeretur pauperis. Dan.4.e Hinc Daniel ad Nabuchodonoſor: Conſilium meum o rex placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum, ſi forſitan ignoſcat Deus delictis tuis. Luc.11.f Hinc dominus ait: Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis.

f *Fili in manſue.* Manſuetudo & humilitas gratiam, ſuperbia & furor pariūt ruinam. vnde: Matt.11.d Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde &c. Et alibi: Luc.14.c Qui ſe exal. humilia. &c.

a *Quanto*

ui ſitis. Deus enim honorauit patrem in filijs, & iudicium matris † exquirens firmauit in filios. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis, & in oratione dierum exaudietur: & ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam. Qui honorat patrem ſuū, iucundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur. Qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet dominum, honorat parentes: & quaſi dominis ſeruiet his qui ſe genuerunt in opere & ſermone & omni patientia. † Honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo: & benedictio illius in nouiſſimo manet. Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui: non eſt enim tibi gloria, ſed confuſio. Gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filij pater ſine honore. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in vita illius: etſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum in virtute tua. Eleemoſyna enim patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum, & in iuſtitia ædificabitur tibi, † & in die tribulationis commemorabitur tui, & ſicut in ſereno glacies, ſoluentur tua peccata. Quàm malæ famę eſt qui relinquit patrem, & eſt maledictus à Deo qui exaſperat matrem. Fili in māſuetudine

a ¶Deo præcipienti. ¶Eccleſiam. a ¶Spiritualem vel carnalem. ¶In vita æterna. a ¶Fili carnales vel diſcipuli honore & ſolatio debent fouere parentes, vt creſcat ſic charitatis affectu. Vnde: Reddite vicem parentibus, quia hoc acceptum eſt coram Deo. a ¶Impius eſt & infamis qui negligit parentes. a ¶Verbis vel factis. a ¶Carnalem vel ſpiritualem.

*b* Exaudietur. *Oratio.n.ſemper eſt exaudibilis, quando eſt pia, pro ſe, & perſeuerans, ſicut eſt in propoſito.* G

*i* Et ſicut qui theſau. *Hic ponitur ſecunda ratio, quæ accipitur ex parte boni ex honore parentum conſequendi, cum dicitur: Et ſicut qui theſau. aggregans ſibi pretioſa.*

K Ita & qui honorificat matrem ſuam. *ſupple congregat ſibi merita pretioſa.*

*l* Qui honorat patrem ſuum, iucundabitur in filijs. *Nam habebit filios ſibi obedientes, & ſe honorantes: quod contingit vt in pluribus, quoniam filij ſunt patrum imitatores.*

*m* Et in die orationis ſuæ. *ideſt factæ pro ſe.*

*n* Exaudietur. *Hæc eſt enim vna de conditionibus, quæ facit orationem ſemper exaudibilem.*

*o* Qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiore. *Sic enim promittitur in præcepto Dei, Exo.20.b. Honora patrem tuum & matrem, vt ſis longæuus ſuper terram.*

*p* Et qui obedit patri, refrigerabit matrē. *ideſt conſolabitur eam.*

*q* Qui timet dominum, honorat parentes. *ne ſit tranſgreſſor diuini præcepti.*

*r* Et quaſi dominis ſeruiet his qui ſe genuerunt in ope. & ſermone. *i. veraciter & ſine fraude.*

*s* Et omni patientia. *Bonus enim filius habet patientiam, etiam ſi pater eum increpet ſine culpa.*

*t* Honora patrem tuum. *Hic conſequenter inducit ad executionem honoris parentum. Et primò omni tempore generaliter. ſecundò tēpore ſenectutis ſpecialiter, ibi: Fili ſuſcipe. Prima in duas, quia primò inducit filios ad honorem parentum, ſecundò retrahit eos à contumelia eorum, ibi: Ne glorieris. Circa primum dicit: Honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio. i. multiplicatio in bonis temporalibus & ſpiritualibus.* († Exo.20. Matt.15.a Infra.7.)

*u* Et benedictio illius in nouiſſimo manet. *in conſecutione vitæ beatæ.* H

*x* Benedictio patris firmat domos filiorū. *Sicut patet de benedictione Iſaac, Gen.27.*

*y* Maledictio autem matris eradicat fundamenta. *domorum filiorum ſibi rebellantium.*

*z* Ne glorieris. *Hic conſequenter retrahit filios à contumelia parentum, dicens: Ne glorieris in contumelia patris tui. Et ſubditur ratio.* (Diuiſio.)

*a* Non enim eſt gloria. *ſ. tibi.*

*b* Sed confuſio. *quia pater manet quodammodo in filio. Ex hoc enim quod indiuidua corruptibilia non poſſunt permanere in ſeipſis, alio modo ſuppleuit Deus eorum permanentiā. ſ. per generationem, ſecundum Philo.2. de ani. ideo ſubditur:*

*c* Gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filij pater ſine honore. *Et patet ex dictis litera.*

*d* Fili ſuſcipe. *Hic conſequenter excitat filios ad honorem parentum tempore ſenectutis ſpecialiter, cum dicitur: Fili ſuſcipe ſenectam patris tui. Tunc enim non ſolum indiget reuerentia filiorum, ſed etiam ſubſidio ipſorum.* († ſed)

*e* Et ſi defe. &c. *quia non eſt culpa ſua, ſed naturalis defectus. Et quia non ſolum filij tenentur parentibus viuis benefacere, ſed etiam defunctis, ſubditur:*

*f* Eleemoſyna enim &c. *ideſt pro anima patris data.*

*g* Non erit in obliuione. *coram Deo.*

*h* Nam pro &c. *i. pro eleemoſyna ad remiſſionem ſui peccati data.*

*i* Reſtituetur tibi &c. *meritorum.*

K Et in die tribulatio. *ideſt mortis.*

## NICOL. DE LY.

¶ *a* Deus enim honora. patrem. *i. honorari præcepit.*

*b* In filijs. *ideſt per filios.*

*c* Et iu. ma. *i. decretum ſuum de honore matris.*

*d* Exqui. firma. in filios. *quia firmiter exquirit obſeruatores ad præmiandum, & tranſgreſſores ad puniendum. Et quia honor parentum tunc eſt meritorius vitæ æternæ, quando fit ex charitate, ideo ſubditur:*

*e* Qui diligit Deum exora. pro peccatis. *præteritis.*

*f* Et continebit ſe ab illis. *cauendo à recidiuo.*

*g* Et in ora. die. *i. quam facit pro adeptione vitæ æternæ, quæ per dies ſignificatur, Prouer.3.b. Longitudo dierum in dextera eius.*

*b* Exau-

*l* Commemorabitur tui. *ad remiſſionem tui peccati, ideo ſubditur:*

*m* Et ſicut in ſereno glacies ſoluentur tua peccata. *Et patet, & in fine concludit.*

*n* Quam malæ famæ eſt. *i. valde malæ.*

*o* Qui relinquit patrem &c. *nam hoc eſt contra naturam. ideo meritò ab omnibus diffamatur.*

*p* Fili in manſue. *Hæc eſt pars incidentalis. Ex hoc enim quod cœpit de virtutibus tractare, & poſtea proſequitur. ponitur hic vnum quod eſt commune omnium virtutum. ſ. debitum modum, de quo tractat. primò* (Diuiſio.) *prout*



a *Quanto magnus es &c.* Docuit ſuperius manſuetudinem A morum, & humilitatem operum, nunc docet cordis puritatem, ne humana ratio diſcurrat incautè, quæ non poteſt comprehendere. vnde Eccleſiaſtes: Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem tuum coram Deo &c. Hinc Paulus ait: Non plus ſapere quam oportet ſapere &c. Sufficit homini ea piè cogitare, & opere implere, quæ præcepit Deus.

b *In ſuperuacuis rebus &c.* ideſt ne ſcruteris ſuperuacuè, quæ ratiocinando non potes cognoſcere. vnde Eccleſiaſtes: Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere &c. Sobrius intellectus in omnibus optimus eſt, qui reficit animam, nec grauat mentem. vnde: Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne fortè ſatiatus euomas illud, & periures nomen Dei tui. Hæretici duobus modis fiunt, ſcilicet vel de creatore, vel de creatura vltra modum diſputantes, in errores incidunt, & à veritate recedunt.

c *Cor durum habebit malè in nouiſſimo.* Quia ſecundum duritiam tuam theſaurizas tibi iram in die iudicij.

d *Cor ingrediens.* Quod nō curat, nec ſtudet vitare & quod ea diligit quæ ducunt ad interitum, vt hæreſes & prophanæ nouitates. vnde ſequitur: Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus &c.

opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam diligeris. Quātò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcipit Deus tibi, illa ſemper cogita, & in pluribus eius operibus ne fueris curioſus. Non eſt enim tibi neceſſarium ea quę abſcondita ſunt, videre oculis tuis. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curioſus. Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio eorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum. Cor durum habebit malè in nouiſſimo, & qui amat † periculum, in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus, & † prauicors in illis ſcandalizabitur. Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad peccandum. Synagogæ ſuperborum non erit ſanitas, frutex enim peccati eradicabitur in illis, & non intelligetur. Cor ſapientis intelligetur in ſapientia, & auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiam. Sapiēs cor & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus iuſtitię ſucceſſus habebit. Ignē ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis, & Deus proſpector eſt eius qui reddit gratiam. Meminit in poſterum, & in tempore caſus ſui inueniet firmamentum.

¶Hæreticorum. a ¶Quia in vacuum laborat. b ¶Requiem. a ¶Permiſcens vera falſis, & econuerſo. ſanam enim doctrinam non ſuſtinent, ſed ſecundum ſua deſideria coaceruant ſibi magiſtros. b ¶Sarcina peccatorum. ¶Hæreticorum. ¶Germen. a ¶De terra viuentium. a ¶Probabitur apud Deum. a ¶Etiam in prudentia doctrinæ. b ¶Auditores boni. ¶In lege Dei. a ¶Quibus ſe exercet. a ¶Quoniam magna portio eſt eleemoſyna, de qua ſubditur. Ignem ardentem exting. a. &c. a ¶Sicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna per charitatem ſu'a obſtruit flammā peccati. Vnde: Cum facis eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. a ¶Cui placet. ¶Scilicet mortis. a ¶Præmium æternæ vitæ.

*m* Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. *Oſtenſa ſunt tibi illa ſcilicet quæ ſanctis prophetis ſunt reuelata ad ſalutem hominum, quibus eſt humiliter & firmiter aſſentiendum.* C

*n* Multos enim ſupplantauit ſuſpicio eorum. *quia præſumentes de ſuo ingenio, ſuſpicantur ad quæcunque ardua cognoſcenda ſe poſſe pertingere.*

*o* Et in vanitate detinuit ſenſus illorum. *nam per hoc in errores & hæreſes ceciderunt.*

*p* Cor durum. *Hic conſequenter inducit ad debitum modum in intrinſecis motibus. Circa quod primò malitiam reprobat, ſecundò bonitatem commendat, ibi: Cor ſapientis. Circa primum dicit: Cor durum. quod reſiſtit inſtinctui diuino ad bonum, ſicut in corporalibus dicitur durum, quod non cedit tangenti. 3. Meteor.*

*q* Habebit malè in nouiſſimo. *Nam ſicut dicit Aug. in ſermone de innocentibus: Hac enim animaduerſione percutitur peccator: vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret, oblitus eſt Dei.*

*r* Et qui amat periculum. *ideſt occaſiones peccatorum.*

*s* In illo peribit. *ſicut auicula volitans circa laqueum.*

*t* Cor ingrediens du. vi. *ideſt habens notitiam boni in intellectu, & malitiam in affectu.*

*u* Non habebit ſucceſſus. *proſperos ſcilicet, ſed aduerſos.*

*x* Et prauicors. *i. habens prauum cor.*

*y* In illis ſcandaliza. *Grauius eſt enim ſcandalum de caſu hominis literati quam ſimplicis.*

*z* Cor ne. *ideſt iniquum.*

*a* Grauabitur in doloribus. *inferni.* († piaculum)

*b* Et peccator &c. *ideſt talis dum viuit, de malo in peius procedit. Et ſicut eſt de ſingulari perſona, ſic & de congregatione mala, propter quod ſequitur:*

*c* Synagogæ ſu. non erit ſa. *ſpiritualis, quę conſiſtit in bona diſpoſitione morum, ſicut ſanitas corporis in bona diſpoſitione humorum.* D

*d* Frutex enim pecca. *i. omnis excuſatio pallians peccatum.*

*e* Eradicabitur in illis. *nam omnia nuda ſunt Dei oculis.*

*f* Et non intellige. *ſcilicet à peccatoribus, qui nolunt diuina iudicia cogitare.*

*g* Cor ſapientis. *Hic conſequenter bonitatem oppoſitam commendat dicens: Cor ſapientis intelligetur. i. cognoſcetur.*

*h* In ſapientia. *i. in verbis & operibus ſapientiæ, per quem cognoſcitur habitus latēs in mente. Cætera patent.*

*i* Ignem ardentem. *Poſtquam autor tractauit de exercitio virtutum erga ſuperiores, & interpoſuit vnum quod eſt commune omnium virtutum, hic conſequenter agit de virtutum exercitio erga inferiores, & primò erga inferiores in ſubſtantia, ſecundò erga inferiores in ſapientia, ſequen. cap. ibi: Sapientia filijs ſuis. tertiò erga inferiores in potentia. 7. cap. Inferiores in ſubſtantia ſunt pauperes, erga quos virtuosè agitur, cum eis per eleemoſynam ſubuenitur. ideo primò eleemoſynæ virtutem oſtendit. ſecundò ad faciendum eam inducit, in principio ſequen. cap. Circa primum dicit: Ignem ardentem extinguit aqua. ex proprietate ſua.* (Diuiſio.)

*k* Et eleemoſyna reſiſtit peccatis. *pœnam pro eis debitam auertendo, propter quod Daniel dicebat regi Nabuchodonoſor, Dani. 4. e. Peccata tua eleemoſynis redime &c.*

*l* Et Deus proſpe. eſt eius, qui reddit gratiam. *de bonis à Deo ſibi collatis, eleemoſynam faciens eius membris.*

*m* Meminit. *augmentando eius bonum.*

*n* Et in tempore. *ideſt ſuæ mortis.*

*o* Inueniet. *quia ſicut Auguſt. dicit: Sola miſericordia comes eſt defunctorum.*

## NICOL. DE LY.

¶ *prout debet eſſe in agibilibus. ſecundò in ſpecialibus, ibi: Altiora te. tertiò in intrinſecis motibus, ibi: Cor durum. Circa primum dicitur: Fili in manſue. idem benigno & decenti modo.* B

*a* Opera tua perfice. *nam opera bona de genere frequenter deturpantur ex indecenti modo.*

*b* Et ſuper hominum gloriam. *communium.*

*c* Diligeris. *quia pauci ſunt reſpectiuè, qui bona opera habeant & bonum modum. Stultorum enim infinitus eſt numerus, Eccle. 1. d. Et quia ad debitum modum habendum valde facit humilitas, ſubditur:*

*d* Quantò magnus es. *in poteſtate, ſcientia, & virtute.*

*e* Humilia te in omnibus. *Greg. homi. 31. Tantò eſſe humilior atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet eſſe ex munere, quantò obligatiorem ſe eſſe conſpicit in reddenda ratione.*

*f* Et coram Deo inue. gra. *Gratitudo enim de beneficio iam accepto reddit hominē idoneum ad aliud accipiendum.*

*g* Quoniam magna potentia Dei ſolius. *propter quod poteſt ſemper dare gratis amplius.*

*h* Et ab humilibus ho. *ideo Dei dona eis multiplicantur.*

*i* Altiora te. *Hic conſequenter inducit ad debitum modum in ſpeculabilibus dicens: Altiora te ne quæſie. &c. ſicut ſunt diuinitatis ſecreta.*

K Sed quæ præce. tibi Deus &c. *quia ſūt ad ſalutem neceſſaria. Vnde legitur in vita patrum, quod quidam ſanctus presbyter nomine Copres interrogatus de Melchiſedech quis fuiſſet: cum de hoc cœpiſſet cogitare, percuſſit os ſuum dicens: Væ tibi Copres, quia quæ tibi mandauit Deus vt faceres, dereliquiſti: & quæ à te non requirit, illa ſcrutari præſumis, ideo ſubditur:*

*l* Et in pluribus eius operibus ne fueris curioſus. *Nam in talibus eſt magis vanitas, quàm vtilitas. Cætera patent ex dictis vſque ibi:*

*m* Plurima

¶ a Fili

## GLO. ORD. CAP. IIII.

E

Luc.11.f FIli eleemoſynam pauperis &c. Quantum eleemoſyna valet, oſtendit Deus dicens: Date eleemoſynam,& ecce omnia munda ſunt vobis. Illis quoq; qui à dextris eius erunt, Matt.25.c dicet: Venite benedicti patris mei, percipite regnum &c. Eſuriui enim, & dediſtis manducare &c. Multę autem ſunt differentiæ eleemoſynarũ. Non ſolum autem qui dat indigenti neceſſaria, ſed & qui dat veniã peccati, eleemoſynã facit: & qui ex corde corripit verbis vel factis.

b *Cor inopis &c.* Non eſt eleemoſyna differenda, cum aſſit tribuendi facultas. vnde: Prou.3.d Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, cum citò poſſis dare. Et alibi: Ibid.14.c Qui deſpicit proximum, peccat: qui miſeretur pauperis, beatus erit. Eleemoſyna autem faciẽda eſt, non ex triſtitia aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. 2.Cor.9.b Et alibi: Mar.12.d Vidua paupercula plus omnibus miſit in gazophylacium, quia non quantitatem muneris penſat Deus, ſed deuotionem cordis.

c *Ab ino. ne auer. &c.* Non per irã exaſperandus eſt pauper, ſed blanda locutione placandus. Iac.1.c Ira enim viri iuſtitiam Dei nõ operatur. Et: Prou.21.b Qui obturat aurem ad clamorem pauperis, clamabit, & non exaudiet dominus. Ibidem. Qui enim poteſt tribuere debet: qa munus abſconditum extinguit iras, & donum in ſinu indignationẽ maximam. 1.Ioh.3.c Qui autem non poteſt, ſermo bonus eſt ei ſuper datum optimum. Qui autem habuerit ſubſtantiam mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habentem, & clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? Iac.2.c Fides enim ſi non habeat opera, mortua eſt. F Non ergo diligamus lingua & verbo, ſed opere & veritate.

† manu tua

d *Congregationi pauperum.* In his commendatur mãſuetudo & humilitas, quia mãſuetudo neminem ſpernit, humilitas ſe omnibus ſubijcit. Decet autem Chriſtianum æqualibus & inferioribus affabilem eſſe & mitem, ſenioribus humilem. vnde: Pſal.130.a Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei.

e *Libera eum qui iniu. pa.* Sicut largitionem in pauperes eleemoſynam eſſe dixit, ſic liberationẽ iniquè oppreſſi miſericordiam eſſe oſtẽdit. vnde: Prou.24.b Erue illos qui ducuntur mortẽ.

f *In iudi.* Nullam eleemoſynæ ſpeciẽ ꝑtermittit: pauperibus parentibusq; pupillos adiungit & viduas, vt illis opem feramus. Sicut enim pupillo paternus dandus eſt affectus, ita & viduæ viri ſolatium.

† placatorẽ

g *Et qui vigilaue.* Prou.8.d Beatus homo qui audit me, & vigilat ante fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei. Per fores autem poſtes, ſcripturas, & eorum doctores intelligit.

h *Qui &c.* Qui diligit eũ, q genuit, diliget eũ q natus eſt ex Deo, & quem diligit

† benedicetur

## CAP. IIII.

a FIli eleemoſynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne †tranſuertas à paupere. Animam eſurientem ne deſpexeris, & non exaſperes pauperem in inopia ſua. b Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum anguſtianti. Rogationem contribulati ne abijcias, & non auertas faciem tuam ab c egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram, & non relinquas quærentibus tibi retro maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur præcatio illius: exaudiet autem eum d qui fecit illum. Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuum. Declina pauperi ſine triſtitia au-

a ¶C in manſuetudine. b ¶Conſolatio temporalis, quam qui dare neglegit, debitum tollit.

rem tuã, & redde debitum tuum, & reſponde pacifica in manſuetu- e dine. Libera eum qui iniuriam pa-

a ¶Tædiosè vel indignè.

titur de manu ſuperbi, & non acidè f feras in † anima tua. In iudicando eſto pupillis miſericors vt pater, & pro viro matri illorũ, & eris

a ¶Qui hoc præcepit.

tu velut filius altiſſimi obediens, &

a ¶In remuneratione præmij. b ¶In ſtudio nutriendi.

miſerebitur tui magis quàm ma-

a ¶Chriſtus Dei virtus & Dei ſapientia. b ¶Diſcipulis. c ¶Cognationis ſuæ ſacramentum.

ter. Sapientia filijs ſuis vitam † inſpirauit, & ſuſcipit exquirentes ſe,

a ¶Manſuetos ſcilicet.

a ¶Qui ait: Ego ſum veritas & vita: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris &c.

& præibit in via iuſtitiæ. Et qui il-

a ¶Quia ſeruando mandata illius, veniet ad vitam æternam.

g lam diligit, diligit vitam: & qui vigilauerit ad illam, † complectentur † placorem eius.

a ¶Verè obediendo.

Qui tenuerint

a ¶Sapientiam.

illam, vitam hæreditabunt, & quò

a ¶Eius. ſcilicet qui per fidem & dilectionem aditum quærit cœleſtem æterna benedictione ditabit Deus. Vnde: Ego ſum oſtium: per me ſi quis introierit, ſaluabitur.

b ¶Veraciter.

h introibit † benedicet Deus. Qui

a ¶Chriſto.

ſeruiunt ei, obſequentes erunt

a ¶Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum.

ſanctò: & eos qui diligunt illam, diligit Deus. Qui audit illam, † iudicabit gentes: & qui

† indicat

## NIC. DE LY. CAP. IIII.

Diuiſio.

FIli eleemoſynam. *Hic conſequenter inducit ad eleemoſynam faciendam. Et primò perſonæ ſingulari, ſecundò communitati, ibi: Congregationi pauperum. Circa primum dicit:*

*a* Fili eleemoſynam pauperis ne defraudes. *tibi retinendo quod eſt tibi commiſſum pauperibus erogare, vel de tuo denegans in caſu neceſſitatis, in quo pauperi debetur.*

*b* Et oculos tuos ne tranſuertas à paupere. *Vt ſi non potes exhibere manum, ſaltem exhibeas animum, & benignum aſpectum.* G

*c* Animam eſu. ne deſpe. &c. *Nam afflicto non eſt danda afflictio, ſed conſolatio. Cætera patent vſque ibi:*

*d* Ab ino. ne auer. ocu. tu. pro. iram. *ideſt ſi de præterito turbauerit, non dimittas propter hoc ſibi benefacere.*

*e* Et non relin. quæ. ti. re. ma. *ideſt non des occaſionem pauperi per tuam duritiam, vt maledicat occultè tibi. Et ſubditur cauſa.*

*f* Maledicen. enim tibi in ama. &c. *Sed contra hoc videtur, quod non ſit exaudibilis, quia maledicere peccatum eſt. Dicendum, quòd maledicere non accipitur hic pro imprecatione mali culpæ: quæ ſemper eſt peccatum, nec pro imprecatione mali pœnæ abſolutè: ſed pro imprecatione mali pœnæ, vt vexatio det intellectum ei cui imprecatur, & ſic ex ſua afflictione ad compatiendum alijs moueatur.*

*g* Congre. pau. &c. *Hic conſequenter monet eleemoſynam facere communitati, dicẽs: Congrega. pau. affa. te. fa. alloquendo dulciter, & donum ſi potes conferendo. Et tunc erit duplex eleemoſyna, ſcilicet verbi & facti, & tantò melior quantò communior cæteris paribus: quia bonum quantò communius, tantò diuinius, ex primo Ethicorum.*

*h* Et presby. humi. ani. tu. &c. *i. ſeni exhibe reuerentiam debitam, & non dimittas propter eius pauperiem. Liber enim iſte primò fuit translatus in Græcum, & poſt in Latinum. Presbyter autem Græcè idem eſt quod ſenex Latinè. Vnde pri. de Anima, vbi translatio noua habet: Si ſenex haberet oculum iuuenis, videret vtique vt iuuenis. Antiqua translatio habet: Si presbyter haberet oculum iuuenis, videret vtique &c.* H

*i* Libe. eum &c. *In hoc enim eſt pauper.*

*K* Et non aci. &c. *i. ægrè vel moleſtè, ſicut fructus acidus dentes moleſtat.*

*l* In iudican. eſto &c. *ſalua tamen iuſtitia.*

*m* Et pro viro matri illorum. *viduam conſolando.*

*n* Et eris tu velut filius altiſſimi. *per gratiæ adoptionem.*

*o* Et miſerebitur tui magis quam ma. *qa miſericordior eſt quam illa, & potentior ad dandum meliora.*

*p* Sapientia. *Hic conſequenter inducit ad iuuandum inferiores in ſcientia, quod fit per doctrinam, qua ſubleuantur ignorantes. Et diuiditur in duas partes. Nam oſtendit primò qualiter homo ſapientiam habeat à Deo. ſecundò inducit ad communicandum eam proximò, ibi: Fili conſerua tempus. Circa primum dicit: Sapientia. ſ. increata.* † inſpirabit Diuiſio.

*q* Filijs ſuis vitam inſpi. *ideſt propoſitum & deſiderium vitæ melioris per doctrinam ſuam.*

*r* Et ſuſcipit inquirentes ſe. *ſapientiæ donum eis augmentando.* † complectentur

*s* Et præibit in via iuſtitię. *eam oſtendendo.*

*t* Et qui illam diligit, diligit vitam. *nam eſt vita per eſſentiam.*

*u* Et qui vigilauerint ad illam. *per ſtudiũ lectionis & orationis.*

*x* Complec. pla. eius. *i. ſuauitatem. Et dicitur à placo placas.*

*y* Qui tenue. il. *corde & opere.*

*z* Hære. vitam. *gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.*

*a* Et quò intro. *ſapientia increata.*

*b* Benedicet Deus. *ibi multiplicando dona ſua.*

*c* Qui ſeruiunt ei obſequentes, erunt ſancto. *nam ipſa eſt Deus: qui eſt ſanctus ſanctorum.*

*d* Et eos qui diligunt illam, diligit Deus. *Prou. 8. Ego diligentes me diligo.*

*e* Qui audit illam indicabit gentes, &c. *quia ſpiritualis iudicat omnia. 1. Cor. 2.*

*c* Et qui intue. il. *per ſanctam meditationem.*

*b* Et

¶ *a* Perma-



diligit pater, diligit filius. vnde: Qui diligit me, diligetur à A patre meo, & ego eum diligam. Sed quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis, ſequitur: Ioan.14.c Qui audit illam &c. Matt.19.d Qui diligit Chriſtum, mandata eius ſeruat, & iudicabit gentes. vnde: Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.

a *Timorem & metum &c.* Sapientia inhabitans dirigit opera, in varijs tentationibus præparat exercendo & probando ad futuræ vitæ gaudia, qđ hac ſententia confirmatur. Timo. & me. & proba. &c. Rom.5.a Quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationẽ, probatio verò ſpem, quę non confundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in ſanctis per ſpiritumſanctum.

b *Fili conſerua tempus &c.* Suprà commendauit ſapientiæ donum, nunc oſtendit ipſius factum. Quicunque enim ſeruat præcepta ſapientiæ, cautus eſt in temporum mutatione, nec deſerit viam iuſtitiæ in tempore perſecutionis & anguſtiæ. Ideo ſapientia exhortatur filios, vt conſeruent tempus, quia tempus omni rei ſub cœlo: Eccl.3.b & tempus eſt belli, & tempus pacis.

c *Non abſcondas ſapientiam tuam &c.* Nõ eſt abſcondenda ſapientia his qui audire volunt. Qui enim abſcondit frumentum, maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput vendentium. vnde: Luc.19.b Negotiamini, dũ venio.

d *Non contradicas verbo &c.* Obediendum eſt maioribus, ſi veritati concordant & iuſtitiæ, nec aliter, ſed pro recta fide, & vera religione, in quibus eſt animæ ſalus: decertandum eſt. vnde: Matt.5.a Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & proijce abs te. Et, Luc.9.b Si quis vult B venire poſt me, abneget &c.

a Nol

a ¶Tota intentione animi & virtute fidei. b ¶Quia non poterit tentatio præſentis vitæ euertere eum.

intuetur illam, permanebit confidens. Si crediderit ei, hæreditabit illam, & erunt in confir-

¶Opera.

matione creaturæ illorum, quo-

¶Sapientia.

niam in tentatione ambulat cum eo, & in † primis elegit a eum. Timorem & metum & probationem inducet ſuper illum, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ ſuæ, donec tentet eum in cogitationibus illius, & credat animæ illius. Et

a ¶Vbi ſpiritus domini charitatis infunditur, abſcondita myſteria reuelantur, & theſaurus ſcientiæ & intellectus.

firmabit illum, & iter adducet directum ad illum, & lætificabit illum, & denudabit † abſconſa ſua illi, & theſaurizabit ſuper illum ſcientiam & intelle-

a ¶Fidem, ſpem & charitatem delinquent.

ctum iuſtitiæ. Si autem oberra-

a ¶Habitatione ſua indignum. Vnde: Iuſtus meus ex fide viuit: quod ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ. b ¶Protectione ſua nudatum.

uerit derelinquet eum, & tra-

a ¶Poteſtatem. ¶Diaboli.

det eum in manus inimici ſui.

a ¶Et tempore & fide & iuſticia ſtandum eſt.

b Fili conſerua tempus, & deui-

a ¶Q Non dubitet pro Chriſti nomine animam ponere, & veræ fidei confeſſionem proferre.

ta à malo. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Eſt

a ¶Qui erubuerit me coram hominibus, erubeſcam ego eum coram patre meo.

enim confuſio adducens pecca-

a ¶Quando quis compungitur pro peccatis & pœnitentiam agit.

tum, & eſt confuſio adducens

a ¶Contra perſecutores fidei ſemper dimicandum eſt, nec ei vnquam conſentiendum.

gratiam & gloriam. Ne accipias faciem aduerſus faciẽ tuam, nec aduerſus animam tuam

a ¶Cum audieritis prælia & ſeditiones, nolite terreri.

mendacium. Nec reuerearis proximum tuum in caſu ſuo,

a ¶Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine.

nec retineas verbum in tem- c pore ſalutis. Non abſcondas ſapientiam tuam in decore eius.

a ¶Eius ſcilicet qui non abſcondit ſapientiam.

In lingua enim ſapientia dignoſcitur, & ſenſus & ſcientia & doctrina in verbo ſenſati, & firma-

¶Veritatis.

d mentũ in operibus iuſtitię. Non

a ¶Arguentis. ¶Qui enim abſcondit ſcelera non corrigetur: qui autem confitetur ſaluabitur. Vnde: Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excu. in peccatis.

contradicas verbo veritatis vllo mõ, & de mendacio ineruditio-

† pruinis Diuiſio.

† abſcondita

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Permanebit confidens. *de beatitudine.*

*b* Si crediderit ei. *ſ. ſapientiæ increatæ.*

*c* Hæreditabit illum. *in patria, vbi plenariè habebitur & inamiſſibiliter.*

*d* Et erunt in confirmatione creaturę illorum. *ideſt opera eorum erunt in bono confirmata.*

*e* Quoniam in tentatione. *præſentis vitæ.*

*f* Ambulat cum eo. *ipſum dirigendo.*

*g* Et in primis elegit eum. *ideſt cum electis, qui ſunt primi & præcipui apud Deum, aſcribit ipſum.*

*h* Timorem. *offenſæ.*

*i* Et metum. *gehennæ.*

*K* Et probationem. *ideſt tribulationem temporalem, quæ probat homines, ſicut ignis aurum.*

*l* Inducet ſuper illum. *i. permittet induci ad eius bonum.*

*m* Et cruciabit illum. *ideſt permittet cruciari.*

*n* In tribulatione doctrinæ ſuæ. *quia talis vexatio dat intellectum.*

*o* Donec tentet illum in cogitationibus ſuis. *i. manifeſtet alijs bonitatem ſuæ mentis, ſic. n. tentauit Abraham Gen. 22. vt manifeſtaretur alijs obedientia Abrahæ.*

*p* Et credat animæ illius. *ideſt credi faciat eius verbis, quæ procedunt ex conceptu mentis. Sic enim fuit de Abraham poſt dictam tentationem: vnde ſibi dixerunt Hethæi Gene. 23. a. Princeps Dei es apud nos. acſi dicerent, verbis tuis credimus ſicut verbis Dei.*

*q* Et firmabit illum. *in bono.*

*r* Et iter adducet directum ad illum. *hypallage eſt. Et eſt ſenſus, adducet illum ad iter rectum.*

*s* Et lætificabit illum, *gaudio interioris conſcientiæ.*

*t* Et denudabit abſcondita ſua illi. *i. reuelabit occulta ſuæ ſapientiæ.*

*u* Et theſaurizabit ſuper illum ſcientiam & intellectum iuſtitiæ. *vt ſciat ſe & alios dirigere in viam iuſtitiæ.* C

*x* Si autem oberrauerit. *per malitiam ſuam.*

*y* Derelinquet eum. *ſicut contigit ſacerdotibus & ſcribis Iudæorum, qui à veritate quam de Chriſto cognouerant per ſcripturas prophetarum, errauerunt per inuidiam, quam contra Chriſtum conceperunt, eò quòd prædicabat contra eorum vitia, propter quod tradidit eos Deus in manibus Romanorum, qui partim eos occiderunt, partim captiuauerunt, & in manibus inimici permiſit eos per obſtinationem detineri.*

*z* Fili conſerua tempus. *Poſtquam autor oſtendit qualiter homo ſapientiam habet à Deo, hic conſequenter inducit habentem ſapientiam ad communicandum eam proximo. Et diuiditur in duas partes: quia primò agitur de veritatis doctrina, ſecundò de doctoris prudentia, in princip. cap. 6. Prima adhuc in duas, quia primò inducit doctos ad communicandum. ſecundò diſcipulos ad recipiendum, 6. cap. ibi: Fili à iuuentute. Prima in duas, quia primò doctores inducit ad docendum veritatem, ſecundò ad reſcindendam ſuperfluitatem, ſequen. cap. ibi: Non ventiles te. Prima adhuc in duas. ſ. in partem principalem et incidentalem, quæ incipit, ibi: Non confundaris. Circa primum inducit ad docendum veritatem cum debitis circunſtantijs. Quarum vna eſt opportunitas temporis, quia ſicut dicitur Eccleſia. 3. b. Tempus tacendi, & tempus loquendi. ideo ſubditur: Fili conſerua tempus. Doctrina verò veritatis impeditur per malam viam doctoris. ideo ſubditur:*

*a* Et deuita à ma. *Greg. homil. 38. Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prędicatio contemnatur. Impeditur etiam vera doctrina, eò q doctor timet vel erubeſcit tangere vitia magnorum: ideo ſubditur:*

*b* Pro anima tua. *i. pro vita temporali exponenda.*

*c* Non confundaris dicere verum. *Et ſubditur ratio:*

*d* Eſt enim confuſio adducens peccatum. *ſcilicet illa qua doctor dimittit dicere verum, ne à maioribus confuſionem patiatur in conſpectu hominum.* D

*e* Et eſt confuſio adducens gratiam & gloriam. *ſcilicet illam quæ ſuſtinetur patienter propter veritatem. Iterum impeditur vera doctrina etiam per acceptionem perſonarum: ideo ſubditur:*

*f* Ne accipias faciem. *ſcilicet hominis, aduerſus faciem tuam. i. contra animam tuam, quæ eſt facies ad veritatis contemplationem. De qua facie dicitur. 2. Corin. 3. d. Nos verò reuelata facie domini gloriam ſpeculantes &c.*

*g* Nec aduerſus animam tuam mendaciũ. *dicendo falſum ſcienter in fauorem alicuius potentis.*

*h* Ne reuerearis proximum tuum. *id eſt amicum.*

*i* In caſu ſuo. *malum illius palliando.*

*K* Nec retineas verbum. *ceſſando à doctrina veritatis.*

*l* In tempore ſalutis. *ideſt conuenientis doctrinæ.*

*m* Non abſcondas ſapientiam tuam in decore ſuo. *verbis curioſis obumbrando veritatem. Et ſubditur cauſa:*

*n* In lingua enim. *lucidè loquenti.*

*o* Sapientia dinoſcitur, & ſenſus & ſcien. *quia facilè capitur ab auditoribus. Prouer. 14. a. Doctrina prudentium facilis.*

*p* Et firmamentum in operibus iuſtitiæ. *quia doctrina bona confirmatur per opera bona docentis. Et quia vanæ gloriæ cupidi, dictis aliorum etiam veris vel magis probabilibus libenter contradicunt, quod cedit in veritatis impedimentum: ideo ſubditur: Non contradicas verbo veritatis &c. & patet.*

*q* Et de menda. ineruditionis tuæ confundere. *ſ. in teipſo de fatuitate tua in aliorum reprehenſione.*

*u* Et

¶ *a* Non

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Noli citatus esse in lingua tua.* Mors & vita in manibus linguæ. Qui custodit os suum, custodit ab angustijs animam suam. Qui inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Hinc Iacobus ait: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram. Hinc alibi scriptum est: Non in sermone regnum Dei, sed in virtute.

Prou.18.a Prou.21.d Iacob.1.a Isa.1.a 1.Cor.4.d

b *Noli esse sicut leo in domo tua.* In ecclesia sunt hæretici quasi leones, qui per linguæ volubilitatem seducunt corda innocentium, & per insolentiam morum conturbant mansuetudinem simplicium.

*l* Non sit porrecta. *idest prompta.*
*m* Manus tua ad accipiendum. *Munera iniustè vel inhonestè.*
*n* Et ad dandum collecta. *idest clausa.*

G

## GLO. ORDIN. CAP. V.

N*oli attendere &c.* Sequitur.
c *Non ventiles te in omnem ventum: & non eas in omnem viam.* Leuitatem reprehendit, de qua dicitur: Stultus vt luna mutatur: &, vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis. In omnem ventum se ventilat, & in omnem viam vadit, qui luxum seculi sequitur, & timorē domini seruare se putat, & mūdo & Christo æqualiter militare. Aliter: Monet nos sapientia, ne hæreticorum vanitatem & errorem sequamur: quia duplicitas doctrinæ eorū in qua modò vera, modò falsa proferunt, peccatores esse ostendit.

Infra.27.b

a *Esto*

¶Sicut hortatur ad confessionem peccati, ita prohibet à consensu praui operis.

nis tuæ confundere. Nōn confundaris con- a
¶Idest ne consentias illi, qui te allicit ad peccandum.
fiteri peccata tua, & nē subijcias te omni ho b
mini pro peccato. Noli resistere contra fa- c
¶Non humana virtute, sed diuina opera aduersarij superantur. Vnde: Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarij vestri.
ciem potentis, nēc coneris contra ictum †ful d
minis. Pro iustitia agonizare pro anima e
tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia: f
& Deus expugnabit pro te inimicos tuos. g
a Noli citatus esse in lingua tua, & inutilis & h i
¶Qui mollis & dissolutus est in opere, frater est dissipantis opera sua. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui sectatur otium, replebitur egestate.
b remissūs in operibus tuis. Noli esse sicut leo k
in domo tua, euertens domesticos tuos, &
¶Auaritiam necat, misericordiam commendat, vt non rapiamus aliena, sed largiamur & nostra. Beatius est enim dare quam accipere.
opprimens subiectos tibi. Non sit pōrrecta l
¶Reddendum.
manus tua ad accipiendum, & ad dāndum m n
¶Radix omnium malorum est auaritia.
collectā.

† Exodi

## CAPVT V.

¶Nihil attulimus in mundum nihil auferemus de mundo.

NOli attendēre ad possessiones ini- o
¶Sicut ille cui dictum est: Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem congregasti cuius erunt? Non n. sperandum in incerto diuitiarum.
quas, & nē dixeris: est mihi suffi- p
ciens vita. Nihil. n. proderit in tempore vin- q
¶Mortis.
dictę & obductionis. Ne sequaris in fortitu- r s
¶Carnalem.
dine tua concupiscentiā cordis tui, & ne di- t
¶Dominus reddit vnicuique secundum opera sua.
xeris: Quomodo potui, aut qs me sūbijciet u
¶Qui supra omnes cui resistere nemo potest.
propter facta mea? Deūs. n. vindicans vindi- x
¶Nihil stultius quam patientia Dei abuti, qui dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam.
cabit. Ne dixeris: Peccaui: & quid mihi acci y
¶Per misericordiam in præsenti. ¶Per iustitiam in futuro.
dit triste? Altissimus enim est pātiens rēddi- z
¶Beatus vir qui semper est pauidus.
tor. † De propitiātu peccatorum noli esse a b
¶Quasi impunè possis peccare.
sine † metu, neque adijcias peccatum super c
peccatum, & ne dicas: † Miseratio Dei ma- d e
gna est, multitudinis peccatorum meorum
¶Custodit dominus omnes diligentes se, pec. autem dis. &c.
miserebitur. † Misericōrdia enim & ira ab il f g
lo citò proximat, & in peccatores respicit h
¶Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant.
ira illius. Non tārdes cōuerti ad dominum, i
¶Vigilate, quia nescitis quando dominus domus veniet.
& ne differas de die in diē. Sūbitò. n. veniet
ira illius, & in tēpore vindictæ disperdet te.
¶Quæ iniquè acquiruntur & auarè seruantur, conturbat enim domum suam qui sectatur auaritiam: qui autem odit munera, viuet.
Noli anxius esse in diuitijs iniustis: nō enim k
¶Finis. ¶Districti iudicij.
proderunt tibi in die obductionis, & vindi-
c ctæ. Non ventiles te in omnē ventū, & non l m
eas in †omnem viam. Sic enim peccator pro n

## NIC. DE LYRA. CAP. V.

NOli attendere. *Hic prosequitur intentum de cupiditate dicens:*
*o* Noli attendere ad possessiones iniquas. *i. iniquè acquirendas.*
*p* Et ne dixe. &c. *idest mihi restat lōga vita, ideo multa mihi sunt acquirenda.*
*q* Nihil enim prode. in tem. vindi *diuinæ.*
*r* Et obductionis. *i. clausionis sensuum, quæ fit in morte.*
*s* Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui. *per potentiam aliena rapiendo.*
*t* Et ne dixeris, quomodo potui. *de præterito, sic scilicet potens ero in futuro.*
*u* Aut quis me subijciet? *quasi dicat, nullus: sed hoc remouetur, cum subditur:*
*x* Deus enim vindicans vindicabit. *cuius potentiæ nemo resistere potest.*
*y* Ne dixeris: peccaui: & quid mihi accidit triste. *quasi dicat, ita bene vel melius est mihi sicut non peccanti: & hoc frequenter contigit quantum ad bona temporalia: ideo subditur punitio diuina.*
*z* Altissimus enim est patiens redditor. *nam aliquando expectat per totam vitam: & tunc post hanc infert grauissimam gehennæ pœnam.*
*a* De propitiatu peccatorum. *s. per pœnitentiam remissorum.*
*b* Noli esse sine metu. *quia nescis si pœnitentia sufficiens fuerit: & si fuerit sufficiens ad remotionem culpæ: nō tamen totalis pœnæ.*
*c* Neque adijcias peccatum. *per recidiuum.*
*d* Super peccatum. *prius dimissum, quia si quodammodo per ingratitudinem rediret.*
*e* Et ne dicas: Miseratio domini magna est. *de Dei misericordia nimis præsumendo. & subditur ratio:*
*f* Misericordia enim. *parcens.*
*g* Et ira. *puniens.*
*h* Ab illo cito proximat. *secundum quod homo pœnitet de peccatis, vel induratur in illis, ideo subditur:*
*i* Non tardes conuerti ad dominum. *per pœnitentiam veram. Et reuertitur autor ad increpationem cupiditatis, dicens:*
*K* Noli anxius esse in diuitijs iniustis. *acquirendis vel malè retinendis. Cætera patent ex dictis.*
*l* Non ventiles te. *Autor suprà induxit ad docendum veritatem. Hic cōsequenter inducit ad vitandum indecentiam & superfluitatem, dicēs: Nō ventiles te in omnem ventum: iactanter & præsumptuosè docendo.*
*m* Et non eas in omnem viam. *idest in omnem opinionem recitando, & nunc vni, nunc alteri adhærendo.*
*n* Sic enim peccator &c. *modò veritatem docendo, modò contrarium veritati asserendo, quod solent facere doctores vacillantes in fide: ideo subditur:*

H

F

## NIC. DE LY.

¶ *a* Non confundaris. *Hæc est pars incidentalis, in qua tractat autor de veritate vitæ & iustitiæ, eò quod immediatè tractauerat de veritate doctrinæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit aliqua ad vtranque veritatem pertinentia. Secundò, excludit aliqua quæ sunt impedientia, ibi: Noli esse sicut leo. Circa primum dicit: Nō confundaris confiteri peccata tua. ei qui scit & potest remedium adhibere. hoc enim pertinet ad veritatem vitæ.*

Diuisio.

*b* Et ne subijcias te omni homini pro peccato. *supple remediando: sed tantum illi qui scit & potest remediare.*

†De propitiato peccato †timore †inf.21.a

*c* Noli resistere contra faciem potentis. *scilicet Dei.*
*d* Nec coneris contra ictum fulminis. *i. iustitiæ diuinæ, cui resistunt in peccatis obstinati. Consequenter ponit quod pertinet ad veritatem iustitiæ, dicens:*

†inf.26.b

*e* Pro iustitia agonizare pro anima tua. *i. pro salute animæ tuæ.*
*f* Et vsque ad mortem certa pro iustitia. *Eligibilior enim est mors bona, quam transgressio iustitiæ.*
*g* Et Deus expugnabit pro te inimicos tuos. *spirituales semper & corporales frequenter.*
*h* Noli citatus esse in lingua tua. *i. preceps in proferendo sententiam.*
*i* Et remissus in operibus tuis. *i. in exequendo sententiam iustè latam.*
*K* Noli esse sicut leo. *Hic cōsequenter excludit quædam impedientia, quorum vnum est crudelitas, quā excludit dicens: Noli esse sicut leo &c. Secundum est, cupiditas. Circa quam primò ponit intentum. secundò exequitur propositum, in prin. cap. seq. Et quoniam cupiditas est radix omnium malorum. 1. ad Timoth. 6. b. ideo dicit:*

†omni via.

*l* Non

¶ *a* Esto



a *Esto mansuetus.* Bonum est mansuetè audire, & suscipere verbū veritatis, & modestè ac prudēter proferre. vñ: Sit omnis homo velox ad audiēdū, tardus autem ad loquē. & tar. ad irā. Et paulò post. In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. In prouerbijs quoque dicitur: Vidisti hominē velocem ad loquēdū: stultitia magis speranda est, quàm correctio illius.

Iaco.1.c. Prou.29.c.

## GLOS. ORDINARIA. CAP. VI.

N*oli fieri pro amico.* Vim veræ charitatis ostendit. Verus eñ amicus non potest ad inimicitiam teuerti. vnde: Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis. Hæretici ergo qui à charitate discedunt, nō permanēt in amicitia. vnde: A nobis exierunt, sed ex nobis non erant.

1.Ioh.2.c.

c *Non te extol.* Non solū actum, sed & cogitationem superbiæ recidit. Deus enim cōspector est cordis, qui ceruicosam animę cogitationē conspexerit, allidetur virtus ipsius.

d *Neq.* Bonæ voluntati succedit boni operis fructus, & malitiosæ menti nihil prosperitatis. Si enim desit charitas, frustra operam virtuti impēdis. vnde: Qui in vno offendit, omnium reus est. Et qui non hēt, & hoc quod habet, auferetur ab eo.

Iaco.2.b. Luc.19.d.

†deuoratio

e *Multi pacif.* Cum omnibus pax est habenda, quātum permittit nostra fragilitas: sed non cum multis consilium, quia scriptum est: Multi miseri cordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet?

Prou.20.a.

B f *Si possides amicum.* Per diuersas species falsos amicos exprimens, tādem ad verum peruenit amicū: quia multi amicos se esse pfitenē in prosperis, & inimici apparent in aduersis. Vnde: Si humiliauerit se contra te &c.

a *Attende.*

## NICO. DE LYRA.

¶ *a* Esto firmus. *quantùm ad fidem.*
*b* Et in veritate sen. tui. *i. in examine rationis naturalis, quantum ad mores.*
*c* Et prose. te ver. pa. & iu. *In agibilibus humanis vitæ. Et quoniam ad doctorem pertinet de quæsitis respōdere veritatē, ideo subditur:*
*d* Esto mansuetus &c. *Dulciter audiendo quæstionem de fide vel moribus tibi factam.*
*e* Vt intelligas. *quærentis intentionem.*
*f* Et cum sapientia &c. *secundum enim Philosophum opus est sapientis non mentiri de quibus nouit, ideo subditur:*
*g* Si est tibi intellectus. *veritatis circa quæsitum.*
*h* Responde pro. sin au. m. tua sit super os tuum. *tacendo. Et subditur ratio.*
*i* Nec capia. *& patet litera. Et quoniam aliquādo doctor vanæ gloriæ cupidus verecundatur non respondere, nec audet in palam, quia nescit veritatem, ideo respondet occultè & malè, propter quod subditur:*

Non respondere.

*K* Non appelleris susur. *malè loquens in silentio. vnde dicitur susurro ab auris susu, eò quòd loquitur in aure.*
*l* Et lin. tua. *Coram Deo, & coram hominibus aliquando. s. quando talia ad hominum notitiam deducuntur.*
*m* Super furem enim est. *id est peior fure, qui facit fraudē in re possessa: sed iste fraudem facit in veritatis doctrina, quod est deterius, ideo subditur:*
*n* Confusio &c. *quia talis se videns confusum pœnitet de responsione sua.*
*o* Et deuotatio pessima. *i. ostensio confusibilis cùm digito.*
*p* Super bilinguē. *quia respondet ignorans sicut sciens. Ideo subditur:*
*q* Susurratori autem odium. *quia meretur ista mala. Aliter autem potest exponi litera ab illo loco: Nō appelleris susurro. de ignaro doctore, qui*

¶Regulam catholicæ fidei seruando.
batur in duplici lingua. Estō firmus a
in via domini, & in veritate sensus b
¶Quia conferetur præmium æternæ gloriæ. vnde: Euge serue bone & fidelis &c.
tui & scientia, & prosequātur te ver c
¶Bonorum est.
a bum pacis & iustitię. Esto mānsue- d
tus ad audiēdum verbum Dei, vt in e
telligas: & cum sapientia proferes f
¶Sicut peccat qui scit & non vult proximum docere, sic qui nescit & vult magister esse.
responsum verum. Si est tibi intelle g
ctus responde proximo: sin autem, h
manus tua sit super os tuum: ne ca- i
piaris in verbo indisciplinato, & cō
¶Confusione perpetua. b ¶Immortalitatis. c ¶Æternæ beatitudinis.
fundāris. Hōnor & glōria in sermo
a Catholici doctoris. b ¶Hæretici vaniloqui.
ne sensāti: lingua imprūdentis sub-
¶Æterni interitus.
uersiō est ipsius. Non appelleris su- k
¶Detractor. b ¶Hæreticus, qui furtim & occulte seminat errorem.
surrō in vita tua, ēt lingua tua ne ca l
¶Æterna damnatione. b ¶Hæreticum qui occulte laqueos erroris tendit. vnde: Fur non venit nisi vt fu. & mactet & perdat.
piaris & cōnfundaris. Supēr furem m
enim est confusio & pœnitentia, & n o
¶Damnatio. b ¶Qui modo vera modo falsa loquitur.
†deuōtatio pessima super bilinguē, p
¶Qui Deo & hominibus odibilis. vnde: Detrahentem secreto proximo suo, h. &c. Et in prouerbijs, abominatio hominum detractor.
susurrātori autem odiū & inimici- q
¶Quasi ne accipias personam in iudicio: Iuste quod iustum est exequere.
tia & contumelia. Iustifica pusil- r
lum & magnum similiter.

## CAP. VI.

NOli fieri pro amico inimi- s
¶Prauæ doctrinæ.
cus proximo. Imprōpe- t
rium enim & contumeliam ma- u
¶Scilicet sequacibus in hereditatem relinquet. b ¶Hæreticus.
lus hærēditabit, & omnis pēccator x
¶Contra veritatem. b ¶Quia inter vera seminat falsa. c ¶Iactantiam & superbiam prohibet, quia initium omnis peccati superbia.
c inuidūs et bilinguis. Non te extōl- y z a
las in cogitatione animæ tuæ, velut
taurus, ne fortè elidatur virtus tua b
¶Elationis. b ¶Verborum.
per stultitiām: et foliā tua comedat, c d
¶Operum.
et fructūs tuos perdat, et relinqua- e f g
¶Sine virore dilectionis. b ¶Inter steriles malorum actiones.
ris velut lignum āridum in erēmo.
d Anima eñ nequā disperdet qui se h i
habet, et in gaudiū inimici dat illū: k l
¶Labia iusti erudiunt plurimos.
et deducet in sortē impiorum. Vēr m n
¶Docendo. b ¶Fideles. c ¶Sermo durus suscitat rixas, & lenis mitigat suscitatas.
bū dulce mūltiplicat amicōs, et mi o
¶Persecutores. b ¶Id est bonæ gratiæ vel gratiosa.
tigat inimicōs, et lingua euchāris in p q r
e bono homine abūdabit. Multi pa-
cifici sint tibi, et consiliarius sit tibi s
f vnus de mille. Si possides amicum, t
in tentatione posside eum, et ne fa- u
cilè credas ei teipsum. est enim ami- x y

re, *qui nescit doctrinam bonam alterius in palam impugnare, & inuidia motus in occulto nititur eam deprauare. Potest etiam exponi de quolibet occulto detractore. In fine concludit de vero doctore.*
*r* Iustifica pu. & ma. si. *non declinando à veritate doctrinæ propter varium statum hominum & fortunam, quia veritas est stabilis, nec sequitur fortunæ variabilitatem.*

C

## NICO. DE LYRA. CAP. VI.

NOli fieri. *Superius actum est de veritatis doctrina, hic agitur de doctoris prudentia, quæ maximè consistit in hoc quod acquirat & conseruet Dei & hominū amicitiam. nam charitas est summum Dei donum. 1. Cor. 13. d. Maior autem horum est charitas. propter quod primò retrahitur ab incursu inimicitiæ, secundò inducitur ad profectum amicitiæ, ibi: Verbum dulce. Circa primum dicitur:*

Diuisio

*s* Noli fieri pro ami. ini. proxi. *Nam omnis proximus est ex charitate diligendus. propter quod inimicitia cōtraria est Deo, & bonis hominibus odienda. propter quod subditur:*
*t* Improperium enim. *in finali iudicio, in quo Christus improperabit malis, & maximè peccantibus ex certa scientia, qualis est doctor malus.*
*u* Et contumeliam. *in inferno à diabolo & angelis eius.*
*x* Et omnis pec. *sciens & intelligens, de quo hic agitur.*
*y* Inuidus. *famæ aliorum.*
*z* Et bilin. *nam aliquando scienter loquitur contra veritatem, ad deprauandam aliorum doctrinam. Et quia hoc procedit ex superbia, subditur:*
*a* Non te extollas in cogi. animæ tuæ velut tau. *sine rōne bonos impetēs tuis cornib'.*
*b* Ne forte eli. virtus tua. *id est subtilitas ingenij tui.*

D

*c* Per stulti. *i. per abusum scientiæ tuæ.*
*d* Et folia tua. *i. verba tua ornata.*
*e* Comedat. *i. destruat hæc stultitia.*
*f* Et fru. tu. per. *id est bona quæ fieri poterāt per ingenium & scientiam tuam.*
*g* Et relinquaris. *i. carens humore deuotionis & fructu bonæ operationis.*
*h* Anima enim nequam. *quæ scienter impugnat æquitatem.*
*i* Disperdet. *id est habentem talem animā.*
*K* Et in gau. in. *id est diaboli.*
*l* Dat illum. *diabolus enim magis gaudet de subuersione hōis literati, quam simplicis.*
*m* Et ded. in sor. impiorum. *i. in gehennā quæ est sors impiorum, sicut beatitudo est sors iustorum.*
*n* Verbum dul. *Hic consequenter ponitur inductio ad augmentum amicitiæ. Et diuiditur in duas partes. nam primò ponitur hæc inductio. secundò, amicitiæ distinctio, ibi: Si enim amicus. Circa primum dicitur: verbū dulce mul. ami. sicut legitur in beato Clemente, quòd propter dulcedinem eloquij erat dilectus, non solum à Christianis, sed etiam à Gentilibus & Iudæis.*

Diuisio Beatus Clemens

*o* Et miti. ini. *hoc patet de Gedeone, Iu. 8. f. qui viros Ephraim concitatos contra se mitigauit per verbum dulce.*
*p* Et lin. eu. *id est bene gratiosa.*
*q* In bo. ho. abun. *quia studet dicere verba gratiosa.*
*r* Multi pa. *i. amicabiles sint tibi.*
*s* Et consili. *Non enim est tutum secretum cordis sui, & maximè conceptione, melioris propositi reuelare, quia frequenter ab amicis carnalibus impeditur.*
*t* Si possi. ami. *i. possidere desideras tanquam verum.*
*u* In tentatione possi. *in aduersitate tua proba illum. aduersitas enim hoc bonum facit, quòd veros amicos à falsis distinguit.*
*x* Et ne fa. *reuelando sibi secretum tuum, antequam probaueris ipsum.*
*y* Est. n. *Hic cōsequēter ponit distīō amicitiæ, vt videatur de quo amico*

Diuisio



¶ *fit considera-*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Attende.* Id eſt diſcretionem habe ad cognoſcendum amicos. Hæc autẽ diſcretio maximè neceſſaria eſt inter catholicos & hæreticos: quia hęretici in hypocriſi agunt, vt incautos facilius decipiant. vnde: Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, &c. Et: Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones, & offendicula faciunt. (*Mat.7.b.* *Rom.16.c.*)

b *Amicus ſoc.* Amicus amoris conſors, cui ſic animum tuum applica, vt ex duobus vnum fiat, cui te tanquam tibi committas, à quo nihil timeas, & nihil inhoneſtũ petas. Nõ eſt enim amicitia vectigalis, ſed plena decoris. vñ: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis q̃ ego p̃cipio vobis, &c. Dedit nobis dominus formam amicitiæ quam ſequamur, vt faciamus amici voluntatem, aperiamus ei ſecreta, & ipſe nobis. vnde: Vos autẽ dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. (*Amicus quis dicatur.* † *manet.* *Ioh.15.b.* *Ibidem*)

c *Amicus fidelis.* ſecundũ Deum ſcilicet. Hic ad medicamentũ vitę ęternæ & immortalitatis neceſſaria, cũ amico tractat. vñ Cicero dicit amicitiam non niſi inter bonos eſſe poſſe, & libera debet eſſe amicitia, & ad omnem felicitatem procliuis. (*Tullius de amicitia poſt princi.*)

d *Qui timet dominum.* Plena & perfecta amicitiæ gratia, inter perfectos viros eiuſdemq; virtutis perſeuerare poteſt. Ad hanc quibuſdã gradibus peruenitur: Primus gradus, eſt mundanorũ contẽptus. Secundus, ne quis ſeſe ſapientem & conſultũ iudicans, ſibi quàm amico credere malit. Tertius, vt omnia quæ vtilia & neceſſaria æſtimat, bono charitatis & pacis poſtponat. Quartus, vt omnino deſinat ab ira. Quintus, vt iram fratris etiã irrationabilem curare cupiat. qa alterius triſtitia per-F nitioſa ſicut propria: niſi eã quantũ in te eſt, etiam de fratris mẽte depellas. Poſtremus gradus, eſt omnium peremptorius, vt de hoc mũdo credas te quotidie migraturum. (*Gradus quibus peruenitur ad amicitiam.*)

a *In om-*

cus ſecundum tempus ſuum, & non permanebit in die † tribulationis. Eſt & amicus qui conuertitur ad † inimicitiam, & eſt qui odium & rixam & conuitia denudabit. † Eſt autem amicus ſocius menſæ, & non † permanebit in die neceſſitatis. Amicus ſi permanſerit fixus, erit tibi quaſi coæqualis, & in domeſticis tuis fiducialiter aget. Si humiliauerit ſe contra te, & à facie tua abſconderit ſe vnanimem, habebis amicitiam bonam. Ab inimicis tuis ſeparare, & ab amicis tuis attende. Amicus fidelis protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit theſaurum. Amico fideli nulla eſt comparatio: & non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis, & qui metuunt dominum, inueniunt illum. Qui timet dominum, æquè habebit amicitiam bonam, quoniam ſecundum illum erit amicus illius. Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vſque ad canos inuenies ſapientiam. Quaſi is qui arat & qui ſeminat, accede ad eam: & ſuſtine bonos fructus illius. In opere enim ipſius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus illius. Quàm aſpera eſt nimium ſapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors. Quaſi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proijcere illam. Sapientia enim doctrinę, ſecundum nomen eſt eius, & non multis eſt manifeſta.

¶Fideliter. — a ¶In facie fingit ſe deuotum, ſed in neceſſitate probat alienum. — a ¶Fingens eſſe quod non eſt. — a ¶Stabilem firmam. — ¶Manifeſtis. — a ¶Animi cuſtos. — a ¶Fideliter. — a ¶Quia qui in iuuentute ſtudet ſanæ doctrinæ, in ſenectute dulces fructus metet ſapientiæ. — a ¶Vt vomere euangelij ex corde ſuo genimina vitiorum extirpans qui ſecundum ſemen diuini verbi edere, & fructus virtutũ deſiderat metere. — a ¶Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam &c. — a ¶Patientia probatio eſt virtutum. vnde: Fructus afferunt in patientia. b ¶Fructibus. — a ¶Stultis abominabilis eſt ſapientia & deteſtantur arguentes, quia [illegible] diſciplinæ neſciunt, vnde: Stultus [illegible] diſciplinam. Et alibi: Increpa ſtultum, & odio habebit te. — a ¶Imprudentes odibunt ſapientiam & ſcientiam. b ¶Synceritas legis diuinæ. quæ ſecundum nomen eius, id eſt prudentia, veritas & virtus: quia præceptum domini lucidum, illuminans ocul. & omnis ſermo Dei ignitus clypeus. — a ¶Sed ſolis amatoribus ſuis.

## NICO. DE LYRA.

§ *ſit confidendum. Et primò ponitur diſtinctio, & ſecundò veritatis amicitiæ commendatio, ibi: Amicus ſi permanſerit. Circa primum ponitur diſtinctio quadrimembris, cũ dicitur: Eſt enim ami. ſe. tempus. ſ. id eſt ſecundum tempus aptum ad lucrum ſuum, quod eſt tempus proſperitatis amici, qui propter aduerſitatem ſuperuenientem recedit ab amicitia.*

a Et eſt amicus &c. *Et hic eſt homo inuidus, qui ſupercreſcente amici ſui proſperitate, per inuidiam incipit dolere, & eidem contrarius eſſe.*

b Et qui odium & ri. & con. den. *Hic eſt homo falſus, qui cum aliquo fingit amicitiam, vt ſciat ſuum ſecretum: vt ſic melius poſſit impugnare eum, ſicut in legenda beati Tiburtij dicitur de Torquato: quòd iunxit ſe Chriſtianis, vt eos grauius impugnaret.* (*Torquatus*)

c Eſt autem &c. *hæc eſt amicitia quæ fundatur in bono delectabili, quo tranſeunte ſoluitur amicitia.*

d Amicus. *Hic conſequenter ponitur amici veri commẽdatio, cùm dicitur: Amicus ſi permanſerit fixus, tecum in amicitia, quę eſt ſecundum Deum.*

e Erit tibi quaſi. *id eſt diliges eum ſicut teipſum ſecundum charitatis præceptum.*

f Et in domeſticis tuis fid. aget. *id in priuatis negocijs tuis fideliter ſe habebit.*

g Si humiliauerit &c. *id eſt coram te in omnibus bonis tibi conſentiens,*

b Et à facie

b Et à facie tua abſcõ. ſe. *procurãdo bona in abſentia tua magis quàm in præſentia.* G

i Vnanimem habebis amicitiam bonam. *id eſt cum eo ſis vnum cor & vna anima.*

k Ab inimicis tuis ſeparare. *loco, non tamen animo per dilectionem, Mat.5.g. Diligite inimicos veſtros.*

l Et ab amicis tuis attende. *qui ſunt veri amici ſecundum conditiones præmiſſas.*

m Amicus fidelis protectio fortis. *tempore tribulationis*

n Qui autem inuenit illum, inuenit theſaurum. *id eſt quid valde pretioſum, quia rarum & optimum.*

o Amico fideli nulla eſt comparatio, & non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius, *etiam in rebus temporalibus quamtuncunque pretioſis.*

p Amicus fidelis &c. *Nam amicus fidelis diligit ex charitate, & ſic ſolicitus eſt de amico quantùm ad bona gratiæ, quæ viuificat ſpiritualiter, & perducit ad immortalitatem gloriæ.*

q Et qui metuunt dominum. *timore initiali.*

r Inueniunt illum. *per amorem caſtum.*

s Qui timet Deum. *timore filiali.*

t Aequè habebit &c. *ſcilicet Dei: tamen non eſt ibi æqualitas quantitatis, nam dilectio ſemper ex parte Dei maior eſt, ſed eſt ibi æqualitas proportionis, quia qui magis diligit Deum, magis diligitur ab eo, ideo ſequitur:*

u Quoniam ſecundum illum. *id eſt ſecundum decentiam diuinæ magnificentiæ.*

x Erit amicus illius. *Sciendum tamen quòd ſi li magis, determinet actum diuinæ dilectionis intrinſecum, non eſt ibi magis nec minus, nam vno actu ſimpliciſſimo diligit omnia. Si autem determinet effectum extrinſecum, ſcilicet bonum quod vult diligentibus ſe: nam diligere eſt velle alicui bonum, ſic magis diligit vnum quam alium, volendo ei maiorem gratiæ & gloriæ gradum.* H

y Fili à iuuentute. *Superius autor induxit doctores ad ſapientiæ communicationem, hic conſequenter inducit diſcipulos ad eius receptionem. Et diuiditur in duas partes. Nam primò ad ſapientiæ receptionem inducit. ſecundò à quibus accipienda ſit oſtendit, ibi: In multitudine presbyterorum. Prima adhuc in duas. nam primò inducit ad dictam receptionem, ſecundò ad eius continuationem. Audi fili. Circa primum dicitur: Fili à iuuentute tuo ex. do. quia ſic melius retinetur ſecundum illud: Quod noua teſta capit, inueterata ſapit.* (*Diuiſio* *Hora.*)

z Et vſq; ad canos. *id eſt vſque ad ſenectutem.*

a Inuenies ſapi. *nam in ea poteſt homo ſemper proficere.*

b Quaſi is qui a. *id eſt quærere illam cũ magna diligentia.*

c Et ſuſtine. *id eſt expecta.*

d Bonos fru. il. *qui ſunt gratia & gloria.*

e Inope. enim ipſius exiguum labo. *reſpectu boni ſequentis.*

f Et cito &c. *Nam habitis ſapientiæ principijs, incipit eſſe dulcis, qui prius non ſapiebat, ideo ſequitur:*

g Quam aſpera eſt nimium ſapien. indoctis hominibus. *ſicut cibus ſapidus infecto guſtui videtur eſſe amarus.*

h Et non permanebit in illa excors. *id eſt homo ſine corde, qui negligens eſt in acquiſitione ſapientiæ.*

i Quaſi lapidis virtus. *id eſt pondus.*

K Probatio erit in illis. *Sicut enim ſuſtinens lapidem ponderoſum, abijcit illum, ſic iſti quibus grauis eſt ſapientia.*

l Non demorabuntur proijcere illam. *repellendo laborem, qui eſt in acquiſitione eius.*

m Sapientiam enim d. ſe. no. eſt e. i. *habent nomen à re. Dicitur enim ſapientia, à ſapore, quamuis ſtultis vt prædictum eſt, inſipida videatur.* (*Stultis ſapientia in-ſipida.*)

§ a Quibus autem



a *In omni animo tuo acce. ad il.* Corde non corpore accedendũ A eſt ad ſapientiam, quia ſpiritualis lex mente inſpicienda eſt, ſenſus tamen corporis dirigendi ſunt ratione mẽtis. vnde: Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis, &c. Qui enim deuotè meditatur ſapientiam Dei quæ de Chriſto eſt, ſeruat mandata eius, & corporis luxum reſtringit, ne deficiat in voluptatibus vitæ præſentis, ſed viuat ſub diſciplina cęleſti. Sapiẽtię notitia facit hominem proximum Deo, & vitę perpetuę poſſeſſorem, nec poteſt peruenire ad immortalitatis ſtolam, & gloriæ coronã, niſi per agnitionẽ ſapientię quæ eſt ſanctorum beatitudo, contemplatio Dei, perceptio veritatis. vnde: Hæc eſt autem vita ęterna, vt cognoſcãt te ſolum verum Deum, &c. (*Gal.5.c.* *Agnitio ſapientie.* *Io.17.a.*)

b *Fili ſi attende.* Monet ſapientia, vt in diuina lege aſſiduè meditemur. Primũ hortatur, vt diſcamus: poſt, vt animam ad hoc applicemus: tãdem, vt aurẽ inclinemus: demum, vt diligentiam ad audiendum adhibeamus. Sic enim ſapientia ſapientẽ eſſe promittit. Neceſſe eſt enim, vt qui veræ ſapientię, quæ Chriſtus eſt, agnitionem deſiderat, primùm catholicis magiſtris ſe humilr ſubdat, & omnes affectus animę ſuę diſciplinæ eorum. Dehinc intẽtionẽ cordis ab oĩ prauo deſiderio auertens ad audiendum verbũ Dei adhibeat diligenter, caueatq; vt meditationem legis nõ pro terrenarum rerum mercede vel laudis humanę, ſed p̃ ipſius boni amore impendat, vt veræ ſapiẽtiæ fructum percipiat. (*Quomodo ad agnitionem ſapientiæ peruenitur.*)

c *In multitudine.* Quaſi: Ne ſis ſapiens tibijpſi. Ne confidas proprio ingenio, hæreticos ſuperbiæ faſtus maB ximè ſupplantauit.

d *Cogitatum habe in præcep.* Merito illi datur puri cordis intellectus, & ſapientię diuinę amor ſaluberrimus, qui cogitationes ſuas tẽperat ſecundum præcepta Dei, & aſſiduè legẽ meditatur, & opere exequitur.

## GLOS. ORDINARIA. CAP. VII.

Noli face. mala &c. Sequitur: e *Non me. ea in ſep.* Perfectam vltionem, ſeptenarius enim perfectionem ſignificat. Vnde & Chriſtus ſeptemplici ſpiritu repletus fuiſſe deſcribitur. & alibi: Aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, &c. (*Luc.11.d.*)

a *Neque à re-*

Quibus autẽ agnita eſt, permanet vſque ad conſpectũ Dei. Audi fili, & accipe conſilium intellectus: & ne abijcias conſilium meum. Inijce pedem tuũ in compedes illius, & in torques illius collum tuum. Subijce humerũ tuum, & porta illam: & ne † acedieris vinculis eius. In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conſerua vias eius. Inueſtiga illam, & manifeſtabitur tibi: & cõtinẽs factus ne derelinquas eam. In nouiſſimis enim inuenies requiem in ea, & cõuertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi cõpedes eius in protectione fortitudinis, & baſes † virtutis, & torques illius in † ſtola gloriæ. Decor enim vitæ eſt in illa, & vincula illius alligatura † ſalutis. Stola glorię indues eam, & coronam † gratulationis ſuperpones tibi. Fili ſi attẽderis mihi, diſces eam: & ſi accõmodaueris animum tuum, ſapiens eris. Si inclinaueris aurẽ tuã, excipies doctrinam: & ſi dilexeris audire, ſapiens eris. In multitudine presbyterorum prudentium ſta, & ſapientię illorum ex corde cõiungere, vt omnem narrationẽ Dei poſſis audire, & prouerbia laudis nõ effugiant à te. Et ſi videris ſenſatum, euigila ad eum; & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus. Cogitatũ habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè aſſiduus eſto: & ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi.

(† *tempore* † *amicitiæ* † *longanimitatis* † *ſtolam* † *ſalutaris* † *congratulationis* † *ſeruitutis*)

a ¶Qui eam ſcilicet recta fide & opere ſeruant. b ¶Beati miſericordes, quoniam ipſi Deum videbunt. — a ¶Docet, quomodo ſubijciamur legi diuinæ. Qui enim illi acquieſcit, ſemetipſum in æternum ſeruabit. — a ¶Id eſt greſſum viæ tuę conſtringe præceptis illius. — a Id eſt tempera ſermones tuos ſecundum regulam eius — a ¶Id eſt actus tuos ſuppone magiſterio illius. — a ¶Tædioſe & grauiter ferens. — a ¶In fine ſeculi. — a ¶Aeternam. — a ¶Doctorum. b ¶Sunt enim & imprudentes qui decipiunt filias Iſrael, vt timentes loquantur tibi. — ¶Imitando, amando. — a ¶Ab illis. — a ¶Laudabilis ſcilicet. — a ¶Sapientem. — a ¶Imitandum, nemo in propria ſapientia confidat.

## CAP. VII.

¶Omnium peccatorum prohibet actionem, ſocietatem, & ſpecialiter hæreticorum.

Noli facere mala, & non te apprehendent. Diſcede ab iniquo, & deficient mala abs te. Fili, non ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ, et non metes ea in ſeptuplum. Noli quærere ab homine du-

a ¶Vnde: Poſt ſecundam & tertiam correctionem hæreticum deuita. — a ¶Exempla nequitiæ. ¶Operando ſcilicet in labore peruerſæ doctrinæ. — a ¶In gehenna. — a ¶Ambitio interdicitur.

## NICO. DE LYRA.

§ a Quibus autem ag. eſt. *non tantum ſpeculatiuè, ſed etiam practicè.*

b Permanet vſque. *Deducendo eos ad ſtatum gloriæ.*

c Audi fili. *Hic conſequenter inducit ad dictæ receptionis continuationem dicens: Audi fili, aure corporis & cordis.*

d Et accipe conſilium intelle. *in quo intra te legas bonum ad proſequendum, & malum ad fugiendum.*

e Inijce pe. tuum. *id eſt affectum.*

f In compedes illius. *ſcilicet ſapiẽtiæ, inſeparabiliter ei adhærendo.*

g Et in torques. *verba tua quæ formantur in gutture, ſapienter proferendo.*

h Subijce humerum tuum. *id eſt laborem in eius acquiſitione libenter porta, & ſine tædio.*

i In omni animo tuo etc. *intellectum tuum & affectum ſibi totaliter applicando. Et quia cum hoc requiritur bonum opus exterius, ſubditur:*

K Et in omni virtute tua. *& eſt litera per ſe plana.*

l Et continens factus. *i. tenens ſapientiam* C

m Ne derelinquas eam. *Sicut Salomon in ſenectute deprauatus per mulierum indebitum amorem. 3. Regum. 11.*

n In nouiſſimis tuis. *i. poſt hanc vitam. In præſenti etiam vita ſenex in dulcedine ſapientiæ delectatur, propter quod etiam philoſophi circa finem vitæ ſuæ dimiſſis occupationibus alijs vacabant contemplationi cauſæ primæ, vt dicit Thomas de Aquino ſuper librum de cauſis.*

o Et erunt tibi etc. *id eſt inſeparabilis adhæſio cum ſapientia.*

p In protectione fortitudi. *Nam iunctus ſapientiæ non frangitur aduerſitate.*

q Et torques illius. *id eſt doctrina ſapientiæ, quæ formatur in gutture.*

r In ſtola gloriæ. *Nam per ipſam acquiritur duplex ſtola, ſcilicet gloria corporis & animæ.*

s Decor enim &c. *In præſenti per gratiam, & per gloriam in futuro. Cætera patent ex dictis.*

t In multitudine. *Hic conſequenter oſtendit à quibus ſit accipienda ſapientiæ doctrina, ſcilicet ab illis quorum ſapientia nota eſt & approbata, ideo ſubditur: In multitudine presbyterorum. id eſt ſeniorum, vt dictum eſt ſupra.*

u Prudentium. *Per hoc excluduntur ſenes deſipientes, nam prudentiæ connexæ ſunt aliæ virtutes morales, vt habetur 6. Ethicorum. Et poteſt etiam hoc exponi de ſacerdotibus bonis, qui tenentur legem ſcire, & eam docere. Ideo ſequitur:*

x Vt omnem narrationem Dei. *id eſt contentam in lege domini.*

y Poſſis audire. *id eſt intelligere, nam melius ſcientes, poſſunt clarius docere.*

z Et prouerbia laudis &c. *id eſt verba notabilia laude digna.*

a Et ſi videris &c. *id eſt ſis ſolicitus ipſum frequentare, & ipſum audire.*

b Cogitatum habe &c. *quia ſunt de neceſſitate ſalutis.* D

c Et in mandatis illius &c. *Ea opere adimplendo.*

d Et ipſe dabit tibi cor. *intelligendi ſcilicet & operandi.*

## NICO. DE LYRA. CAP. VII.

Noli face. mala & non te ap. *Superius dictum eſt de debito vſu ſubſtantiæ ſiue diuitiarum & ſapientiæ, hic conſequenter agitur de debito vſu potentiæ: qui quidem vſus frequenter impeditur per malitiam ipſius habentis potentiam, ideo primò remouetur hoc impedimentum, ſecundò acceditur ad propoſitum, ibi: Noli quærere. Circa primum dicitur:* (*Diuiſio*)

e Noli facere mala. *contra Deum. Et non apprehendent. per pœnam infligendam tibi ſecundum iudicium diuinum.*

f Diſcede ab iniquo. *Contra proximum cui debes ęquitatem ſeruare.*

g Et deficient mala abs te. *ſcilicet mala culpę & gehennæ.*

h Fili non ſemines &c. *i. non des exemplum malè agendi hominibus ad hoc pronis, ſicut ſulcus paratus eſt ad receptionem ſeminis.*

i Et non metes ea. *in pęna tibi inferenda.*

K In ſeptuplum. *i. multipliciter. nã quot hominibus eſt aliquis cauſa culpę, tot pęnis eſt puniendus ſecundum ordinem iuſtitiæ.*

l Noli quærere. *Hic conſequenter acceditur ad propoſitum. Circa quod primò docetur debitus potentiæ vſus in regimine ſubditorum. ſecundò, in diſtributione bonorum ſuorũ in principio. 12. ca. Prima in duas. quia primò docet vſum potentiæ in præſidendo, ſecundò in iudicando. 10. ca. Prima adhuc in duas, ſcilicet in partem principalem, & incidentalem, quæ incipit ibi: Noli diſcedere à muliere ſenſata. Circa primum notandum, quod virtutes in excellentiori gradu debent eſſe* (*Diuiſio*)



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Neque à rege.* Non poteſt exercere opus iuſti regiminis, qui E ſententiam neglexit veræ pietatis. vnde: Reges gentium dominantur eorum, vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor.

Luc.22.c.

b *Quoniam ag.* Nulla præſumptio pernitioſior, quàm de propria iuſtitia, aut ſcia ſuperbire. vñ: Nõ eſt homo ſuper terram, qui faciat bonum, & non peccet. Et alibi: Vidiſti hominem ſapiẽtem ſibi videri, & magis illo ſpem habet ſtultus.

Eccle.7.c. Prou.26.b.

c *Noli quærere fie.* Debet quiſque proprias virtutes perpendere, & pro quãtitate virium curam aliorum ſuſcipere: ne dum delectatur loco gloriæ, fiat ſubditis autor ruinæ, & qui grauatur pondere ſuarum, velit fieri iudex alienarum culparum.

d *Non pec.* Qui ratione pollet, & liberi arbitrij ptãte præualet, ſubditorum inſolentia non peccet, ſed conſtanter reſiſtat alienæ nequitiæ: nec ſe putet impunè peccare, ſi plurimorũ acquieſcit volũtatj. Reatu. vnde: Nõ ſolũ aũt qui ea faciũt, ſed q cõſentiũt facienti.

Rom.1.d.

e *Noli ama.* Omne mendacium malũ, & proximis inferre ſcandalũ pernitioſum eſt. Multò magis ergo amico fraudem moliri, crimen imponere: quoniam teſtis mendax peribit. vnde in Prouerbijs: Sicut noxius eſt, qui mittit ſagittas in mortem, ſic qui fraudulenter nocet amico.

Prou.25.c. † corde

f *Noli verboſus.* Quaſi: Noli ſenſum tuum docere, audi ſapientiam ſeniorum. Tutius eſt enim audire, quàm loqui. vnde: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.

Iaco.1.c.

g *Non oderis labori.* Peccanti homini ſententia data eſt, vt labore manuum quærat ſibi victum, vnde: In ſudore F vultus tui veſceris pane, & cæte.

a *Quoniam*

a catum, neq; à rege cathedram ho b noris. Non te iuſtifices ante Deũ, c quoniam agnitor cordis ipſe eſt,
a ¶Noli altum ſapere, ſed time.
& penes regem nõli velle videri d
Ille pertrahi debet in exemplum viuendi, qui nulla aduerſa pertimeſcit.
e ſapiẽs. Nõli quærere fieri iudex, ni f ſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimeſcas faciem g
a ¶Subditus.
potentis, & ponas ſcandalum in h
a ¶Leuitate affectus, vel actus.
d agilitate tua. Nõ pecces in multi- i tudine ciuitatis, nec te immittas ĩ k
a ¶In populi voluntatem. b ¶Vt & pecces & peccantibus conſentias.
populum, neque alliges duplicia l peccata: nec enim eris in vno im- m
a ¶Puſillanimitas fugienda eſt, ex qua naſcitur triſtitia ſeculi quæ mortẽ operatur: iuſtum autem non contriſtabit quicquid acciderit ei.
munis. Noli eſſe puſillanimis in n †animo tuo. Exorare & facere ele-
a ¶Cum beneféceris dicite: quia ſerui inutiles ſumus.
emoſynã ne deſpicias. Nẽ dicas: In multitudine munerum meorum reſpiciet Deus, & offerẽte me Deo altiſſimo munera mea ſuſci-
a ¶Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina animæ eius ne exaltetur cor tuum, ne forte videat dominus.
piet. Nõ irrideas hominẽ in ama o ritudine animæ: eſt enim qui hu- p miliat & exaltat circumſpector
a ¶Os quod mentitur occidit animam, & quanto ſæpius tanto grauius, primum autem capitaleq; mendacium eſt in doctrina religionis & hæretici figmenti.
e Deus. Nõli amare mendaciũ ad- q uerſus fratrem tuum, neq; in amicum ſimiliter facias. Noli velle r mentiri omne mendacium: aſſi- s duitas enim illius non eſt bona.
f Noli verboſus eſſe in multitudi- t
a ¶Quaſi: Sic pone [illegible] peccatum vt non ſit iterandum.
ne presbyterorum, & non iteres u
g verbum in tua oratione. Nõ ode x
a ¶Labo[illegible] fugere [illegible] laudabile eſt. vnde: Cum [illegible] ducent.
ris laborioſa opera, & ruſticationem ab altiſſimo creatam. Nõ te, y reputes in multitudine indiſciplinatorum. Memento iræ, quoniã z a
a ¶Inquietorum inobedientium q; omnis ſocietas periculoſa. b ¶Futuræ vindictæ.
a ¶Sicut initium omnis peccati ſuperbia, ita initium omnis ſapientiæ timor domini: Beatus enim homo qui ſemper eſt pauidus. Et, Qui ſe humiliat, exaltabitur.
non tardabit. Humilia valde b

## NICO. DE LYRA.

¶ *in principibus Eccleſiaſticis, & temporalibus quàm in ſubiectis. Sunt enim vtrique vicarij Dei, à quo eſt omnis poteſtas in regimine populi: propter quod Philoſophus. 7. Ethicorum, virtutes in excellẽtiori gradu vocat heroicas & diuinas. Præſumptuoſum eſt autem, quòd aliquis ſe reputet ſic eſſe virtuoſum: propter quod vitioſum eſt appetere abſolutè, vel quærere principatum: Suſcipere tamen in caſu neceſſitatis licitum eſt & bonum, ſcilicet quando imponitur canonicè pro communi vtilitate. vnde dicit Augu. Otium ſanctum quærit charitas, negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis: quam ſarcinam ſi nullus imponit, contemplandæ veritati vacandũ eſt. Si autem imponitur, ſuſtinenda eſt, propter charitatis neceſſitatem. Et ideo autor huius libri ambitionem principatus primò reprimit. ſecundò ſuſceptum dirigit, ibi: Noli quærere. Circa primum dicitur: Noli quærere ab homine ducatum. id eſt quòd ſias dux aliorum in ſpiritualibus vel temporalibus ratione dicta.*

Virtutes heroicæ

Diuiſio

*a* Neque à rege cathedram honoris. *id eſt poteſtatem alios iudicandi.*

*b* Non te iuſtifices ante Deum. *id eſt non ſtudeas ad hoc, quòd homines te iuſtum credant coram Deo, ſicut faciunt hypocritæ, vt aſcendant ad maiora.*

*c* Quoniam agnitor cordis ipſe eſt. *& ſic videt talem fictionem & punief.*

*d* Et penes regem. *Non dicit velle eſſe ſapiens, quia hoc ſemper bonum eſt, ſed velle videri tantùm. Cum enim ex hoc aliquis indignus promouetur ad maiorem ſtatum, apparet eius ſtultitiæ effectus, qui prius erat incognitus. Sicut ſimia quando ſurſum aſcendit, turpitudinem ſuam plus oſtendit.*

*e* Noli quærere fieri iudex. *Hic conſequenter in principatu debitè ſuſcepto dirigit. Et primò in cauendis. ſecundò in agendis, ibi: Memento iræ. Prima in tres, quia primò dirigit in cauendis reſpectu populi. ſecundò reſpectu ſui, ibi: Noli eſſe puſil. tertiò reſpectu vtrorumque, ibi: Non irrideas. Circa primum dicitur: Noli quærere fieri index. Id eſt recipere poteſtatem iudicandi.*

Diuiſio

*f* Niſi valeas. *Id eſt eas punire ſecundum ordinem iuſtitiæ.*

*g* Ne fortè extimeſcas faciem po. *Propter hoc dimittendo ordinem iuris.*

*h* Et ponas ſcan. in agilitate tua. *id eſt ſcandalizes populum ex tua leuitate & in conſtantia.*

G

*i* Non pecces in multitudine ciuitatis. *agendo iniuſtè propter fauorem multitudinis.*

*K* Neque te immittas in populum. *ei conſentiendo in malo. ſicut Pilatus volens ſatiſfacere populo, dimiſit Barabbam, & Ieſum tradidit crucifigendum, Marci decimoquinto. b.*

*l* Neque alliges duplicia peccata. *ſcilicet tuum peccatum cum peccato populi.*

*m* Nec enim in vno eris immunis. *ſcilicet à pœna, ſed pro vtroque punieris: quia index tenetur in talibus factum populi impedire.*

*n* Noli eſſe puſillanimis in animo tuo. *Hic conſequenter dirigit potentem reſpectu propriæ perſonæ dicens: Noli eſſe puſillanimis in animo tuo. quaſi dicat: Non ſis tam ſolicitus de populi regimine, quòd negligas ſalutem animæ tuæ facere per orationes & opera miſericordiæ: veruntamen quia hæc non ſufficiunt, niſi à peccatis caueatur, ideo ſubditur: Ne dicas in multitudine munerum meorum reſpiciet Deus, intantum quòd non puniet peccata mea. nam hoc eſt falſum ſecundum Gregorium. Nam qui eſcam vel veſtimentum pauperi largitur, & tamen animæ vel corporis iniquitate polluitur: hic quæ ſua ſunt, dat Deo, & ſeipſum diabolo.*

*o* Non irrideas ho. *Hic conſequenter dirigit potentem reſpectu vtrorumque, ſcilicet ſui & populi, dicens: Non irrideas hominem in amaritudine animæ. Et ſubditur cauſa:*

*p* Eſt enim qui humiliat & exaltat circum- H ſpector Deus. *nam Deus qui videt omnia, citò poteſt humiliare deriſorem, & erigere lugentem.*

*q* Noli amare mendacium aduerſus fratrem tuum, neque in. *hoc eſt mendacium pernitioſum quod eſt peſſimum. Et quia nullum mendacium poteſt bene ſine peccato fieri, ſubditur:*

*r* Noli velle mentiri &c. *etiam iocoſum & officioſum.*

*s* Aſſiduitas enim illius non eſt bona. *imò mala. tum quia de ſe vitioſa, tum quia ad pernitioſum mendacium inductiua.*

*t* Noli verboſus eſſe in multitudine preſbyterorum. *id eſt ſeniorum, vel etiam preſbyterorum propriè dictorum. nam inter tales debent minores tacere, & ſapientiam eorum audire.*

*u* Et non iteres verbum in oratione tua. *Hic oratio poteſt dupliciter accipi. Vno modo pro petitione, vel interrogatione à ſapientibus: quæ ſic intelligibiliter & præcisè debet proponi, quòd eam non oporteat iterari. Alio modo pro petitione à Deo, quæ non debet fieri in multiloquio, credendo quòd per hoc exaudiatur. ideo dicit ſaluator, Matthæ. ſexto b. Orantes nolite multùm loqui, ſicut Ethnici faciunt: putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur.*

Oratio.

*x* Non oderis laborioſa opera, & ruſticationem ab altiſſimo creatam. *contemnendo vinitores & agricolas & huiuſmodi. Nam eorum laboribus alij ſuſtentantur, quantumcunque magni.*

*y* Non te reputes in multitudine indiſciplinatorum. *ſequendo ſocietatem & mores eorum.*

*z* Memento iræ. *Hic conſequenter inſtruit potentem in agendis dicens: Memento iræ.*

*a* Quoniam non tar. *imò frequenter repente venit. Et hæc conſideratio potentem dirigit in agendis. Et quia potentia frequenter eſt occaſio ſuperbiæ, quæ eſt principium omnis peccati, ſubditur:*

*b* Humilia valde. *ſicut dicitur ſupra tertio. c. Quantò magnus es, humilia te in omnibus.*

¶ a Quoniam



a *Quoniam vindi. ca.* quia caro peccatorũ, qua luxuria defluit, A igne inferni & vermibus cruciabitur, vbi vermis non moritur, & ignis non extinguitur. in verme putredo gehẽnæ, in igne ardor ſignatur. Vel vermis, eſt ſera ſcelerum pœnitẽtia, quæ in tormẽtis conſciam peccatorũ mordere nõ ceſſat, vt ignis ſit pœna extrinſecus ſæuiẽs, vermis autem dolor interius accuſans.

Iſa.66.g.

b *Noli priuari in ami. pe.* Multi periertũt pro auaritia & cupiditate terrenorũ, proximum ad imaginem Dei factum neglegẽtes. docet ergo ſapiẽtia, vt magis diligamus proximum, q̃ pecuniæ theſaurum. Radix enĩ omniũ malorũ eſt cupiditas. vnde: Nolite diligere mũdum, neque ea quæ in mundo ſunt. Et alibi: Qui propter amicum negligit damnum, iuſtus eſt: & qui odit munera, viuet.

† differẽti 1.Tim.6.b. 1.Ioh.2.b. Pro.12.d.

c *Gratia enim vere.* Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽdit, quæ præparauit Deus diligẽtibus ſe. Poteſt per hanc mulierem ſapiẽtia intelligi, quæ alibi prætioſa margarita dicitur, quã ſpiritualis negotiator inueniens vendit omnia, & emit eã. vnde Eccl. Viue vitam cũ muliere quam dilexiſti: quaſi ſapientiam ſequere, & ſcientiam ſcripturarum, & quaſi coniugem tibi copula.

† Dei 1.Cor.2.b. Mat.13.f.

d *Non le. ſer. in ver. ve.* Qualiter ſerui nutriẽdi ſunt, apertè mõſtratur, affectu. ſ. filiorũ pro iure naturæ, & diſciplinandi pro mentis inſtabilitate. vnde in ſequentibus. Cibaria & virga & onus aſino, panis & diſciplina & opus ſeruo.

Infra 33.d.

e *Inopem.* Oppreſſum violentia ſeruitutis. Siue enim ſerui, ſiue liberi omnes in Chriſto vnum ſumus.

1.Cor.12.b.

f *Filiæ ti. ſunt ſer. cor. il. & non.* Sicut bonos ſeruos affectu filiorum habendos B ſic ancillas quaſi filias habendas eſſe docet, ſed cum diſciplina. vnde: Lacta filium, & pauentem te faciet: lude cũ eo, & contriſtabit te. Non arrideas illi ne doleas, & in nouiſſimo obſtupeſcant dentes tui.

Infra 30.b.

g *Muli. ſi eſt ti.* Coniugalem commendat pudicitiam, remouens omnẽ deteſtabilem copulam. Myſticè autem admonet, vt catholicã fidem in vera religione, quam primũ poſt baptiſmi perceptionẽ ſortiti ſumus, firmiter tenentes, hæreticorum perfidiam abijciamus.

h *Dilige eum qui te fecit. & mi.* Timorem Dei & amorem ſe habere oſtẽdit, qui honorat & timet miniſtros eius. vñ: Qui vos recipit, me recipit: qui autem vos ſpernit, me ſpernit. Dignus eſt operarius cibo ſuo. Qui enim in ſacrario operantur, de ſacrario edunt: qui altario ſeruiũt, de altario participãt. Quãuis oblatio parua ſit, humili mente & pura dilectione facta multorũ delictorũ negligentias purgat, quia charitas operit multitudinem peccatorum.

Luc.10.d. Idem.b. 1.Cor.9.b.

a *Datum bra-*

a ſpiritum tuum, quoniã vindicta a b carnis impij ignis & vermis. No- b c li præuaricari in amicum † pecuniam † differentem, neq; fratrem d
a ¶Coniugium docet eſſe ſeruandũ, vt quod Deus coniunxit homo non ſeparet: Allegorice vero a ſocietate eccleſiæ prohibet diſcedere, & pactum baptiſmatis violare: & mox eidem ſubiungit: Gratia enim vere. il.
chariſſimum auro ſpreueris. Nõ- e li diſcedere à muliere ſenſata & f g bona, quam ſortitus es in timore h c †domini: gratia enim verecũdiæ i d ilius ſuper aurum. Non lædas k
a ¶Quaſi: Modeſtiam & æquitatem circa ſubditos conſerua. vnde Paulus, Domini quod iuſtum eſt & æquum, ſeruis præſtate. Et in Deuteronomio de mercenarijs dictum eſt: Eadem die reddas ei præmium laboris ſui ante ſolis occaſum.
ſeruum in veritate operantem, l neque mercenarium † dantem
a ¶Intelligens, beneuolus.
animam ſuã. Seruus ſenſatus ſit m tibi dilectus, quaſi anima tua:
a ¶Bene operandi.
non defraudes illum libertate, n e neq; inopem derelinquas illum. o
a ¶Simplices qui ſicut pecus per omnia ſeruiunt.
Pecora tibi ſunt, attende illis: & p ſi ſunt vtilia, perſeuerent apud te. Filij tibi ſunt, erudi illos: & † cur- q r f ua illos à pueritia eorum. † Filiæ s t tibi ſunt, ſerua corpus illarum: & non oſtendas hilarem faciem u
a ¶Matrimonio ne laſciuiet.
tuam ad illas. Trade filiam, & x y
a ¶Scilicet vide in domo tua. b ¶Prudenti, ſtrenuo, qui bene ſeruiet eam.
grãde opus feceris, & homini ſen z g ſato da illam. Mulier ſi eſt tibi ſe a cũdum animam tuam, non pro- b ijcias illam: & odibili non credas c
a ¶Hoc mandatum primum eſt in repromiſſione: dominicum patrem fide & opere debemus honorare.
te in toto corde tuo. † Honora pa d
a ¶Eccleſiæ quæ nos multo gemitu & dolore parit.
trem tuum, & gemitus matris e tuæ ne obliuiſcaris. Memento,
a ¶Chriſtianus.
quoniam niſi per illos natus non fuiſſes: & retribue illis, quomodo & illi tibi. In tota anima tua ti f me Deum, & ſacerdotes illius ſan h ctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & miniſtros eius non derelinquas. Honora Deum g ex tota anima tua, & honorifica h
a ¶Eleemoſynam ſcilicet tetribuendo de labore manuum miniſtro Dei.
ſacerdotes, & † propurga te cum i k brachijs. Da illis partem, ſicut l
a ¶In lege.
mandatum eſt tibi, primitia- m
a ¶Quia ſacerdotes portant peccata populi & orant pro eis.
rum & purgationis: & de ne- n o gligentia tua purga te cum pau-

## NICO. DE LYRA.

¶ *a* Quoniam vindi. car. imp. *qui præ ſuperbia crudelitatem exercet.*

*b* Ignis et ver. *ſ. ignis gehennæ & vermis cõſcientiæ. Eſa. vlt. g. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et quoniã homo creſcens in potentia frequenter obliuiſcitur amicorum priſtinorũ, Ideo ſubditur:*

† purga

*c* Noli præua. etc. *i. noli rumpere amicitiam eius priſtinam, ſi differat tibi reddere pecuniã commodatam: nam amicitia multò præcioſior eſt, quã pecunia. 8. Ethi. Maius verò bonũ non eſt cõtẽnendũ pro minori, ſed magis ecõuerſo.*

Philoſophus.

*d* Neque fra. etc. *i. propter aurum, quia melior eſt tibi quàm quodcunque aurum.*

*e* Noli di. *Hæc eſt pars incidentalis, in qua ponuntur tria incidentia. ſecũdum ibi: Honora patrem. tertium. 8. ca. Primũ verò incidens eſt. Ex hoc enim, q dictum eſt de vſu potentiæ in populi regimine, occaſionaliter hic tractatur de vſu potentiæ in regimine propriæ domus & familiæ. Et primò quantum ad vxorem, cum dicitur: Noli diſce. animo vel loco.*

*f* A muliere ſen. *in regimine familiæ.*

*g* Et bona. *id eſt caſta & honeſta.*

*h* Quam ſortitus es ti. *i. ad procurandũ ex eius [illegible], in timore Dei & eius cultu [illegible].*

*i* Gratia e. etc. *Pretioſiſſimum enim ornamentũ eſt in fronte mulieris verecũdia. Vnde per oppoſitum dicitur Iere. 3. b. de muliere inuerecunda. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. ſecundò quantum ad familiam ſeruientem, cum dicitur:*

† pecu.

*K* Nõ læ. ſer. *cũ ecõtrario ſit magis nutriẽdus.*

*l* Neq; merc. *i. expoſitẽ vitã ſuã i ſeruitio tuo.*

*m* Seruus ſen. *Patet litera.*

Diuiſio

*n* Non defraudes. *poſt debitum ſeruitium ſibi concedendam.*

*o* Neque inopem &c. *emittendo vacuum, præcipitur enim Deut. 15. quòd ſeruus à tali dimiſſus nõ recedat à domino ſuo vacuus.*

*p* Pecora tibi. *nam eorum nutritio multum valet ad ſuſtentationem domus & familiæ: ſi ſint ſterilia vel morbida, & tunc ſe decet dominus de ipſis expedire. Tertiò quantum ad prolem, cum dicitur:*

*q* Filij tibi &c. *quia pater tenetur filijs prouidere de nutrimento & documento.*

† der

*r* Et curua illos. *ſub diſciplina*

*s* A pueritia eo. *ſicut ramus tener de facili curuatur, non autem poſtquam induratur & fortificatur.*

*t* Filiæ tibi ſunt, &c. *vt non diſcurrant vagando, & ſic corrumpantur, ſicut Dina filia Iacob, Gene. 34.*

*u* Et non oſtendas &c. *ne ex tali blandimento inſoleſcant.*

*x* Trade filiam. *Scilicet nuptui.*

*y* Et grande &c. *nam per hoc de cuſtodia eius eris expeditus.*

† cura † Infra 30.b.

*z* Et homini ſenſato da il. *Vnde dicit Themiſtocles: Malo filia meæ virum qui egeat pecunia, quàm pecunia quæ viro egeat. Ultimò reuertitur ad vxorẽ à qua inceperat, dicens:*

*a* Mulier ſi eſt &c. *i. voluntatẽ rationabilem.*

*b* Non proijcias illam. *aliqua occaſione turbatus contra illam.*

*c* Et odibili non credas &c. *reuelando ei ſecretum cordis tui, ſicut Samſon Dalilæ per quod fuit excæcatus, Iudicum. 16.*

*d* Honora patrem tuum. *Hic ponitur ſecundum incidẽs, ex hoc enim quòd aliquis creſcit in potentia, poſſet credere, quòd nõ teneretur parentes honorare qui ſunt inferioris gradus, quod eſt falſum. Nam talis honor eſt de iure naturali & diuino. & ideo primò inducit ad honorandum patrem carnalem, dicens: Honora patrem tuum. non ſolùm reuerentiam exhibendo, ſed etiam ſi indigeat neceſſaria miniſtrando.*

† Sup.3.b.

*e* Et gemitus. *quos ſuſtinuit in tui parturitione. Cætera patent.*

*f* In tota anima tua time Deum, & ſacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute tua. *Hic conſequenter inducit ad honorandum patrem ſpiritualem & principalem qui eſt Deus. & primò in ſe & ſuis vicarijs, ſecundò in ſuis membris, ibi: Et pauperi. Circa primum dicit:*

Diuiſi.

*g* Honora Deum. *nam diligendus eſt ſuper ſe & ſuper omnia.*

*h* Et honorifica ſacerdotes. *eius locum tenentes.*

*i* Et propurga te. *de peccatis.*

*K* Cum brachijs. *id eſt per oblationes tuo labore acquiſitas.*

*l* Da illis partem, ſicut mandatum eſt tibi. *in Leuitico.*

*m* Primitiarum. *quæ ſacerdotibus debebantur.*

*n* Et purgationis. *id eſt decimæ quæ debebantur Leuitis.*

*o* Et de negligentia tua purga te cum pau. *quia defectus proprius non eſt reuelan-dus multis.*



¶ a Datum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Datum brachiorum.* Superius pro his quæ offeruntur miniſtris Dei promiſit peccatorum purgationem: nunc autem pro eleemoſynis veniam & benedictionis gratiam: quia ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna ex. pecca.

b *Et mor.* Ad eleemoſynam pertinet ſepultura mortuorũ, multò magis ergo cõſolatio viuorum. vnde Paulus docet gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. vnde: Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?

Rom. 12. d. 1. Ioh. 3. c.

## GLOS. ORDINARIA. CAP. VIII.

Prou. 26. a. NOn liti. cum h. p. Superbo. Vnde: Non reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis: quia inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt, ſeruum autem domini non oportet litigare. Prou. 13. b.

d *Locuplete*, q auaritię æſtibus anhelat. Inde enim oriuntur inuidiæ, cõtentiones, & huiuſmodi. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas. 1. Tim. 6. b.

c *Non incendas carbones.* Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis.

Noli

## NICO. DE LYRA.

a Datum brach. tuo. *id eſt tuo labore acquiſitum.*

F b Et ſacrifici. ſan. *id eſt hoſtiã pacificam.*

c Offeres domi. *ad impetrandum eius gratiam.*

d Initia ſanctorum. *i. ſanctificationes hominum. ſ. ſunt hæc. ſ. primitiæ, decimæ, & cætera quæ dicta ſunt.*

e Et pauperi. *Hic inducit ad honorandũ Deum in membris ſuis indigentibus, di. Et paupe. por. m. tuam, dando ſibi eleemoſynam.*

f Vt perficiatur. *id eſt remiſſio peccatorum tuorum, & collatio beneficiorũ, quæ frequenter in ſcriptura benedictio notatur.*

g Gratia datur. *id eſt dabitur.*

h In conſpectu omnis vi. *ſcilicet in iudicio generali: tunc enim pro pietatis operibus dicetur: Venite benedicti patris mei, &c. Sequitur: Eſuriui, & dediſtis mihi manduca. &c. Mat. 25. c.*

i Et mor. non prohi. gra. *ſed magis ſepeli corpus, & ora pro anima eius. Cætera patent vſque ibi:*

K Ex his enim *ſcilicet & proximi.*

l Firmaberis. *& patet. vltimò ponit directiuum totius vitæ humanæ di.*

m In omnibus operi. tuis. *i. mortem, ſicut nauta ſedet in vltima parte nauis, vt dirigat eam, ideo ſubditur:*

n Et in æternum. *id eſt nunquam peccabis, ſicut Ioh. 13. a. dixit Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum, id eſt nunquam lauabis.*

† ſtruere

## NICO. DE LYRA. CAP. VIII.

NOn litiges. *Hic ponitur tertiũ incidens: Ad hoc enim datur poteſtas ſuperioribus, vt conſeruent pacem cõmunem. Et quia ſupra dictum eſt de vſu potentiæ, hic occaſione huius agitur de pacis conſeruatione. Et diuiditur in duas partes, nam primò remouetur impedimentum pacis proueniens ex temeritate propria, ſecundò ex aliena, ibi: Cum audace. Circa primum ſciendum, quòd contentio directè pacem impedit. propter quod eam remouens dicit:* Diuiſio

Noi

a ¶ De iuſtis ſcilicet laboribus.

a cis. Datum brachiorum tuorum, & ſacrificium ſanctificationis offeres domino, & initia ſanctorũ: & pauperi porri-

a ¶ Peccatorum.

ge manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua. Gratia † datus in conſpectu omnis viuẽtis, & mortuo

b non prohibeas gratiam. Non deſis plo-

a ¶ Rogatione.

rantibus in cõnſolatione: & cũ lugentibus ambula. Non te pigeat viſitare infirmum: ex his enim in dilectione fir-

a ¶ Vt ſup. a dicta plenius & attentius impleas.

maberis. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum

a ¶ Ad mortem. vnde: Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat.

non peccabis.

## CAP. VIII.

NOn litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius. Non contendas cum

a ¶ Vel homine.

d viro locuplete, ne forte econtra conſtituat litem tibi. Multos enim perdidit aurum & argentum, & vſque

a ¶ Ad iniquitatem.

ad cor regum extendit & cõuertit.

a ¶ Cum indiſcreto contendere ſtultum eſt. b Hæretico. de quo. ¶ Sub lingua eius labor & dolor. Et alibi: Hæreticum poſt vnam & ſecundam correct. deui.

Nõn litiges cum homine linguato, &

a ¶ Furoris inuidiæ.

non ſtruas in ignem illius ligna. Non

a ¶ Materiam incendij.

communices homini indocto, ne ma-

a ¶ Chriſtiana ſcilicet & catholica.

lè de progenie tua loquatur. Ne deſpi-

¶ Pœnitentem.

cias hominem auertentem ſe à pecca-

a ¶ Hipocrite labium.

to, neq; impróperes ei. Memento quo-

a ¶ Neſcis quid pariat tibi ventura dies: Qui ſtat videat ne cadat.

niam omnes in corruptione ſumus. Ne

a ¶ Vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus. b ¶ Omnia orta occidunt, aucta ſeneſcunt, minimantur ortia, magna minuuntur.

ſpernas hominem in ſua ſenectute: et-

a D Eg te inimicos veſtros.

enim ex nobis ſeneſcunt. Noli de mortuo inimico tuo gaudere, † ſciens quo-

a ¶ Inimicorum. b ¶ Quod tibi non vis fieri alij ne feceris.

niam oẽs morimur, & in gaudium † nolumus venire. Ne deſpicias narrationẽ

a ¶ Doctorum

presbyterorũ ſapientium, & in prouerbijs eorum conuerſare. Ab ipſis enim diſces ſapientiam, & doctrinam intel-

a ¶ Spiritualis. b ¶ Prælatis. c ¶ Iniuriæ.

lectus, & † ſeruire magnatis ſine querela. Non te prætereat narratio ſeniorum: ipſi enim didicerunt à † patribus ſuis.

a ¶ Vt ſis paratus ſatisfacere omni petenti rationem.

Quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dabis reſpon-

a ¶ Aſpere corrigendo.

ſum. Non incendas carbones peccato

a ¶ Ad iram vel furorem. ¶ Si te ſcilicet exaſperauerint.

rum arguens eos, & ne incendaris flam-

*Non li. in iurgio vel iudicio.* G

p Cum ho. po. *i. eccleſiaſtico vel ſeculari iudice.*

q Ne forte incidas in manus illius. *i. ſub iudicio eius: & ſic poterit te amplius grauare.*

r Non contendas cum viro locuplete. *diuite: & dicitur locuples quaſi habens loculos plures vel plenos.*

s Ne forte contra te &c. *id eſt moueat.*

t Litem tibi. *imponendo tibi crimen furti vel aliquid huiuſmodi, à quo ppter eius pecuniã non poſſis defendi, ideo ſubditur:*

u Multos enim perdidit aurum & argentum. *i. concupiſcentia auri & argẽti.*

x Et vſque ad cor regum extẽdit. *ſupple ſe iſta concupiſcẽtia, & per conſequẽs ad iudices inferiores.* † dati, ſa. m

y Et conuertit. *ſ. iudicium à veritate in falſitatem, & ſic multi innocentes condẽnati ſunt in rebus & in corporibus per pecuniam diuitum.*

z Non litiges. *id eſt rixoſo.*

a Et non ſtruas. *id eſt apponas.*

b In ignem illius ligna. *i. materiam incendendi furorem per tuam contentionẽ. Et quia non ſolùm linguati, ſed etiam ſtulti ſolent malè loqui, ſubditur:*

c Non communices homini indocto. *cum eo familiaritatem contrahendo.*

d Ne male de. *ſicut Sichimitæ de Abimelech, Iudic. 9.*

e Ne deſpicias. *Secundum pacis turbatiuum, eſt contemptus, & potiſſimè ſine cauſa, ideo primò retrahit à contemptu perſonæ. ſecundò, doctrinæ, ibi: Ne deſpicias. Circa primum dicitur: Ne deſpicias hominem auertentem ſe à peccato, eum hypocritam vel papelardum vocando, ſicut faciunt multi.* Diuiſio

f Memento quoniam omnes in corrup. *i. ad corruptionem tẽdimus, eò quòd ex elementis contrarijs compoſiti ſumus, ideo ſubditur:*

g Ne ſper. hominem in ſua ſe. *in qua appropinquat morti.* H

h Etenim ex nobis ſen. *Id eſt ex iuuenibus quales ſumus: propter qđ ipſos magis reuereri debemus. Et quoniã contemptus irrationabilis habet cõiter gaudium indecens annexum ex parte contemnentis, ſubditur: Noli de m. inimico tuo gaude. Et ſubditur cauſa:*

i Sciens quoniam omnes morimur. *quia nihil morte certius.*

k Et in gaudium. *ſcilicet inimicorum noſtrorum.*

l Nolumus venire. *Nolumus enim, ꝙ gaudeãt de noſtra morte: nec per conſequẽs debemus de morte eorum gaudere.*

m Ne deſpicias. *Hic conſequenter retrahit à contemptu doctrinę dicens: Ne deſpicias nar. presbytero. ſapientium. id eſt legem Dei ſcientium.*

n Et in prouerbijs illorum. *id eſt notabilibus verbis ipſorum.* † 13. q. 2. c. In eccleſia.

o Conuerſare. *audiendo & retinendo. Et ſubditur cauſa:* † volumus

p Ab ip. e. di. ſa. & do. in. *ad ſeruiẽdum Deo & etiam principibus, ideo ſubditur:*

q Et ſer. ma. *Et quia nõ ſolũ audiẽdi ſũt pſbyteri, ſed ẽt ſenes in qbus eſt ſapiã ex longi tẽporis experientia, ideo ſubditur.*

r Non te præ. nar. ſeni. *& patet litera.*

s Non incendas carbones. *Tertiũ pacis turbatiuum, eſt indiſcretio: propter quod retrahit primò à verbis indiſcretis dicens: Non incendas. ſ. qñ ſunt obſtinati vel in paſſione poſiti: quia tunc non meliorantur, ſed deteriorantur. Hoc tñ eſt intelligendum de correctione fraterna, quæ ordinatur ad emendationem correcti: ſed nõ de correctione iudiciaria, quæ ordinatur ad bonũ multitudinis. Multitudo verò meliorat ꝑ aſperã increpationẽ & punitionẽ paſſionati et obſtinati, qua terrent alij.* † parentibus.

t Ne incendaris flãm. ignis pec. il. *qui correctionem tuam non ferentes prouocabunt te ad iram, ideo ſubditur:*

a Ne contra



a *Noli fœne. ho.* Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei A tui habeto ſolus.

b *Non indices contra iudicem, quoniam.* Quaſi eſto ſubiectus prępoſitis & iudicibus, qui ſecundum Deum iudicant. Prou. 5. c. 1. Pet. 2. c.

## GLOS. ORDINARIA. CAP. IX.

NOn zeles mu. ſi. tui ne. Hiſtoricè. Docet pudicitiam. Allegoricè, cõtra hęreſim prouidentiam. Qui enim libidinem fugit, non cõmittit ſe mulieri: & qui catholicã fidem cuſtodit, non conſentit hæreticæ prauitati. Alleg.

d *Mulierem multiuolam ne forte in.* Hæreticorum ſynagogam, quæ per diuerſos errores volitat.

† dignum e *Saltatrice ne aſſiduus ſis.* Hęreticorum turba, quæ per diuerſos errores diſtilit, vt quem eloquẽtiæ ſuæ amatorem cõſpexerit, ad ſe trahat quaſi meretrix. vnde: Irretiuit eũ multis ſermonibus, & blanditijs labiorum traxit eum, &c. Prou. 7. c.

f *Virginem ne conſpicias, ne forte ſcãda.* Auerte oculos tuos ne videant vanitatem, ne libeat videre quę nõ licet concupiſcere. Myſticè autem non debemus decorem eloquentiæ hæreticæ amare, nec ſimulatas virtutes attendere. Pſal. 118. Myſtici

g *Vicis ciuitatis, nec ober. in pla. il.* Idẽ ſub alia figura: Vici enĩ ciuitatis, hæreticorũ cõuenticula ſunt, quæ ſe à ciuitate

## B NIC. DE LYRA.

a Ne cõ. fe. ſtes cõ. *id eſt ad conuitia proni.*

b Ne ſede. qua. inſi. ori tuo. *vt rapiat inde, vt poſſit te ad iram prouocare. Secundò retrahit ab indiſcretis factis, dicens:*

c Noli fę. *i. commodare.*

d Homini forti. te. *ſequenti impetum fortitudinis ſuæ, ideo ſubditur:*

e Quod ſi fe. quaſi per. ha. *quia non poteris per violẽtiam recuperare.*

f Non ſpondeas. *i. promittas Deo vel homini.*

g Super virtutem tuam. *Hæc eſt enim indiſcreta promiſſio.*

h Quod ſi ſpoponde. quaſi reſti. cog. *quia teneris facere tuũ poſſe.*

i Non iu. contra iu. *impugnando eius ſententiam iuſtam, hoc eſt enim impugnare Deum, cuius locum tenet iudex iudicando iuſtè.*

k Cum audace. *Poſtquam retraxit ab his quæ pacẽ turbãt, & hoc principaliter ex temeritate propria, hic conſequenter retrahit ab his quæ eam turbãt, & hoc principalius ex temeritate aliena. & primò ex parte iraſcibilis. ſecundò rationalis, ibi: Cum fatuis. tertiò concupiſcibilis, cap. ſequenti. Circa primũ dicit: Cum audac. i. ceruicoſo ex impetu ira moto.* Diuiſio

l Non eas in uia, &c. *& patet*

m Cum iracundo no. fa. rixam. *nam ex verbis procedunt ad verbera.*

n Et cum au. *qui ſequitur impetum iræ.*

o Non

ma ignis peccatorum illorum. Ne contra faciem ſtes

a ¶ Hæretici. b ¶ Vt inueniat radicem verbi. c ¶ Verbis tuis.

a cõtumelioſi, ne ſedeat quaſi inſidiator ori tuo. No-

a ¶ Superbo, id eſt hæretico.

li fœnerari homini fortiori te: quòd ſi fœneraueris,

a ¶ Minuit ſubſtantiam qui peruerſo communicat. b ¶ Votum domino.

quaſi perditum habe. Non ſpondeas ſuper virtu-

a ¶ Cum votum voueris domino Deo tuo, non tardabis reddere.

tem tuam: quòd ſi ſpoponderis, quaſi reſtituens cogi

a ¶ Chriſtum qui conſtitutus eſt a Deo iudex viuorum & mortuorum.

b ta. Non iudices contra iudicem: quoniam ſecundum

a ¶ Hæretico. b ¶ Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, &c.

quod † iuſtum eſt, iudicat. Cum audace nõ eas in via, ne forte grauet mala ſua in te. Ipſe enim ſecundum

¶ Non Dei.

voluntatem ſuam vadit: & ſimul cum ſtultitia illius

a ¶ Blaſphemo ſcilicet Iudæo hæretico.

peries. Cum iracundo non facias rixam, cum auda-

a ¶ Secretum ſolitudinis.

ce non eas in deſertum: quoniam quaſi nihil eſt ante

a ¶ Corporalis vel ſpiritualis. vnde: Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.

illum ſanguis: & vbi non eſt adiutorium, elidet te.

a ¶ Detractoribus veritatis. b ¶ Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ verſantur in corde eius.

Cum fatuis conſilium non habeas: non enim potе-

a ¶ Quaſi: Ne diſputes de diuinis ſacramentis. vnde: Nolite ſanctum dare canibus, &c. b ¶ Alieno a fide.

runt diligere, niſi quæ eis placent. Coram extraneo

a ¶ Id eſt qualiter verbum Dei accipiat. b ¶ Exponit quod ſuperius obſcure dixit.

ne facias conſilium: neſcis enim quid † pariet. Non

a ¶ Cum ſubmiſerit vocem ſuam, ne credas ei: quoniam ſeptem ſunt nequitiæ in corde eius.

omni homini cor tuum manifeſtes, ne forte inferat tibi gratiam falſam, & conuitietur tibi.

## CAPVT. IX.

a ¶ Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos. b Falſos fratres, qui pacem ſimulant, & dolos parant, & doctrinam prauam.

NOn zeles mulierem ſinus tui, ne oſtendat ſuper te malitiam doctrinæ nequam. Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtu-

d te tua, & confundaris. Ne reſpicias mulierem mul-

¶ Deceptiones

e tiuolam, ne forte incidas in laqueos illius. Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis, nec audias illam, ne forte per-

f eas in efficacia illius. Virginem ne conſpicias, ne for-

a ¶ Hæreticis ſchiſmaticis.

tè ſcandalizeris in decore illius. Ne des fornicarijs animam tuam in vllo: ne perdas te, & animam tuã,

a ¶ Cœleſtem.

g & hæreditatem tuam. Noli circumſpicere in vi-

a ¶ Lata & ſpatioſa eſt via, quæ ducit ad mortem.

cis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. Auerte

a ¶ Hæreticorum ſynagoga. b ¶ Ornatu verborum.

faciem tuam à muliere compta, & ne circumſpicias

¶ Vel illius. a ¶ Decorem eloquentiæ.

ſpeciem alienam. Propter ſpeciẽ mulieris multi pe-

a ¶ Illiciti amoris vel gehennæ.

rierunt: et ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit.

a ¶ Peruerſa doctrina.

Omnis mulier quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus

a ¶ Rectæ doctrinæ. b ¶ Vnde: Si ſal euanuerit ad nihilum valet, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. c ¶ Multi admirantes eloquentiam hæreticorum & doctrinam, ſeducti ſunt.

in via conculcabitur. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti ſunt: colloquium enim il-

a ¶ In cordibus auditorum.

lius quaſi ignis exardeſcit. Cum aliena muliere ne ſe-

a ¶ Moris. b ¶ Id eſt ne torpeas a bono opere.

deas omnino, nec accumbas cum ea ſuper cubitum,

o Non eas in de. *id eſt extra ſocietatem hominum.* C

p Quoniam qua. nihil eſt ante illum ſan. *id eſt effuſio ſanguinis innocentis.*

q Cum fa. conſilium non habeas. *Hic conſequenter retrahit ab his quæ pacem turbant ex defectu rationis in alio dicens: Cum fa. con. non hab. Et ſubditur cauſa.*

r Non enim pote. dili. niſi quæ eis pla. *ſ. fatua. Qualis eſt enim vnuſquiſque, talis finis ſibi videtur. 2. Ethi. nec per con. ſequens conſulent niſi fatua.* Philoſ.

s Coram ex. ne fa. con. *Neſcis enim quid pariet. q. d. forſitan conſilium tuum aduerſarijs aperiet. Ideo ſubditur:*

t Non omni homini cor tuũ ma. *ſed ſolum amico vero & probato.*

u Ne forte inferat tibi gra. falſam. *id eſt amicitiam fictam, vt ſciat defectum tuum latentem.*

x Et conuitietur tibi. *coram alijs in palam ad maiorem tui confuſionem.*

## NIC. DE LYRA. CAP. IX.

NOn zeles. *Hic conſequenter retrahit ab his quæ turbant pacem ex parte concupiſcibilis, dicens:*

y Non zeles mu. ſinus tui. *id eſt non ſis nimis ſuſpicioſus de caſtitate vxoris propriæ: propter hoc eam artans indebitè.*

z Ne oſtendat ſuper te malitiam. *machinando ad mortem tuam, ſicut docentur tales mulieres à vetulis malis. Et quia ſicut vxor propria non eſt nimis artanda, ita nec nimis laxanda. Ideo ſubditur:* † pares

a Nõ des mulieri poteſt. ani. tuæ. *i. vt dominetur tui.* D

b Ne ingre. in vir. tua. *id eſt vſurpet ſibi quod eſt proprium viri.*

c Et confundaris. *tanquã effœminatus & vilis. conſequenter retrahit à muliere alia non coniugata, dicens:*

d Ne reſpicias mulierẽ m. *id eſt nunc illum nunc iſtum concupiſcentem.*

e Ne forte incidas in la. il. *per ſigna laſciuiæ tibi oſtenſa.*

f Cum ſalta. ne aſſiduus ſis. *Nam talis diſtenſio membrorũ muliebrium luxuriæ prouocat appetitum.*

g Virgi. non con. *quia non licet intueri quod non licet concupiſci.*

h Ne des for. *id eſt meretricibus.*

i Animam tuam in vl. *conſenſum tuum in aliquo.*

K Ne perdas te. *quantum ad bona naturæ.*

l Et hæ. tuam. *quantum ad bona fortunæ, ſicut dicitur de filio prodigo, Luc. 15.*

m Noli circũ. in vi. ci. *nã oculus gyrouagus eſt impudici cordis nuntius, & occaſio ruinæ.*

n Auer. fa. tuam a m. comp. *talis. n. apparatus eſt ad capiẽdum hoĩes laqueus. ideo ſubdit:* Iud. 16. c.

o Propter ſpe. mu. *exemplum de Samſone & Amnon & Salomone.* 2. Reg. 13. f. 3. Reg. 11. a.

p Et ex hoc cõ. qua. ig. ex. ſ. *ex aſpectibus & colloquijs & nutibus impudicis.*

q Omnis mu. quę eſt forni. *quantumcumque de nobili genere.*

r Quaſi ſtercus in via conculcabitur. *& cætera. quoniam libidini*



plurimum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

G ciuitate ſeparant. de qua dicitur: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.

a Non alter. Maior eſt fiducia ex parte rei cognitæ, quàm ignotæ. Doctrinam quoque ſanctorum patrum non debemus declinare, & nouellos doctores audire.

b Vinum nouum, &c. Nouus doctor ſtudere debet: vt ſanam doctrinã & operationẽ firmiter percipiat: & poſtea ſibi & alijs proficiat.

c Cum ſapientibus & prudentibus. Neceſſe eſt, vt caueamus doloſorum inſidias, & cum ſapientibus & Deum timentibus cõſiliemur, & viam iuſtitiæ & veritatis non deſeramus.

d Linguoſus. Hæreticus qui ſemper contẽtioſus, & ideo odibilis Deo & hominibus.

## GLOS. ORDINARIA. CAP. X.

IVdex ſapiens &c. Principatus. Factus eſt principatus ſuper humerum eius. vnde: Væ terræ cuius rex puer eſt, diabolus, ſcilicet qui ſemper diligit nouitates, & principes cuius primo mane comedunt, id eſt ante diem mortis dicentes: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur, &c.

§ a Super

## NICO. DE LYRA.

§ Fluuium ſupponitur. Cætera patent vſque ibi:

a Et non alter. potando cum ea & confabulando. Prouer. 20. a. Luxurioſa res vinum.

b Et ſangui. tuo. propter illam effuſo. ſicut frequenter contingit pro adulterio.

c Labaris in perditionem. quantùm ad corpus & animam.

d Ne derelinquas. Hæc eſt pars incidentalis, per deceptionem enim mulierũ homo frequenter deſerit amicitiam bonorum & conſilium iuſtorum, ideo poſtquam docuit deceptiones mulierum vitare, hic conſequenter hortatur ab amicitia & conſilio bonorum non diſcedere. & primò ponit primum, ſecundò ſecundum, ibi: Viri iuſti. Circa primum dicit: Ne derelin. amicum antiqui. quia probatus eſt in amicitia.

e Nouus enim non erit ſimilis illi. ſ. quandiu manſerit nouus, quia non eſt adhuc probatus.

f Vinum no a. quia ſicut de vino nouo neſcitur qualem fidelitatem tandem exhibeat.

g Veteraſcet. i. in amicitia firmetur.

h Et cum ſuaui. b. bes illud. id eſt in amicitia erit tibi ſuauis & bona. Et quoniã amicitia frequenter cupiditate perditur, ideo ſubditur:

i Non zeles. i. non concupiſcas.

k Gloriam & opes pec. quia ducunt ad mortem gehennæ, & frequenter ad mortem naturæ, propter quod ſubditur: Non enim ſcis, &c. & quia talia per iniuriam acquiruntur, ſubditur:

l Non place. tibi iniuria iniuſto. ipſum imitando.

m Sciens quoniã vſque ad infe. Tunc enim & non ante placebit ſanctis in pœna ſicut diſplicuit eis in culpa. Pſ. 57. b. Letabitur iuſtus cum viderit vindictam. manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris, applaudens iuſtitiæ diuinæ.

n Longe abeſto ab homine poteſtatem oc. i. a tyranno crudeli.

o Et non ſuſpi. tit. m. id eſt te elõgando ab eo auferens à te timorem mortis.

p Et ſi ac. ad il. neceſſitate compulſus.

q Noli. ali. c. ſcilicet mali.

r Ne forte. ex modica occaſione.

ſ Communionem mor. ſcit. ſupple eſſe, habitare cum tyranno.

t Quoniam in me. nam tyranni ſemper tendunt laqueos ſubiectis, vt habeant occaſionem rapiendi bona eorum.

a Id eſt non diſputes cum illa in lege Dei. Vinum enim gratiam ſcripturæ ſignificat.

& non altercaris cum illa in vino: ne fortè

a Morte vel peccato.

declinet cor tuum in illã, & ſanguine tuo b labaris in perditionem. Ne derelinquas c d amicum antiquum: nouus enim non erit e

[illegible]

f ſimilis illi. Vinũ nouum, amicus nouus. g Veteraſcet, & cum ſuauitate bibes illud. h

a Qui ſe exaltat, humiliabitur. b Noli te theſaurizare vobis theſaurum in terra.

Non zeles gloriam & opes peccatoris: i

a Qualis & quanta.

non enim ſcis, quæ futura ſit illius ſubk uerſio. Non placeat tibi iniuria iniuſtorum, ſciens quoniam vſq; ad inferos non m

a Deo vel hominibus. b Quaſi ne per iniuriam incidas in periculum mortis.

placebit impius. Longè † abeſto ab homine poteſtatem habente occidendi, & non o

a Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali.

ſuſpicaberis timorem mortis. Et ſi acceſſeris ad illum, noli aliquid committere, q

a Non ſine cauſa portat gladium.

ne fortè auferat vitam tuam. Communionem mortis ſcito, quoniam in medio laqueorum ingredieris, & ſuper dolentium arma ambulabis. Secũdum virtutem tuã caue te à proximo tuo, & cum ſapientibus & prudentibus tracta. Viri iuſti ſint

a Spiritualis epuli, ſcilicet in meditatione legis. b Beatus vir qui timet dominum.

tibi conuiuæ, & in timore Dei ſit tibi gloriatio, & in ſenſu ſit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis altiſſimi.

a Actione. b Artifices & principes populi [illegible]

In manu artificum opera † laudabuntur, & † principes populi in ſapientia ſermo-

a Quia in ſermone doctorum ſplendet ſapientia & doctrina.

a Euangelij, de quo dicitur: Verbum breuiatum faciet Deus ſuper terram.

nis ſui, in ſenſu verò ſeniorum verbum.

a Mundo. b Vir linguoſus non dirigetur in terra.

Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus, & temerarius in verbo ſuo odibilis erit.

## CAP. X.

a Chriſtus cui pater dedit iudicium.

IVdex ſapiens iudicabit populum ſuũ, k

a Regni eius non erit finis.

& principatus ſenſati † ſtabilis erit.

a Chriſtum. b Diſcipuli.

Secundum iudicem ſic & miniſtri eius:

a Beata terra cuius rex nobilis, & principes veſcuntur in tempore ſuo. b Eccleſiæ.

& qualis rector eſt ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Rex inſipiens perdet

a Eccleſiæ.

populum ſuum, & ciuitates inhabitabun-

a Doctrinam. b Prædicatorum. c Regimine. d Chriſti.

tur per ſenſum prudentium. In manu Dei

a Eccleſiæ, de qua dicitur. Deus eſt operatus ſalutem in medio terræ. b Damnabilis quia diſperdet Deus de ciuitate ſua omnes qui operantur iniquitatem.

poteſtas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilẽ rectorem in tem-

a Ordinem prædicatorum.

u Et ſuper do. ar. ma. i. tyrãnorum qui ſemper ſunt in dolore. nam propter mala quæ fecerunt alijs, in oĩ cibo & potu timẽt intoxicari, & in omni loco ſibi inſidiari: propter quod neceſſe eſt eos continuè anxiari. Et quia tyranni habent relatores ad grauandum innocentes, ſubditur:

x Secundum vi. tuã caue te. i. quantũ potes caue tibi ab eo qui contra te loqui poteſt tyranno.

y Et cum ſapientibus & prudentibus tra. conſilia & negocia tua.

z Viri iuſti. Hic conſequenter hortatur ad tenendum conuiuium iuſtorum dicẽs: Viri iuſ. ſint ti. conui. Nam in conuiuio relaxantur homines ad loquendum. Et quoniam ex abundantia cordis os loquitur, iuſti loquuntur de bonis & honeſtis: iniuſti verò de contrarijs.

a Et in timore Dei. ſ. filiali.

b Sit tibi gloriatio. nam gloria magna eſt eſſe Dei filium adoptiuum.

c Et in ſen. ſit tibi cogitatus Dei. id eſt ſenſum tuum applica ad cogitandum de Deo.

d Et o. enar. tua in præceptis altiſſ. id eſt doctrina tua non ſit de vanis & curioſis, ſed de neceſſarijs ad ſalutem.

e In ma. artificum opera laudabuntur. Hypallage eſt. Et eſt ſenſus, quòd artifices laudantur ex operibus manuum ſuarum quando ſunt artificioſè facta.

f Et principes po. in ſapien. ſer. ſui. ſcilicet laudabuntur: ſicut Salomon de ſententia ſapienter prolata. 3. Reg. 3. Date huic infantem viuum, &c.

g In ſenſu verò ſeniorum verbum. id eſt verbum breue dictum à ſapiente plus commẽdabitur, quàm narratio magna ab alio dicta.

h Terribilis eſt in ciuita. ſua. nam ipſe eſt ſeditioſus, quod eſt peſſimum in ciuitate, quæ ciuium vnitas debet eſſe.

i Et temerarius in verbo ſuo odibilis erit. quia pro nihilo habet alios offendere.

## NICO. DE LYRA CAP. X.

IVdex ſapiens. Poſtquam tractatum eſt de vſu potentiæ in præſidendo, hic conſequenter tractatur de vſu eius in iudicando. Ad hoc autem requiritur ſapientia & bona vita: Et primò tractatur de ſapientia, cum dicitur:

K Iudex ſapi. de iniurijs ſibi factis, ideo ſubditur:

l Et princ. erit hominibus malis.

m Secundum iudicem po. ſic & mi. eius. quia ſtudent exequi voluntatem illius.

n Rex inſi. p. po. ſu. vt patet de Roboã. 3. Reg. 12. qui per fatuum reſponſum perdidit populi ſui decem partes.

o Et ciuitates in ha. per ſen. pru. ſicut patet de Dauid et Salomone. Et quia poteſtas de Deo deriuatur, ſubditur:

p In ma. Dei. i. in eius diſpoſitione.

q Poteſtas ter. ſecularis et eccleſiaſtica.

r Et Execrabilis. ſ. ſcelus idololatriæ, nam Gentiles erant idololatræ.

ſ Et vtilem rectorem ſuſcitabit in tẽpus ſuper illam, quod impletũ eſt tempore Chriſti & Apoſtolorum, per quorum prædicationem Gentiles ab idololatria reuocati ſunt ad fidem & vnius Dei veri culturam.

p Et ſi    § a Et ſuper



§ a Super fa. ſcri. Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis, quia vice ſua mittit ad prædicandum.

b Regnum a gen. Hoc ferè omnes gentium teſtãtur hiſtoriæ, Chaldæorũ, Perſarum, Græcorũ, & Romanorum. Ad hoc propter præuaricationem & cæcitatẽ Iudæorũ tranſlatũ ad gentes Euangelium. vñ: Auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur gen. fa. fru. eius.

c Auaro au. Poſt mutationẽ regni agit de auaritia, pro qua vis regiminis maximè negligit. radix. n. omnium malorũ cupiditas. Auaritiã aũt ſuperbia comitatur. vñ: Præcipe diuitibus nõ altum ſapere.

d Et rex ho. Ptãs & diuitiæ non poſſunt prolongare vitam. Poſitus eſt terminus qui præteriri nõ põt. Iucunditas carnis cõuertetur in putredinẽ & fœtorẽ, & tãdẽ in vermes. Myſticè aũt homo q in peccatis viuit & non reſipiſcit, morietur æterna morte, & diabolũ ſerpentẽ antiquũ, & beſtias eius. i. dæmones non euadet.

r Donec te exi. *i. ad paupertatem deducat.*

s Bis & ter. *Id eſt quinquies, quia quinq; modis euacuantur pauperes à diuitibus cupidis. Vno modo bona pauperum violenter auferendo. Secundò, mercedem debitam retinendo. Tertiò, per verba duplicia decipiẽdo. Quartò, malè eis ponderando vel menſurando. Et hoc dupliciter. Vno modo, in pauperum abſentia qui confidunt de diuitibus. Alio modo, in eorum præſentia, quia non audent contradicere.* *Quinq; modis pauperes euacuantur*

t Et in nouiſſimo deridebit te. *Abſque compaſſione.*

u Poſtea uidens te. *Bonis denudatum.*

x Derelinquet te. *Quia non poteſt vlterius de tuo quicquam habere.*

y Et caput ſu. mo. ad te. *Notando de fatuitate.*

z Humiliare Deo. *Hic conſequenter hortatur recurrere ad diuinum auxilium, quod eſt ſine fallacia & deceptione, dicens: Humiliare Deo. de te nihil præſumendo.*

a Et expecta ma. e. *i. beneficentiam ſuæ miſericordiæ, qua paratus eſt humiles adiuuare.*

b Attende. *Diligenter.*

c Ne ſeductus. *Per verba ad decipiendum compoſita.*

d In ſtultitia humilieris. *id eſt ad ſtultitiam deijciaris per errorem.*

e Noli eſſe humilis. *i. puſillanimis.*

f In ſapientia tua. *à Deo tibi data.*

g Ne humiliatus. *i. puſillanimis factus.*

h In ſtultitiam ſeducaris. *Veritatem relinquens pro falſitate verbis cõpoſitis colorata. Et quia homo confidens de Dei adiutorio põt ſecurius agere quàm antè, ideo conſequenter oſtenditur*

¶ qualiter



a *Aduocatus à potentiore diſcede, ex hoc enim magis te aduocabit.*

A Modeſtè agendum eſt cum potentibus huius ſeculi, qui frequenter derident innocentiũ ſimplicitatem: quibus tamen debitum honorem conferre debemus, ſed non contra Deũ vel contra mandata eius. Vnde: Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate. *1. Pet. 2.d*

b *Caue tibi, & atten.* Q. Nihil tutum apud amatores mundi, qui mutabilia ſequuntur, & cum illis mutantur. Vnde: Stultus vt luna mutatur. Poſſunt in his hæretici & falſi Chriſtiani intelligi, quibus non eſt credendum, quia inconſtantes ſunt in omnibus vijs ſuis. *Eccl. 27.b*

c *Omni vita tua &c.* Cæteris refutatis, quod ſtabile eſt in æternum commendat, id eſt vt Deum diligas, & mandata eius cuſtodias, & auxilium eius quotidie implores: quia propè eſt dominus omnibus inuocantibus eum in veritate.

d *Omne animal diligit ſimile ſibi, &c.* Ad ſuperiora reſpicit, vt diuitum. ſ. & potentũ ſocietatem declines, & ei coniungaris, qui ſtudio & religione tibi conſors eſt. Hæc eſt enim amicitia firma, quam ſimilitudo virtutum ſociat. *Pſ. 144.d*

e *Sicut communicabit lupus agno aliquando, ſic peccator iuſto.* Rapacitas lupi cum agni innocentia non conuenit, nec auari rabies cum modeſtia ſimplicis. Nulla enim cõmunicatio munditiæ cum immunditia. Sicut enim canis reuertitur ad vomitũ, ita qui iterat ſtultitiam ſuam. Nulla ergo parilitas ſuperbi diuitis cum humilitate pauperis Chriſti. *† in ſomnijs* *Prou. 6.b* *Eccl. 27.b*

f *Diues commotus.* Quod de diuite & paupere inceperat, exequitur: quia multi ſunt qui diuitis facta & dicta extollũt, pauci qui doctrinam humilium & virtutem intelligunt. Arrogantes inueniunt prædicatores, humiles verò contemptores. Vnde: Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupere verò, & hi quos habuit, ſeparantur. *Prou. 19.a* *1. Cor. 6.c*

a *Cor*

B

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *qualiter ſe habere poſſit cum diuite & potentiori. ſ. non ſe ingerendo, nec ſe nimis elongando, loquendo reuerenter, & cautè ſe habendo, & hoc eſt quod dicitur:*

a Aduocatus à potentiore diſcede. *i. aliqualiter excuſa te.*

b Ex hoc enim magis te aduocabit. *Si prius te vocauit bona intentione.*

c Ne improbus ſis. *Ingerendo te nimis.*

d Ne impingaris. *i. repellaris verecundè.*

e Et ne longè ſis ab eo. *Id eſt à diuite nimis te elongando.*

f Ne eas in obliuionem. *i. ſi dñs dederit ſibi gratiam largiendi, non habeat de te memoriam.*

g Ne retineas ex æquo loqui cum illo. *id eſt vt velis cum eo loqui de pari, ſed magis cum reuerentia loquere.*

h Ne cre. mul. uer. il. *i. ſi multa tibi promittat.*

i Ex multa enim loquela. *Vt accipiat experimentum de tua ſimplicitate.*

K Et ſubridens. *Quaſi tibi applaudens, & omnia condonans.*

l Interrogabit te de abſconditis tuis. *id eſt ſi aliquid de ſuo accepiſti in abſcondito.*

m Immi. *Id eſt crudelis.*

n Animus illius, et conſeruabit uerba. *Ad capiendum te.*

o Et non parcet de ma. *i. pena tibi inferenda.*

p Et de uin. *Incarcerando te. pp qđ ſequitur:*

q Caue ti. *De incauta locutione.*

r Et attende diligenter auditui tuo. *i. auditis ab eo, ne præcipitanter reſpondeas contra te.*

s Quoniam cum ſubuerſione tua ambulas. *i. in periculo tuæ ſubuerſionis.*

t Audiens uero illa. *Quæ dicuntur à diuite pro captione tua modo dicto.*

u Quaſi in ſom. ui. *i. ſimula te non intelligere.*

x Et

Aduocatus à potentiore diſcede: ex hoc eñ magis te aduocabit. Ne improbus ſis, ne impingaris, & ne lõgè ſis ab eo, ne eas in obliuionem. Ne retineas ex æquo loqui cum illo, ne credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Immitis animus illius, & conſeruabit verba tua, & non parcet de malitia & de vinculis. Caue tibi, & attẽde diligenter auditui tuo: quoniã cum ſubuerſione tua ambulas. Audiẽs verò illa quaſi † ĩ ſomnis vide, & † vigilabis. Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illũ in ſalute tua. † Omne animal diligit ſimile ſibi, ſic & omnis homo proximum ſibi. Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur, & omnis homo ſimili ſui ſociabitur. Sicut communicabit lupus agno aliquãdo, ſic peccator iuſto. † Quæ communicatio ſancto homini ad canem, aut quæ pars bona diuiti ad pauperem? Venatio leonis onager in eremo, ſic paſcua ſunt diuitum pauperes. Et ſicut abominatio eſt ſupbo humilitas, ſic & execratio diuitis pauper. Diues commotus confirmatur ab amicis ſuis, humilis autem cùm ceciderit, expelletur & à notis. Diuiti decepto multi recuperatores: Locutus eſt † ſuperba, & iuſtificauerunt illum. † Humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur. Locutus eſt ſenſatè, & non eſt ei datus locus. Diues locutus eſt, & oẽs tacuerunt, & verbũ illius vſq; ad nubes perducẽt. Pauper locutus eſt, & dicũt: Quis eſt hic? Et ſi offenderit, (a ¶ Scripturarum quæ meditando & bene operando congregatur.) ſubuertent illum. Bona eſt (a ¶ Id eſt quæ non fraudulenter acquiritur, nec conſcientiam conturbat.) ſubſtantia, cui non eſt peccatũ in conſcientia, & nequiſ- (a ¶ Hæreticorum doctrina inops veritatis.) (b ¶ Quia prauis verbis ꝑparata: iſta paupertas.) ſima paupertas in ore impij.

x Et uigilabis. *Id eſt in hoc vigilanter & prudenter te habebis.* C

y Omni uita tu. *Excluſa ſocietate malorum, hic conſequenter inducit ad conſortium bonorum. Et diuiditur in tres partes, quia primò inducit ad coniungendum ſe bonis. Secundò, ad retrahendum ſe à malis, ibi: Si communicabit. Tertiò, docet diſtinguere hos ab illis, ibi: Cor hominis. Circa primum ſciendum, quòd communicatio hominum adinuicem tunc eſt bona, quando dependet ex charitate diuina, ideo dicit: Omni vita tua dilige &c. propter quem proximus eſt diligendus.* *Diuiſio*

z Et inuoca illum in ſalute tua. *i. pro ſalute tua temporali & æterna. Et quoniam proximus eſt in Deo diligendus. Sequitur:*

a Omne animal diligit ſimile. *In ſpecie.*

b Sic et omnis homo proximum ſibi. *Supple debet diligere, quia factus eſt ad imaginem Dei, & capax beatitudinis ſicut ipſe.*

c Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur. *Volatilia enim eiuſdem ſpeciei ſimul cohabitant, & ſimiliter animalia.*

d Et omnis homo ſimili ſui ſo. *i. debet ſociari ratione imaginis diuinæ, in qua conuenit cum eo in ſpecie. Et hæc ſocietas fundatur in bono rationis rectæ & legis diuinæ.*

e Sicut communicabit. *Hic conſequenter inducit ad retrahendum ſe à malis, & primò ponit ſuam monitionem. ſecundò, remouet circa dictam falſam opinionem, ibi: Bona eſt. Circa primum dicit: Sicut communicabit lupus &c. quia malus homo ſemper inſidiatur iuſto.*

f Quæ communicatio &c. *id eſt ad caninum hominem qualis eſt rixoſus, iracundus, & guloſus. quaſi dicat nulla eſt communicatio bona.* † vigilabis

g Aut quæ pars bona diuiti. *ſcilicet cupido.*

h Ad pauperem. *quaſi dicat nulla. Et ſubditur cauſa.*

i Venatio leonis onager in eremo. *In quo leo inſequitur onagrum, ad ipſum deuorandum.*

K Sic & paſcua &c. *id eſt cupidorum.*

l Pauperes. *Quorum bona rapiunt ſine cauſa.* D

m Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas. *Eò quòd cõtrariatur habitui ſuperbiæ in quo delectatur. nam ſignum habitus generati eſt delectatio in opere. 2. Ethic.* *Philoſophus*

n Sic & execratio diuitis. *Cupidi eſt, pauper. & ſubditur:*

o Diues commotus. *id eſt, turbatus vel impulſus.*

p Confirmatur ab amicis. *Sperantibus participare in eius bonis.*

q Diuiti decepto multi recuperatores. *Damni ſibi illati, quia ſperant participare ſibi.*

r Locutus eſt ſuperba &c. *Adulatores affirmantes, quòd ſic debeat magnificè loqui.*

s Humilis deceptus eſt. *id eſt, pauper eſt damnificatus.*

t Inſuper & arguitur. *i. ſine compaſſione de damno eius, vt fatuus increpatur.*

u Locutus eſt ſenſate, & non eſt ei datus locus. *Quia contemnitur ab audientibus.*

x Diues locutus eſt, & dicunt. *Audiendo reuerenter.*

y Et uerbum illius &c. *Commendando eum de ſapientia excellenti.* † ſuperbiæ

z Pauper lo. eſt, & dicunt quis eſt hic. *Eum contemnendo.*

a Et ſi offenderit, ſubuertent illum. *Grauiter puniendo.*

b Bona eſt ſubſtantia. *Hic circa prædicta remouet falſam opinionem: nam ex dictis poſſet aliquis æſtimare omnem diuitem eſſe malum, & omnem pauperem bonum: quod remouet dicens: Bona eſt ſubſtantia. Id eſt diuitiæ.*

c Cui non eſt peccatum in conſcientia. *Scilicet de mala acquiſitione, per ſe vel per parentes ſuos. nam diuitiæ habitæ iuſtè, ſunt materia exercendæ virtutis per opera miſericordiæ, & liberalitatis. Ambroſius ſuper Lucam, Sicut diuitiæ impedimenta ſunt reprobis, ita probis ſunt adiumenta virtutis.*

d Et nequiſſima paupertas in ore impij. *Qui per impatientiam prorumpit in blaſphemiam Dei.*

¶ a Cor

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Cor hominis immutat.* In indicio vultus, mentis mutatio deprehenditur. vnde: Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi deijcitur ſpiritus.

Prou.15.b b *Veſtigium cordis boni.* Quia multi ſimulati & ficti, ideo difficilè inuenitur in quo cor & facies, i. cogitatio & operatio atque doctrina in bono conueniant, cum autẽ hoc inuenies, da gloriam Deo, quia hoc eius donum eſt.

a Cor hominis immutat faciem illius, a
b ſiue in bono ſiue in malo. Veſtigium b
cordis boni & faciem bonam, difficilè inuenies & cum labore. c

*diſtinguere bonos à malis, dicẽs: Cor ho.im. fa. illius ſiue in bo. Diſpoſitio enim cordis apparet in facie, plus quàm in alijs partibus corporis: quia vigent ibi omnes ſenſus, & potiſſimè apparet in oculis, eò quòd viſus plures differentias oſtendit: 1. Metaph. propter quod cogitatio cordis in bonum ſiue in malum à peritis hominibus frequenter percipitur in facie. Et quia pauci ſunt boni, & virtuoſi reſpectu malorum, ſecundum quod dicitur Eccl. 1. d. Stultorum infinitus eſt numerus, ideo ſubditur:* G Philoſ.

b Veſtl.cor.bo.&c.i. *bonitatẽ interiorem mentis & exterioris conuerſationis ſimul.*

c Inuenies. *Raro & in paucis.*

NICOLAVS DE LYRA.

Eccl.1.b a Cor homi. *Hic conſequenter docet diſtinguere*

GLOSSA ORDINARIA. CAP. XIIII.

Iaco.3.a B *Eatus vir qui non eſt la.* Peccando. Hinc Iacobus ait: Qui in verbo non offendit, perfectus eſt iſte. i. verbo, cuius offenſionem humana poteſt vitare fragilitas.

b *Viro cu. & te.* Auaritiæ peſtem deſcribit, quæ excruciat auarum, ne conſequatur laboris ſui fructum. Qui theſaurizat & igno. cui congrega. ea. Pſ.38.b

c *Qui ſibi ne.* Hæc ad literam mẽtem auari, & inuidi deſcribũt, qui de bonis ſuis non lętantur. Allegoricè verò ſignificant philoſophos & hæreticos, qui ſine fide Chriſti congregant diuitias praui dogmatis, quæ nihil proficiunt eis, immo pœnam conferunt ęternam. Allegoricè

d *Et ſi bene. igno.* Dixerat nihil eſſe nequius illo q ſibi inuidet. i. q legitimè non vtitur bonis ſuis, & negligit habere bonum miſericordiæ & largitatis, nunc verò idem repetit.

F e *In ſatiabilis ocul.* Quia ſine fructu bonorum conſumit vitam, & ſterilem animam gehennæ ignibus tradit cruciandam. † alio

f *Oculus ma. ad ma.* Hæreticorũ oculus ſemp malis eſt intẽtus, & panẽ cęleſtem. i. intellectũ diuinæ ſapientiæ non meretur, & in ſcripturæ menſa marceſcit indigentia.

g *Fili ſi ha.be.te.* Hortatur, vt cõtempta mũdi luxuria, bonorũ operum oblationes Deo offeramus: qa breue eſt ſpatium vitæ in quo operari poſſumus, poſt mortem enim quæ feſtinat, non eſt tempus operandi, ſed mercedẽ recipiendi. Vnde: Operamini dum dies eſt, venit enim nox quando iam non licet operari. † inuidi Ioh.9.a

a *Omnis*

*eſt immoderata cupiditas terrenorum, quæ radix eſt omnium malorũ, vt dicitur. 1. Timot. 6. f. propter quod impedit ordinem in Deum. Hoc igitur impedimentum primò remouetur, ſecundò quoddam correlarium infertur, ibi: Fili ſi habes. Circa primum dicitur: Viro cupido. in malè acquirendo.*

CAP. XIIII.

a BEatus vir qui nõ eſt lapſus verbo ex ore ſuo, & non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. Fe- a b c d
a ¶Id eſt qui aduerſitate animi non frangitur, vt deficeret.
lix qui non habuit animi ſui triſtitiã,
a ¶Operibus bonis pro quibus ſperanda ſunt æterna pmia.
b & non excidit à ſpẽ ſua. Viro cupido & tenaci ſine ratione eſt ſubſtantia, & homini liuido ad quid aurum? Qui aceruat ex aĩo ſuo iniuſtè, alijs e f g h i k l
a ¶Quibus voluerit.
congregat, & in bõnis illius alius luxuriabitur. Qui ſibi nequam eſt, cui talij bonus erit? Et non iucundabitur in bonis ſuis. Qui ſibi iuidet, nihil eſt illo nequius, & hæc eſt redditio malitiæ illius. Etſi bene fecerit, ignoranter, & non volẽs facit, & in nouiſſimo manifeſtat malitiam ſuam. Nequam eſt c m n o p d q r s
a ¶Mens. b ¶Ne faciat miſericordiam indigenti.
oculus † liuidi, & auertens faciem ſuã,
a ¶Quia non ſeminat terrena, vt metat cęleſtia.
e & deſpiciens animam ſuam. † Inſa- t u
a ¶Mens praua, quæ ſemper prona eſt ad mala.
tiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis, & nõ ſatiabitur donec cõſumat, f areſaciens animam ſuam. Oculus ma- x y z
a ¶Vitæ æternæ.
lus ad mala, & nõ ſatiabitur pãne in- a
a ¶Id eſt in [illegible] geſtare laborabit.
digẽs, & in triſtitiã erit ſuper mẽſam G ſuam. Fili ſi habes, bñfac tecũ, & Deo dignas oblationes offer. Memor eſto quoniã mors non † tardat, & teſtamentum inferorũ, quia demonſtratũ eſt tibi. Teſtamẽtũ enim huius mũdi mor- b c d e f g h i
a ¶Dum eſt tempus operandi.
te morietur. Ante mortem benefac k
a ¶Facultatem.
amico tuo, & ſecũdum vires tuas ex-

g Et tenaci. *Malè retinendo.*

b Sine ra. eſt ſubſtantia. *i. diuitiæ, quia non proficiunt ſibi, eò quòd auaro tã deeſt quod habet quàm quod non habet, vt dicit Hier. in epiſtola ad Paulinum. Similiter nec alijs quibus nihil dat: propter quod nocet auaro quantùm ad animam & corpus. Et quoniam ex auaritia naſcitur inuidia, ſequitur:*

i Et homini liuido ad quid au. *q. d. ad malum ſuum.*

K Qui acer. ex ani. ſuo iniuſtè. *i. ſcienter & à propoſito iniuſtè acquirendo.*

l Alijs congregat. *Nam frequenter vſu diuitiarum priuatur, & ab alijs malè conſumuntur. ideo ſequitur:*

m Qui ſibi ne. eſt. *iniuſtè acquirendo.*

n Cui alijs bo. e. *Quaſi dicat nulli. nam per hoc alijs nocet, qui ſuis diuitijs abutuntur.*

o Qui ſibi in. *Qualis eſt auarus, qui ex auaritia retrahit ſibi neceſſaria.* H

p Nihil eſt illo nequius. *Quia torquet ſeipſum quantum ad animam, & corpus.*

q Et ſi bene. *Sicut aliquando contingit, quòd inuidus intendens alij nocere, promouet eius bonum, ſicut fecerunt fratres Ioſeph, intendentes eum vendere in ſeruum, occaſionaliter fecerunt eum Aegypti dominum.* Diuiſio

r Et in no. ma. mali. ſuam. *Oſtendens ſe dolere de proximi proſperitate. ideo ſubditur:* †Pro.17

s Nequam eſt oculus liuidi. *Quia non poteſt videre bonum alterius facie rectã.*

t Et deſpiciens animam ſuam. *Quia continuè affligit eam.*

u Inſatiabilis oculus cupidi. *Nam ex acquiſitis non diminuitur eius cupiditas, ſed augetur. ideo ſubditur:*

x In par. ini. *i. iniquæ acquiſitionis.*

y Non ſatia. *Quia ſemper plus appetit.*

z Donec conſumat areſa. ani. ſuam. *i. vitam ſuam cupiditatis ardore.*

a Et non ſa. pa. *Nam ex auaritia nimia non poteſt bonis habitis vti.*

b Fili ſi habes. *Hic ex dictis infert correlarium, ſcilicet quòd homo habitis bonis vtatur ad bonum virtutis, dicens: Fili ſi habes. bona temporalia.*

c Benefac tecum. *Inde viuendo decenter ſecundum ſtatum tuum.*

NIC. DE LY. CAP. XIIII.

BEatus uir. *Superius à principio tertij capituli & citrà actum eſt de exercitio virtutis in ordine ad proximum, hic conſequẽter agitur de virtutis exercitio in ordine ad Deum. Et diuiditur in duas partes, quia primò remouentur impedimẽta, ſecundò acceditur ad propoſitum, ibi: Beatus vir qui in ſapientia. Primum autem impedimentum eſt loquacitas, quæ habet peccatum annexum, Prou. 10. c. In multiloquio peccatum non deerit. & per conſequens in Deum ordinari impedit. Hanc igitur loquacitatem excludit, dicens:* † tardabit Diuiſio

a Beatus uir, qui non eſt la. *Veruntamen quia taciturnitas eſt aliquã vitioſa. ſ. quando tacetur illud quod quis dicere tenetur, ideo ſubditur:*

b Et non eſt ſti. *Remorſu conſcientiæ.*

c In tri. de. *Dicitur autem delictum quaſi derelictum, per quod intelligitur peccatum omiſſionis tacendo, quod debet dici, de quo debet homo per pœnitentiam triſtari. Secundum impedimentum eſt accidia, quæ reddit hominem triſtem, & ponderoſum ad opera bona, per quæ ordinatur quis in Deum, & ſic impedit ordinem iſtum, quod excluditur cùm dicitur:*

d Felix qui non ha. ani. ſui tri. *In bonis operibus exequendis.*

e Et non excidit à ſpe ſua. *Quæ eſt certa expectatio beatitudinis, à qua ſpe facit accidia decidere.*

f Viro cupido, & tena. *Hic remouetur tertium impedimentum, quod eſt*

d Et Deo dignas oblationes of. *Ad ſuſtentationes miniſtrorum eccleſiæ & pauperum.*

e Me. eſto, qu. mors. *Poſt quam nullus operari meritoriè poterit.*

f Et teſtamentum inferorum. *id eſt ordinatio Dei de morte ſingulorum. Hebr. 9. g. Statutum eſt hominibus ſemel mori. Et dicitur teſtamentum inferorum. nam tempore quo ſcriptus fuit liber iſte, iuſti deſcendebant ad limbum.*

g Quia demonſtratum eſt tibi. *Dicente Iacob, Gen. 37. g. Deſcẽdam ad filium meum lugens in infernum.*

b Teſta. n. huius mun. *i. hæreditas humana filijs à parentibus legata.*

i Morte morietur. *id eſt, citò deficiet. Ideo ſequitur:*

K Ante mortem be. amico tuo, & ſe. uires tuas ex. &c. *i. omni proximo indigenti. nam omnis proximus ex charitate eſt diligendus.*

a Non



G a *Omnis caro ſicut fœnum &c.* Sicut fęnum in terra, vel folium in arbore naſcitur, creſcit, vireſcit, ſiccatur & deijcitur: ita caro noſtra naſcit ex progenie parentum, creſcit in infantia, & pueritia: floreſcit in adoleſcentia, matureſcit in iuuentute, areſcit in ſenectute, deijcitur in morte. A Philoſ.

b *Beatus vir &c.* Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius. Pſal.118.a

c *Statuet ca.* ideſt doctoris officium agens, ſanæ doctrinæ opera iuſtitiæ coniunget, vt auditores verbo, & exemplo inſtruat. †Eſa.40.b

GLO. ORDINAR. CAP. XV.

QVi timet &c. Sequitur,

d *Aqua ſa.* gratia ſpiritusſancti. vnde: Qui biberit aquam, quã ego dabo vobis, fiet in eo fons aq̃ ſalientis in vitam æternam, ideſt non cedet perſecutioni, vel hæreticæ prauitati. Ioan.4.b Io.7.b 1.Pet.1.d

a *Et*

NIC. DE LY.

a Non defrauderis à die bo. *i. feſtiuo. tunc enim magis eſt oblationibus, & eleemoſynis inſiſtendum.*

b Et particula boni diei etc. *ideſt te vacuum, & otioſum à bonis operibus non relinquat.*

c Nonne alijs reli. etc. *quaſi dicat: melius eſt, quòd expendas in bonis vſibus in vita tua.* B

d In diuiſione etc. *Ordinauit enim Deus quòd aliqui ſint pauperes, & aliqui diuites, vt diuites pauperibus dẽt temporalia, & pro eis recipiant æterna.*

e Ante obitum tuum operare iu. *ideſt opera iuſtitiæ legalis, quæ includit omnem virtutem.*

f Quoniam non eſt apud inſe. inue. ci. *ideſt merendi locum.*

g Omnis caro ſicut fęnum ve. *ideſt omnis homo citò deficiet.*

b Alia generantur, et alia deijciuntur. *nam generatio vnius eſt corruptio alterius, in plantis & animalibus.*

i Sic generatio carnis et ſan. *ideſt hominum: nam parentibus morientibus filij ſuccedunt in loco eorum, ſecũdum ſtatum corporalem.*

K Omne opus cor. *i. ducens ad corruptionem, quod propriè eſt peccatum.*

l In fine deficiet. *i. deficere faciet à beatitudine.*

m Et omne opus electum. *ideſt meritorium.*

n Iuſtificabitur. *ideſt à Deo approbabitur tanquam iuſtum.*

o Et qui operatur &c. *i. pro illo honore cæleſti & æterno.*

p Beatus vir. *Remotis impedimentis, hic acceditur ad propoſitum tractãdo de virtutum exercitio ſecundum ordinem in Deum, in quem ordinatur homo per veritatis cognitionem & peccati deteſtationẽ. Igitur primò agitur de primo, ſecundò de ſecundo, ſequenti ca. ibi: Non dixeris. Prima in duas, quia primò circa veritatis ſapientiam commẽdatur acquiſitionis actus. ſecundò acquiſitæ rei fructus, in principio ſequentis capituli. Circa primum dicitur: Beatus vir. in ſpe.* Diuiſio.

q Qui in ſapientia mo. *meditando diuina, quorum cogitatio propriè dicitur ſapientia, quaſi ſapida ſcientia. Et quoniam*

a ¶Vbi recipias mercedem.
porrigens da pauperi. Non defrau- a
a ¶Qualibet. b ¶Boni doni.
deris à die bono, & particula diei boni b
a ¶Neſcis cui congregas.
non te prætereat. Nonne alijs relinques c d dolores & labores tuos? In diuiſione
a ¶Verbum doctrinæ. b ¶Opera iuſtitiæ. c ¶Emundando per confeſſionem, & penitentiam. ideſt verbum doctrinæ proximis impende, & bonorum operum exempla relinque, aut recipias præmium vitæ æternæ.
ſortis dã, & accipe: & iuſtificã animam tuam. Ante obitum tuum operare iuſtitiam, quoniam non eſt apud inferos in- e f
a ¶Refectionem vitæ æternæ. b ¶Species corporis aut tempore deficit aut languore conſumitur.
a uenire cibũ. † Omnis caro ſicut fęnum veteraſcet, & ſicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur, & alia deijciuntur: ſic generatio carnis & ſan- g h i
a ¶Generatio præterit, & generatio aduenit.
guinis alia finitur, & alia naſcit. Omne k
a ¶Quando anima & corpore pro prauis operibus interibit.
opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo. Et omne l m
a ¶Ideſt mercedem iuſtitiæ accipiet.
opus electum iuſtificabitur: & qui ope- n o
a ¶In regno cælorum.
b rarur illud, honorabitur in illo. Beatus p
a ¶Meditatione ſcripturæ & imitatione.
vir qui in ſapientia morabitur, & qui in q r
a ¶Ideſt operibus iuſtitiæ. b ¶Mentis.
iuſtitia meditabitur: & in ſenſu cogita-
a ¶Deum qui inſpector eſt cordis, non auram humani fauoris.
bit circumſpectionem Dei. Qui excogi- s t
a ¶Præcepta diuina. ¶Cæleſtibus ſacramentis.
tat vias illius in corde ſuo, & in † abſconſis illius intelligens vadens poſt † illam quaſi inueſtigator, & in vijs illius conſi- u x y z
a ¶Oculos mentis. ¶Teſtimonia ſcripturæ.
ſtens. Qui reſpicit per feneſtras illius, a
a ¶Prædicatorum linguis. b ¶Aure obedientiæ.
& in ianuis illius audiens. Qui requie- b c
a ¶Ideſt ſcripturam ſanctam, qua ſcripturarum ſuperficies tegitur. b ¶Duobus teſtamentis.
ſcit iuxta domũ illius, & in parietibus d
a ¶Scribendi ſtudium. b ¶Sacerdotij dignitatem.
c illius figens pãlum. Statuet caſulam ſuã ad manus illius, & requieſcent in caſu- e f g
a ¶Subditos.
la illius bona per æuum. Statuet filios h i
a ¶Vt iuxta ſapientiæ eruditionem irreprehenſibiliter viuant.
ſuos ſub tegmine illius, & ſub ramis illius morabitur. Protegetur ſub tegmi- k l m n
a ¶Furore inimicorum. b ¶Quia per eam habebit vitam æternam.
ne illius à feruore, & in gloriã eius requieſcet. o

CAP. XV.

¶Non alius.
QVi timet Deum, faciet † bona: p q
a ¶Alias, illud. ¶Executor.
& qui cõtinens eſt iuſtitiæ,
a ¶Vt firmiter teneat.
apprehendet illam: & obuiabit illi r s
a ¶Quia gratia Dei nutrit filios.
quaſi mater honorificata, & quaſi mu- t u
a ¶Quia in ea nihil immundum, nihil corruptum.
lier à virginitate ſuſcipiet illum. † Ciba- x
a ¶Corpore Chriſti, vel doctrina verbi Dei.
a bit illũ panẽ vitæ & intellectus, & aqua y
ſapiẽtiæ ſalutaris potabit illũ. Et firma- z
a ¶Ideſt non cedet perſecutioni vel hæreticæ prauitati.
bitur in illo, & nõ flectetur, & cõtinebit a b

*quoniam non eſt tantum de diuinis meditatio ſpeculatiua, ſed etiam extenſiue ad opus ſit practica. nam propter amorem dilecti præcipit operari, ideo ſubditur,* C

r Et qui in iuſtitia meditabitur. *reddendo Deo debitum cultum, & proximo pro iuſtum conuictum.*

s Et in ſenſu. *ideſt ſeruatè.*

t Cogitabit circumſpe. Dei. *i. q Deus circumſpicit omnia & vbique, Heb. 4. d. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius.*

u Qui excogitat vias il. *i. opera Dei, quę ſunt viæ deueniendi in cognitionem eius, Rom. 1. c. Inuiſibilia Dei à creatura mundi. i. ab homine per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. ſempiterna quoque virtus eius & diuinitas, ideo ſequitur,* Diuiſio.

x Et in abſconſis il. *i. Dei proprietatibus quę ſunt abſconſæ ignorantibus.*

y Intelligens. *præ alijs.*

z Vadens poſt illam quaſi inue. *i. veſtigij eius ſecutor, quod eſt in creaturis,*

a Qui reſpicit per feneſtras illius. *i. [illegible] per reuelationes factas in nouo ac veteri teſtamento,*

b Et in ianuis il. au. *i. in eccleſia militante, per quam eſt ingreſſus ad triũphantẽ.*

c Qui requie. iuxta do. il. *firmiter credendo, & ſuauiter contemplando.*

d Et in pa. il. figens pa. *i. ſuum intellectum, ne ad curioſa & vana euagetur.*

e Sta. ca. ſuam. *i. domicilium ſuum.*

f Ad ma. il. *ſ. Dei. expectando continuè dona gratiæ ſuæ, ideo ſequitur,*

g Et requieſcet in ca. illius bona. *ideſt gratiæ dona.*

b Per æuum. *ſ. Deum.*

i Sta. fi. ſuos. *ideſt diſcipulos ſuos.*

K Sub tegmine il. *erudiendo eos in prædictis.*

l Et ſub ramis eius. *i. documentis eius.* † abſcondi tis.

m Moratbitur. *meditando & operando.* † illam

n Protegetur ſub teg. il. *à fer. vitiorum.*

o Et in glo. eius re. *per adeptionem præmiorum.*

D

NICO. DE LYRA. CAP. XV.

QVi timet Deum. *Hic conſequenter deſcribitur acquiſitæ rei fructus. Et diuiditur in duas partes. nam oſtenditur primò quibus, & qualiter iſte fructus conceditur. ſecundò quibus denegatur, ibi: Homines ſtulti. Circa primum dicitur,* Ioa.4.b.

p Qui timet Deum fa. il. *ſ. quod prædictum eſt de inquiſitione ſapientiæ.*

q Et qui con. eſt iuſt. *ideſt tenens eam in corde ſimul & opere.*

r Apprehendet illam. *ſcilicet ſapiẽtiam diuinam.*

s Et obuiabit illi. *nam præoccupat eos qui ſe concupiſcunt, vt illis prior ſe oſtendat, Sapien. 6.*

t Quaſi mater honorificata. *ideſt omni honore digna. Et quia facit honorabiles illos quibus accedit.* † illa

u Et quaſi mulier à vir. ſuſcipit illum. *tanquam ſponſum gratioſum.*

x Cibabit illum pane vitæ. *ideſt verbo ſacræ ſcripturæ. Matt. 4. a. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.*

y Et aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. *ideſt gratia ſpiritusſancti, de qua Iohan. 4. b. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: ſed aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam ęternam.* † Cibauit

z Et firmabitur in illo. *Deo firmiter adhærendo.*

a Et non flecte. *à rectitudine iuſtitiæ.*

b Et continebit illum. *ideſt Deus tenebit eum ſecum per perſeuerantiam in bono.*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Et in medio eccleſiæ.* Apoſtolos, prædicatores euangelij ſignificat, quos Dei ſapientia, ideſt Chriſtus, eccleſiæ præpoſuit.

b *Homines ſtulti non apprehendent &c.* Pagani, & idololatræ, & Iudæi, qui crucifigunt filium Dei, ſequentes vmbram legis, & reſpuentes veritatem euangelij. Vel, hæretici, qui ſcripturas peruertunt.

c *Et viri vera.* Omnis qui eſt veritate audit vocem meam.

d *In ore peccatoris.* Hæreticorum, qui doctrinam patrum deſpiciũt, & ſimplices decipiunt. Donum largitatis, non inuidet Deus alicui, qui vult omnes homines ſaluos fieri.

† eum 1.Tim.2.b

e *Non dicas &c.* Non ſunt mala noſtra Deo imputanda, cui nõ ſunt neceſſaria. vnde: Deus intentator malorum eſt.

Iac.1.b † induit

f *Conſtituit homi.* ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, & liberum arbitrium dedit ei.

g *Si vol. mandata &c.* ideſt ſi volueris implere opera, & mandata Dei, habebis conſolationem: ſi contempſeris, gehennæ ardorem.

¶ a *Quo-*

¶ Qui expectant te, non confundentur, & confundantur omnes qui oderunt te.

illum, & nõn confundetur: & exal-

¶ Gregem doctorum.

tabit illum apud próximos ſuos.

¶ Vt dicant quæ intelligunt.

Et in medio eccleſiæ apèriet os eius,

¶ Quo ſapiunt, & intelligunt.

& adimplebit † illum ſpiritũ ſapien-

¶ Dignitatem ſacerdotij.

tiæ, & intellectus, & ſtólam glo-

riæ † veſtiet illum. Iucunditatem &

¶ Ideſt abunde dedit, vt alijs impertiri poſſit.

exultationem theſaurizabit ſuper il-

¶ Alias, æternitatis. b ¶ Quia filius Dei vocabatur,

lum, & nomine æterno hæredita-

a ¶ Hæretici, b ¶ Spiritus diſciplinæ effugiet fictum.

bit illum. Homines ſtulti non ap-

¶ Catholici religioſi.

prehendent illam, & hómines ſen-

¶ Obediendo quibus ipſa obuiat monendo, & promouendo. ¶ Hæretici.

ſati obuiábunt illi. Homines ſtulti

non videbunt eam: lõgè enim abeſt

¶ Hæretici qui veritatem contemnunt.

à ſuperbia & dolo. Viri mendaces

¶ Catholici.

non erunt illius mémores, & viri

¶ Credendo, meditando, operando.

veraces inuenientur in illa, & ſuc-

¶ Profectum virtutum.

ceſſũm habebunt vſque ad inſpe-

a ¶ Contemplationem. b ¶ Deo placita. c ¶ Prædicatio.

ctionem Dei. Non eſt ſpécioſa laus

¶ Hæretici.

in ore peccátoris: quia non eſt à do-

¶ Quia diſperdet dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam. ¶ Nata.

mino miſſus: quóniam profecta eſt

¶ Omnis ſapientia a domino Deo.

a ¶ Patre. b ¶ Dei filius.

à Deó ſapientiá. Sapientiæ enim Dei

aſtabit laus, & in ore fideli abunda-

bit, & dominator dabit eam illi.

¶ Fideli. ¶ Periculum.

¶ Q. Serua mandata, & Deus dabit illam tibi.

Non dixeris: Per Deum abeſt: quæ

enim odit, ne feceris. Non dicas: Ille

¶ Falſum eſt.

me † implanauit? non enim neceſſa-

¶ Sicut omnem errorem deteſtatur Deus, ſic & qui timent eum.

rij ſunt ei homines impij. Omnẽ

execramentum erroris odit domi-

nus, & non erit amabile timentibus

† Deum. Deus ab initio conſtituit

¶ Poteſtate arbitrij.

hominẽ, & reliquit illum in mánu

¶ Ne de ligno vitæ comederet.

conſilij ſui. Adiecit mandata, & præ-

cepta ſua. Si volueris mandata con-

¶ Ab inſidijs diaboli.

ſeruare, conſeruábunt te, & in per-

¶ Vnde: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.

¶ Vel bunt.

petuũm fidem placitam ſeruare.

a ¶ Refrigerium. b ¶ Tribulationem.

Appoſuit tibi áquam, & ignẽm,

¶ Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.

ád quod volueris, porrige manum

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et non &c. cum reprobis, ſed honorabitur cum electis, ideo ſequitur,

b Et exultabit illum apud proxi. &c. ideſt apud ſanctos ſuos: qui ſunt Deo propinqui. Et quia talis non ſibi proficit ad ſalutẽ, ſed etiam alijs, Sequitur,

c Et in medio eccleſiæ aperiet &c. ad docendum populum.

d Et adimplebit eum ſpi. &c. ad degustãdum diuina.

e Et intellectus. ad proponendum ea lucidè in eccleſia.

F

f Et ſtola &c. i. ſacerdotali dignitate.

g Veſtiet illum. quod frequenter in eccleſia contingit. Vel, ſtola gloriæ, ideſt gloriæ corporis & animæ: quod ſemper fit perſeuerantibus in exemplari vita & ſalutari doctrina. Et quoniam ex ſalute auditorum augetur gloria doctorum, ſequitur,

h Iucunditatem & exultationem theſauri. &c. ideſt multiplicabit. Et quoniam hæc gloria non eſt tranſitoria, ſubditur, Et nomine æterno &c.

i Homines ſtulti. Hic conſequenter oſtenditur quibus ſapientia diuina denegatur. Et quoniam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, ideo cum hoc oſtenditur, quibus ex ſuo merito conceditur. Dicitur igitur. Homines ſtulti, ideſt ſuperbi. vnde dicitur ſtultus ab extollo, quoniam inaniter ſe extollit.

† implanabit

K Non apprehendet illam. propter ſuam ſuperbiam.

† illum

l Et homines ſen. ideſt recurrentes ad auxilium Dei.

m Obuiabunt illi. Matt. 11. d. Confitebor tibi domine cæli & terræ, quoniam abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus in oculis ſuis, & reuelaſti ea paruulis. ex hoc patet quod ſubditur: Homines ſtul. &c. Et patet.

n Viri mendaces non erunt illius memores. quia non cogitant de illa. Frequens autem meditatio de aliquo firmat memoriam de illo.

o Et viri veraces inuenientur &c. Nam ab ipſa eſt omnis veritas vitæ, iuſtitiæ & doctrinæ.

p Et ſucceſſum. ideſt proſperitatem.

q Habebunt vſq; ad inſpectionem Dei. ideſt claram viſionem in patria.

r Non eſt ſpecioſa laus &c. ideſt Deo placita.

s In ore peccatoris. quod eſt pollutum, quia non eſt à domino miſſus, Pſal. 49. c. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas, &c.

t Sa-

t Sapientiæ enim Dei. ideſt data à Deo doctori.

G

u Aſtabit laus. nam laudabile eſt à Deo & hominibus.

x Et in ore fideli abundauit. nam ſibi & alijs proficit.

y Et dominator dabit &c. augendo in ipſo donum ſpiritusſancti.

z Non dixeris. Poſtquam autor induxit ad Dei cognitionem, hic conſequenter inducit ad peccati deteſtationem. Et diuiditur in duas partes: quia primò inducit ad hoc ratiocinando. ſecundò, deprecandò. cap. 23. Prima adhuc in duas. quia primò inducit ad hoc ex cauſa peccati, ſecundò ex actu peccandi. 19. cap. Prima adhuc in duas, quia primò declarat cauſam peccati ſiue principium. ſecundò ponit peccati remedium 17. cap. ibidem: Eleemoſyna viri. Prima adhuc in duas, quia primò remouet errorem. ſecundò docet veritatem, ibi: Deus ab initio. Circa cauſam peccati aliqui errauerunt, attribuentes eam Deo. Vno modo negatiuè, ſcilicet eò quòd non dedit homini virtutem, per quam poſſet peccatum cauere: quod remouet dicens: Non dixeris per Deum abeſt. ſcilicet mihi virtus vitandi peccatum.

Diuiſio.

a Quæ enim odit Deus. ſ. peccata.

b Ne feceris. hoc errore deceptus. Alio modo poſitiuè, eò quod Deus dederit homini fomitem peccandi. Quod remouet di.

c Non dicas ille me implanauit. ideſt errare me fecit. Et dicitur ab in & planos, quod eſt error ſiue deceptio. Ad quod ſubditur ratio,

d Non enim impij. ideſt peccatores: propter quod non dedit fomitem peccandi, ſed homo incurrit illum ex ſua culpa, propter quam ſublata eſt ei iuſtè originalis iuſtitia, quæ conſeruabat inferiores vires animæ ab omni rebellione contra rationem. Homo etiam deſtitutus originali iuſtitia, per rationem poteſt reprimere inordinatos motus partis ſenſitiuæ, quæ nata eſt rationi obedire, vt patet non ſolum per dicta ſanctorum, ſed etiam philoſophorum, vt 1. Ethic.

H

e Omne execramentum erroris odit dominus. ideſt omnis error, qui eſt Deo execrabilis, & etiam hominibus bonis, ideo ſubditur,

f Et non erit amabile ti. Deum. ſ. hominibus pijs & iuſtis.

g Deus ab initio con. Hic conſequenter de cauſa peccati determinat veritatem. Circa quod oſtendit primò, quòd à Deo eſt potentia conſeruandi iuſtitiam. ſecundò oſtendit hominem eſſe peccati cauſam, ibi: Appoſuit tibi. tertiò remouet à Deo cauſalitatem iſtam, ibi: Nemini. Circa primum dicit: Deus ab initio &c. ſuper creaturam inferiorem.

Diuiſio.

h Et reliquit illum in manu con. non eſt per hoc intelligendum, quòd ſubtraxerit ei conſeruationem ſuam & gubernationem, quia ſtatim cecidiſſet in nihilum: ſed quia fecit eum arbitrio liberum, quæ libertas eſt conſeruandi iuſtitiam poteſtas. Nam poſſe peccare, non eſt libertas, nec pars libertatis: ſed eſt defectus ſequens liberum arbitrium, eò quòd eſt de nihilo.

i Adiecit mandata & præcepta ſua. ideſt ſuper liberum arbitrium quo poteſt iuſtitia conſeruari, addidit legem naturalẽ impreſſam homini quæ dirigit ad conſeruationem iuſtitiæ: & ſic adiuuat.

K Si volueris &c. q.d. hoc eſt in tua poteſtate.

l Conſeruabunt te, & in perpe. ad vitam gloriæ. Matt. 19. c. Si vis ad vi. ingre. ſer. man.

m Appoſuit tibi aquam & ignem. Hic conſequenter oſtendit peccatum eſſe ab homine, dicens: Appoſuit tibi aquam, & ignem. ideſt refrigerium gloriæ, & pœnam gehennæ. Primum promittendo, & per conſequens attrahendo ad ipſum. Secundum verò comminando, & per conſequens ab ipſo peccato deterrendo, & retrahendo: & ſic intelligendum eſt de ſequentibus, cum dicitur,

¶ a Ante



A

a *Quoniam multa ſa.* Nullus poteſt præſcientiam Dei effugere: omnia .n. nuda & aperta. vnde: Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Neceſſe eſt ergo, vt nihil faciat homo, niſi quod dignum ſit conſpectui diuino.

b *Nemini man.* Non eſt autor Deus peccandi, nec ſpatium concedit in quo homo impunè peccare poſſit: ſemper bona præcipit, & mala interdicit. Solummodo placet ei quod bonum eſt. infidelitas autẽ, & inutilitas diſplicet: quoniam iuſtus Deus, & iuſtitias dilexit.

a ¶ Æterna. b ¶ Infinita.

tuam. Ante hominem uita & mórs

¶ Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittetur.

bonũm & malum. Quod placuerit

ei, dabitur illi, quoniam multa ſapientia Dei & fortis in potentia, &

videns omnes ſine intermiſſione.

¶ Ad quos reſpicit miſericordia eius, quia ea reſpicit quæ placent ſibi vnde: Nouit dominus viã iuſtorum, & iter impiorum peribit.

Oculi domini ad timentes eum, &

ipſe agnoſcit omnem operã homi-

¶ Non eſt Deus autor peccatorum.

nis. Némini mãdauit impiè agere,

& nemini dedit ſpatium peccandi.

Non enim concupiſcit multitudinem filiorum, infidelium & inutilium.

## NIC. DE LY.

¶ a Ante homi. vi. gratiæ.

b Et mors. culpæ.

c Bonum. meritorium.

d Et malum. demeritorium.

e Quod pla. ei. i. in poteſtate eius eſt, ad bonum tendere, & à malo declinare. Et ſubditur cauſa.

f Quoniam multa ſapien. Ex magnitudine enim ſuæ ſapientiæ proceſſit, quod naturam angelicam & humanam bonam, ſed mutabilem fecit: vt qui permanere nollent, ruerent: & qui in conditione innocentiæ conſiſterent, tantò in ea iam dignius, quantò & ex arbitrio ſtarent firmius. & eò maioris meriti apud Deum fierent, quò mutabilitatis ſuæ motum voluntatis ſuæ ſtudio fixiſſent, ſecundum quod dicit Greg. de angelis. Mora. lib. 5.

g Et fortis in po. ad præmiandum ſtantes, & puniendum cadentes.

h Videns omnes. nudè & clarè, ſpeciali tamen modo iuſtos. nam videt ad bonum ipſorum, ideo ſequitur,

i Oculi dom. ideſt ſuæ miſericordiæ.

K Ad timen. eum. timore filiali.

l Nemini. Hic conſequenter oſtendit Deum non eſſe cauſam peccati. Et hoc oſtendit duplici via. Secunda ponitur cap. ſeq. ibi: In ſynagoga. Prima adhuc in duas, quia primò probat propoſitum. ſecundò infert quoddam correlarium in principio ſeq. cap. Circa primum facit talem rationem: Peccatum ſubditi imputatur domino, vel præcipiendo illud fieri, vel licentiando de fiendo. Neutrum competit Deo, ergo &c. Dicit igitur: Nemini mandauit impie agere. bene tamen præcipit fieri aliquid quod eſt iuſtum, quod tamen impiè agitur ſicut per Nabuchodonoſor captiuauit filios Iſrael in pœnam ſuæ idololatriæ, Nabuchodonoſor tamen hoc fecit impia voluntate, quæ quidem impietas non fuit à Deo, ſed à malitia Nabuchodonoſor.

Diuiſio.

B

m Et nemi. de. ſpa. i. licentiam.

n Pecc.

n Pecc. indi. ſed ſemper prohibuit. & ſubditur cauſa.

C

o Non enim con. &c. fi. ideſt imitantium patres in infidelitate reſpectu Dei.

p Et inuti. i. nociuorum reſpectu proximi. Minus enim dicendo plus ſignificat. Non obſtantibus autem prædictis poſſet argui, quod Deus ſit cauſa peccati: quia illud quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati: Deus autem eſt cauſa efficiẽs liberi arbitrij, quod eſt cauſa peccati, vt dictum eſt: ergo &c. Et confirmatur rõ, quia liberum arbitrium æqualiter ſe habet ad virtutẽ & vitiũ, vt videtur ex prædictis. actus autem ipſius virtuoſus reducitur in Deũ, ſicut in cauſam, ergo & vitioſus. Dicẽdum, quod Deus nullo modo eſt cauſa peccati, nec in ſe cum ſit prima regula iuſtitiæ, nec in altero. Aliquid enim eſt cauſa peccati alterius dupliciter. Vno modo directè inducendo ipſum ad peccatum. Alio modo indirectè, cum ipſum à peccato non retrahit, cum tamen poſſit. Primo modo, Deus non poteſt eſſe cauſa peccandi hominibus, quia peccatum conſiſtit in receſſu à Deo, cuius receſſus Deus non poteſt eſſe cauſa. nã omnis cauſa ſuos effectus ad ſeipſam conuertit. Similiter nec ſecundo modo, quia carentia præſeruationis alterius à peccato non imputatur, niſi ei qui ad hoc obligatur. Sicut periclitatio nauis per abſentiam gubernatoris, non imputatur niſi ei qui ad eius gubernationem aliquo modo tenetur. Deus autem nulli obligatur: & ideo ſi non præſeruat aliquem à peccato quem poſſet præſeruare, nullo modo eſt propter hoc cauſa peccati: quia totum hoc facit ſecundum ordinationem ſuæ ſapientiæ, & iuſtitiæ, per quas ex malis elicit bona. Ad primum dicendum, quod effectus cauſæ mediæ non reducitur in cauſam primam, niſi effectus procedat à cauſa media ſecundum ordinem ſecundum quem eſt à cauſa prima, ſicut factum ſerui non imputatur domino, niſi procedat ab eo ſecundum ordinem inſtitutum à domino. peccatum autem non egreditur à libero arbitrio ſecundum ordinem quo liberum arbitrium eſt à Deo: quod à Deo non eſt ordinatum, niſi ad bonum, quod autem procedit ad malum, hoc eſt ex defectibilitate propria. Et per hoc patet ad ſecundum, nam liberum arbitrium, prout eſt à Deo, non vniformiter ſe habet ad bonum actum & vitioſum. Sciendum tamen ad maiorem declarationem, quod peccatum ſeu actus vitioſus duo dicit, ſcilicet actualitatem, & vitioſitatem. Primum eſt à Deo: qui eſt actus purus & primus. Secundum autẽ à libero arbitrio, & non eſt à Deo, ſicut in claudicatione quicquid eſt ambulationis, eſt à virtute motiua: defectus autem claudicationis reducitur in curuitatem tibiæ ſicut in cauſam, & non in virtutem motiuam.

An Deus ſit cauſa peccati.

D

## GLOS. ORDINAR. CAP. XVI.

NE iucunder. Sequitur,

a *Ab vno ſenſato inh.* qui ſecundum ſuam regulam ſcripturæ fide, & opere permanet in ſemita iuſtitiæ.

b *Impij.* ſ. qui cogitatione, locutione, opere ſeipſos ſequeſtrant à ſocietate bonorum.

c *Multa.* Quantò quis ardentius legẽ Dei diſcit, tantò magis illuſtratur lumine ſcientiæ. vnde: Qui habet mãdata mea & ſeruat ea, ille eſt qui me diligit. Qui autẽ diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.

Ioan.14.c

d *Non exo.* Antiqui gigantes deſiderijs terrenis irretiti, & ſarcina peccatorum grauati, vel hæretici qui confidunt in virtute ſua & in diuitijs Dialecticæ, & Rhetoricæ gloriantur.

¶ a *Miſe-*

## CAP. XVI.

¶ Diſcipulis inobedientibus.

NE iucũderis filijs in impijs, ſi multiplicentur, nec oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt ti-

a ¶ Filialis vel ſeruilis, qui eſt initium ſapientiæ.

mór Dei in illis. Non credas vitæ

illorum, & ne reſpexeris in labo-

a ¶ Quia inutiles. ¶ Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & proijce abs te.

rẽs illorum. Melior eſt enim vnus timens Deũ, quam mille filij impij.

¶ Priuatum ſine magiſterio.

Et vtile eſt mori ſine filijs quã reli-

a ¶ Diſcipulos. b ¶ Diſcordiæ. c ¶ Catholico populo, qui in vnitate fidei conuerſatur.

quere impiós filiós. Ab vno ſenſato

a ¶ Eccleſia. ¶ Hæreticis oppugnantibus fidem ſanctæ trinitatis.

inhabitabitur pátria, & à tribus impijs deſeretur. Multa † talia vidit oculus meus, & fortiora † his audiuit auris mea. In ſynagoga peccantium

¶ Vltionis.

exardebit ignis, & in gente incredi-

a ¶ Diuinæ indignationis.

bili exardeſcet irã. Non exoraue-

runt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt confidentes

† alia † horum

## NICOL. DE LYRA. CAP. XVI.

¶ a NE iucunde. In fine præcedentis capituli dixit autor, quod Deus non concupiſcit multitudinem filiorum malorum. ideo concluditur ex hoc correlarium, ſci. quod parentes boni ſiue corporales ſiue ſpirituales, cum in hoc Deo debeant conformari, non debent de multitudine talium filiorum lætari. Et patet litera vſq; ibi.

b Non credas vitæ. i. credendo quod emendari debeant in ſenectute. nam hoc eſt valde rarò, Prou. 22. Adoleſcens iuxta viam ſuam graditur, & cum ſenuerit, non recedet ab ea.

c Et ne re. in labo. eo. i. quod debeant pro te laborare in ſenectute tua, ratione dicta.

d Melior eſt enim vnus. Hæc eſt comparatio abuſiua, quia quantò plures ſunt mali, tantò peius eſt, ideo ſequitur,

e Et vtile eſt. i. vtilius.

f Ab vno ſen. inha. pa. i. hæreditas à patre derelicta.

g Et à tri. im. de. quia quantò plures ſunt tales, tantò citius alienabitur per venditionẽ, vel forefacturam.

h Multalia vi. ocu. meus. q.d. Mihi credendũ eſt: nã in talibus & maioribus ſit expertus.

i In ſy. Hic conſequenter ponitur ſecunda via ad probandũ, quod Deus non ſit peccati cauſa, quæ procedit ex diuina iuſtitia. propter quod primò ponitur iuſtitiæ diuinæ rigor, ſecundò circa hoc remouetur error, ibi: No dicas. prima adhuc in duas. Nam primò declaratur rigor diuinæ iuſtitiæ. Secundò ſubditur tẽperamentum ſuæ miſericordiæ, ibi: Miſericordia enim. Circa primum ponitur talis ratio: Nullus ſapiens, & iuſtus punit id quod facit, Deus autẽ punit peccatores & puniet, vt patet ex decurſu veteris ac noui teſtamenti. igitur cum ſit ſapiẽs & iuſtus, non eſt cauſa peccati. Huius rationis ſupponit maiorẽ tanquã notam, & ponit minorem dicens: In ſy. pec. exardebit ignis. diuinæ punitionis. Et inducit ad hoc exemplum de diluuio di.

k Non exor. pro pec. ſuis antiqui gigan. qui erant tempore Noe, vt habetur, Gen. 6.

l Qui deſtructi ſunt. in diluuio.

m Confidentes ſuæ vir. quod non poſſent per diluuium ſic puniri, propter quod non credebant Noe prædicanti.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Miſericordia enim.* diuina cenſura æqualitatem ſeruat, nec vni nec pluribus parcit: nullum peccatum dimittitur impunitũ: aut homo enim aut Deus puniet. Qui intendit cuſtodire mandata Dei in tempore huius peregrinationis, & peccata purgare cum gemitu, & lachrymis, conſolationem habebit, vnde: Beati qui lugent, quoniam &c. Et alibi: Qui ſequitur iuſtitiam, & miſericordiã, inueniet vitam, & iuſtitiam, & gloriam.

*Matt. 5.a* *Prou. 23.c*

b *Non dicas. à Deo abſcon.* Reprehendit eos qui Deum credunt nõ curare mortalia. vnde Eliphaz: Quid enim nouit Deus? Et quaſi per caliginem iudicat. Nubes latibulũ eius, nec noſtra conſiderat. Hinc Paulus ait: Viuus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſq; ad diuiſionẽ animæ ac ſpiritus. Compagũ quoq; ac medullarum, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis.

*Iob 22.b* *Heb. 4.c*

c *Ecce cœ. & cœli cœlorum abyſ.* Q. Si maiora pro voluntate ſua diſpenſat, & comprehendit, minora eum latere nõ poſſunt, ad cuius nutum omnia pauent & contremiſcunt: & nõ eſt qui poſſit eius reſiſtere voluntati.

d *Sed opera iuſti.* Nemo enuntiare poteſt altitudinem iuſtitiæ eius, nec ſuſtinere iuſtitiæ diſtrictionem.

e *A quibuſdam.* idololatris, hæreticis, vel falſis catholicis. vnde: Nõ enim auditores legis iuſtificantur, ſed factores.

*Rom. 2.a*

a Et

---

a ¶Quia alieni ſunt a catholica fide.

ſuæ virtuti, & non pepercit peregrinationi illorum, ſed percuſſit eos, &

a ¶Quia ſcilicet ſuperbiunt in peccatis ſuis, & contemnunt iudicium Dei.

execratus eſt illos præ ſuperbia verbi illorum. Non miſertus eſt illis, gentem totam perdens, & extollentem ſe in ſuis peccatis. Et ſicut ſexcen

a ¶Qui exierunt de Ægypto & pro duritia cordis ſui proſtrati ſunt in deſerto.

ta milia peditum, qui cõgregati ſunt in duritia cordis ſui, & ſi vnus fuiſſet

a ¶Superbus.

ceruicatus, mirum ſi fuiſſet immu-

a ¶Super timentes eum. b ¶Super contemptores.

nis. Miſericordia enim & ira cum il-

a ¶Apud eum multum valet deuota oratio. b ¶Super impœnitentes.

lo: potens eſt exoratio, & effundens

a ¶Vniuerſæ viæ domini miſericordia, & veritas.

iram ſecundum miſericordiam ſuã, ſic correctio illius hominem ſecun-

a ¶Reddet vnicuique ſecundum opera ſua. b ¶Vindictam.

dum opera ſua iudicat. Non effugiet in rapinam peccator, & non re-

a ¶Quia patientia pauperum non peribit in finem. ſed digne remunerabitur. vnde: Beati miſericordes: quoniam &c.

tardabit ſufferentia miſericordiam facientis. Omnis miſericordia fa-

a ¶Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam æternam.

ciet locum vnicuiq; ſecundum meritum operum ſuorũ: & ſecundum intellectum peregrinationis ipſius. Non dicas: A Deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memorabitur? In populo magno non agnoſcar. Quæ eſt enim anima mea in tam immen-

a ¶Cœleſtis militia angelicas virtutes intelligit, de quibus dicitur: Laudate eum cœli cœlorum.

ſa creatura? Ecce cœlum & cœli cœ-

a ¶Infernus. b ¶Creatura terrena.

lorum, abyſſus & vniuerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius

a ¶Terrore. b ¶Maiores principes.

commouebuntur: montes ſimul &

a ¶Minores. b ¶Conſilia hominum.

colles & fundamenta terræ, & cum

¶Qui creauit.

conſpexerit illa Deus, tremore concutientur. Et in omnibus his inſen-

a ¶Sape borum.

ſatum eſt cor, & omne cor intelligi-

a ¶Cui nihil occultum. b ¶Profunditatem conſilij.

tur ab illo, & vias illius quis intelli-

a ¶Potentiam iudicij.

git: Et procellam, quam nec oculus

a ¶Quia incomprehenſibilia ſunt iudicia eius.

videbit hominis? Nam plurima opera illius ſunt in abſconſis: ſed opera iuſtitiæ eius quis enũtiabit? aut quis ſuſtinebit? Longè enim eſt teſtamentum à quibuſdam, & interroga-

a ¶Vt in fine quando omnes reddent rationem pro animabus ſuis.

tio hominũ in conſummatione eſt.

a ¶Recedens a veritatis tramite. b ¶Falſa pro veris componit dogmata.

Qui minoratur corde, cogitat inania, &

---

u Faciet locum vni. *quibus correſpondet præmium.*

x Et ſecundum intellectum peregrinationis ip. *i. ſecundum intentionem quam habet in præſenti vita, quæ dicitur peregrinatio hominis.*

y Non di. *Hic circa diuinam iuſtitiam remouetur error qui primò diſſuadendo proponitur. Secundò, propoſitis deſtruitur, ibi: Ecce cœlum. Tertiò, ad contrariam veritatem diſcipulus inducitur, ibi: Audi me fili. Circa primum ſciendum, quod aliqui errantes dixerunt diuinam prouidentiam ad hæc inferiora non extendi, nec per conſequens eius iuſtitiam, ex quorum perſona dicitur Iob 22.b. Circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat. Alij verò dixerunt quod licèt eius prouidentia ſe extendat ad hæc inferiora, hoc tamen eſt in generali tantum, quia ſecundum eos non habet notitiam ſingularium, ne vileſcat eius intellectus. Et ſecundum primum errorem, ſimiliter & ſecundum tolleretur punitio peccatorum, quæ reſpicit facta particularia. Diſſuadendo igitur primum errorem dicitur: Non d. à Deo a. quia non habet mei notitiam. Et ſubditur ratio ſecundum errorem eorum.*

z Et ex ſum. *i. de cœlo.*

a Quis mei memo. *quaſi dicat, Deus habet notitiam tantum de ſuperioribus. diſſuadendo ſecundum dicitur,*

b In po. *reſumatur. Non dicas in popu. ma. non ag. q. d. Deus non habet notitiam ſingularium.*

c Quæ eſt e. a. mea. in tan. *q. d. nihil. propter quod videretur intellectus Dei vileſcere, ſi cognoſceret eam in ſingulari.*

d Ecce cœlum. *Hic remouetur error prædictus per hoc quod Dei effectus attingit à ſummo cœlo vſq; ad centrum terræ, quantum ad omnia quæ in eis ſunt particulariter. ipſe verò non agit à caſu, ſed ſciens, & cognoſcens, ergo &c. Et hoc eſt quod dicitur: Ecce cœlum. aereum.*

e Cœli cœ. *id eſt cœlum ſydereum, cryſtallinum, & empyreum.*

f Abyſſus. *i. oceanus.*

g Et vniuerſa. *commouebuntur. Nam eius actio pertingit ad omnia.*

h Et cum conſpexerit illa. *ex ſua ordinatione volens aliquid agere.*

i Tremore con. *id obedient ei ad nutũ: vnde frequenter viſum eſt aliqua fieri in ipſis contra naturæ ſolitum curſum, vt in deſcenſu ignis in Sodomorum punitione, Gen. 19. Et in eleuatione aquæ grandis quindecim cubitis ſuper cacumina, montium in diluuij inundatione, Gen. 7.*

K Et in om. his incen. eſt cor. *ſ. hominis negantis diuinam ſcientiam, & iuſtitiam extendi ad peccatorum punitionem.*

l Et omne cor. *iuſtum & iniuſtum.*

m Intelligi. ab il. *perfectè.*

n Et vi. *ſcilicet Dei.*

o Quis in. *q. d. nullus niſi valde imperfectè.*

p Et pro. quã nec. *quia frequenter fit tempeſtas in locis ab omni habitatione hominũ remotis, & ſic non poteſt videri ab eis.*

q Nam plu. ope. il. *i. celata hominibus.*

r Sed o. iuſti. eius quis an. *q. d. nullus. quia iudicia Dei ſunt abyſſus multa.*

s Aut q. ſu. *q. d. pauci: quia iuſti qui poſſunt ſuſtinere, ſunt in numero minori, ideo ſubdit:*

t Longe enim eſt te. *vetus & nouum.*

u A quibuſ. *i. ab omnibus infidelibus, & à pluribus credẽtibus eſt longè quantum ad operationem, licèt non quantum ad cognitionẽ.*

x Et in. h. in c. eſt. *i. reſeruatur in finali iudicio, vbi de omni verbo otioſo reddent homines rationem, vt dicitur Matt. 12.c. Et multò fortius de omni facto.*

## NIC. DE LY.

a Et non peper. peregrinationi illo. *id eſt eorum vitæ, quæ eſt quædam peregrinatio ſuper terram.*

b Sed percuſſit. *in diluuio ſubmergendo.*

c Gentem totam per. *quia ſolus Noe remanſit cum filijs ſuis & vxoribus eorum, Gen. 7. Conſequẽter ponit aliud exemplum de filijs Iſrael in deſerto, qui propter rebellionem ſuam mortui ſunt in deſerto, vt habetur Num. 14. dicens.*

d Et ſicut ſexcenta mi. pe. *Exo. 12.*

e Qui congregati ſunt. *volentes in Ægyptum reuerti. Num. 14. Sed quia poſſet aliquis dicere: propter hoc puniti fuerunt, quia erant in tanta multitudine, ideo ſubditur,*

f Et ſi vnus fuiſ. ceru. *i. ſi vnus ſolus fuiſſet Deo rebellis.*

g Mirum ſi fuiſ. à pe. *nam & Cain qui fuerat ſolus peccator, fuit à Deo punitus.*

h Miſericor. *Hic conſequẽter ponitur temperamentum diuinæ miſericordiæ, cum dicitur: Miſericordia e. parcens.*

i Et ira. *puniens.*

K Eſt cum illo. *ſ. in Deo, in quo miſericordia, & iuſtitia ſemper concomitantur.*

l Potens exoratio. *id eſt deprecatio iuſtorum potens eſt apud Deum, quia relaxat, vel ſaltem temperat pœnam comminatam, ideo ſubditur,*

m Et effun. *i. faciens inferre pœnam.*

n Secun. miſe. ſuam. *i. cum temperamento diuinæ miſericordiæ.*

o Sic & correctio. *i. punitio cuiuſcunq; hominis, nam illius hominis ponitur hic pro indiuiduo vago.*

p Secundum opera ſ. iudicat. *id eſt punit.*

q Non effugiet. *punitionem Dei.*

r In rapina peccator. *id eſt homo crudelis exercens peccatum rapinæ.*

s Et non retardabit ſufferentia miſeri. *patientiam miſericordis viri aduerſa patientis, quin à Deo remuneretur tempore opportuno.*

t Omnis mi. *tam maior, quam minor.*

y Qui mi. *Ille corde minoratur, qui finem in bonis temporalibus conſtituit, quæ ſunt homine minora.*

z Cogi. *nam cogitationes ſuæ deficiunt à debito fine, & ſic ſunt inanes, ſicut medicina dicitur inanis quæ deficit à ſanitate introducenda.*

u Facies

a Vir



a *Et dicam in æqui.* Qui intento corde deſiderat notitiam veritatis habere, intellectum ſobrium cum effectu virtutũ cupit in lege Dei percipere: & ad gratiam Dei poteſt pertingere, vt ſciat operum Dei rationẽ, quę ab initio ordinauit, & in ſtatu rectitudinis permanere decreuit. Sed quia pars creaturæ diabolo conſentiens cecidit, autoris potentia ſurrexit. Quia enim mirabiliter per verbum ſuũ hominem condidit, per ipſum mirabilius reparauit, & de cætero ſanctè, & iuſtè viuere docuit, vt † quod origo non cuſtodierat, reparatio conſeruaret. hoc aliquo modo ſecundum hiſtoriam explicat, ſed ſtatum ſanctę eccleſiæ apertè manifeſtat.

b *Diſtin. par.* Singularum gẽtium originem per diuerſas partes mundi diſcreuit, vt quæq; gens parentis ſui vocabulo denominata, proprias ſedes poſſideret. Myſticè aũt diuina ſapientia eccleſiam inſtituens, per totius orbis partes dilatauit, & in ſingulis gentibus collocauit, vt in diuerſis locis diuerſa nomina vendicaret ſibi. vnde Iohannes in Apocalypſi. Angelo Smyrnæ eccleſiæ ſcribe, & Pergami, & Thyatiræ & cæteris.

c *Non ſis incre.* Dixit ſuperius quomodo ab initio Deus in ſcientia, & iudicio ordinauit opera ſua, nunc interpoſita ſentẽtia auditorem hortatur, ne incredibilis verbo illius à ſtatu rectitudinis flectatur, & ad narrationẽ redit, oſtendens quomodo clemẽtia Dei genus humanum reparauit ſic. Poſt hæc Deus in ter. reſpe. &c.

d *Denuntiauit.* cogitationis arcana. vnde: Intellexiſti cogitationes meas de longe. Et, Dominus nouit cogitationes hominum.

*Pſal. 138.a* *Pſal. 93.b*

---

a ¶Quod ſcilicet impune poſſit peccare.

uir imprudens, & errãs cogitat ſtul

¶Fidei veritatem.

ta. Audi me fili, & diſce diſciplinã ſenſus, & in verbis meis attende in corde tuo, & dicã in æquitate diſciplinã, & ſcrutabor enarrare ſapientiã: & in verbis meis attẽde in corde tuo, & dico in æquitate ſpiritus, virtutes quas poſuit Deus in opera ſua

a ¶Mirabiliter.

ab initio: & in veritate enũtio ſcientiã eius: in iudicio Dei opera ipſius ab initio, & ab inſtitutiõne hominũ ipſorũ diſtinxit partes illorum, & ini-

a ¶Præparauit enim Deus opera eccleſiæ ſuæ, & charitatis ſplendore illuſtrauit, ideo nullam virtutum patiuntur penuriam, ſed bonis operibus ſemper inſtant.

tia ipſorũ in gentibus ſuis. † Ornauit in æternum opera illorum, nec eſurierũt nec laborauerunt, & non

a ¶Charitas non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorum. Vbi eſt charitas, non eſt anguſtia. vnde: cor noſtrum dilatatum eſt, non anguſtiaram in nobis.

deſtiterunt ab operibus ſuis. Vnuſquiſq; proximũ ſibi non † anguſtiabit vſq; in æternum. Nõ ſis incredi-

a ¶Humanæ naturę quam miſericorditer voluit reſtaurare.

bilis verbo illius. Poſt hæc Deus in

a ¶Fide & opere & alijs virtutibus. vnde: Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem.

terrã reſpexit, & impleuit illam bonis ſuis. Anima aũt oĩs vitalis denuntiauit ante faciem ipſius, & ipſa

a ¶Quia ſapientia Dei continet omnia, & ad ipſam refertur omnis creatura a qua eſt condita.

iterum reuerſio illorum.

---

tutes per quas aſſequuntur ſuos fines, vt igni leuitatem, terræ grauitatem, per quas feruntur naturaliter ad ſua loca, & ſic de alijs.

m Et in iudicio Dei. *recto, licèt nobis occulto.*

n Opera ipſius ab initio. *Nam omnia diſpoſuit in põdere, numero, & menſura, Sapien. 11.d.*

o Et ab inſtitutione ho. ipſorum diſtin. partes illorum. *ſicut patet Gene. 1.a. quia primo die diuiſit lucem à tenebris. Secundo verò die, aquas quæ ſunt ſuper firmamentũ. ſ. cœlum cryſtallinum, ab aquis quæ ſunt ſub firmamento. ſ. à materia quatuor elementorum, per cœlum ſydereum intermedium. Tertio die diſtinxit elementa ab inuicem per congregationem aquarum in locum vnum, & ſic apparuit arida & aeris elementum, ſicut fuit plenius ibi dictum.*

p Et initia ipſorum in gen. ſuis. *ſupple diſtinxit. nam initiales poſſeſſiones partium terræ per tres filios Noe, diſtinctè ſeminauit. Sic exponunt aliqui: ſed quia poſtea ſubditur: Poſt hæc Deus in terrã reſpexit &c. videtur mihi, quod iſtud ſit intelligendum de angelis, per quos adminiſtratur tota corporalis creatura. ſicut dicit Aug. ſuper Gen. & ſecundum philoſophos, intelligentiæ mouent orbes. Iſt igitur ſenſus. Et initia ipſorum in gentibus ſuis. quia corpora ſuperiora & inferiora aſſignauit Deus diſtinctis angelis per eos regenda. Nec obſtat quod dicitur: Gentibus ſuis. nam angeli dicuntur in ſcriptura filij Dei. Iob. 1.b. Quadam autem die cum veniſſent filij Dei, vt aſſiſterent coram domino &c. Dicuntur autem eius milites Iob 25.a. Nunquid eſt numerus militũ eius? & Luc. 2.b. Facta eſt cum angelo multitudo cœleſtis militiæ &c. Milites autem & ſubditi alicuius ſunt propriè gentes eius.*

q Ornauit in æter. opera eo. *nam cœlos ornauit ſtellis, & luminaribus. aerem auibus, aquam piſcibus, & terram animalibus. Et dicuntur cœli & elementa, angelorum opera: non quia ſint eorum factores, ſed adminiſtratores, eo modo loquendi quo vinea dicitur opus vinitoris, & domus gubernanda, opus diſpenſatoris. Et ponitur hic æternum propriè quantum ad cœlos, quorum ornamenta permanebunt. quantum autem ad generabilia, & corruptibilia, quæ ceſſabunt in fine mundi, accipitur pro tempore longo. ſicut dicuntur montes æterni. Pſal. 75.a. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.*

r Nec eſu. *nam angeli non ſunt cibo corporali indigentes.*

s Nec laborauerunt. *quia ſine fatigatione adminiſtrant corporalem creaturam, & etiam continuè, ideo ſubditur,*

t Et non de. *ſine moleſtia ſine diſcordia conturbati. Et ſubditur,*

u Vnuſquiſq; proximum ſibi. *vnde dicitur Iob 25.a. Qui facit concordiam in ſublimibus ſuis.*

x Poſt hæc Deus. *impleuit illam bonis ſuis, multiplicando homines in ea, & ex ea fructus producendo ad ſuſtentationem hominum, & animalium, ideo ſubditur,*

y Anima au. o. ui. *tam rationabilis quam ſenſibilis.*

z Denuntiauit an. fa. ip. *i. facto oſtendit, quod propter eam erant illa bona à Deo producta, quia vita eſt ipſis.*

a Et ipſa iterum reuerſio il. *nam per animam rationalem iſta reducuntur in Deum ipſum de bonis ſuis laudando, & per animam ſenſitiuam ſuo modo, quia eſt materia diuinæ laudis.*

## NIC. DE LYRA.

a Vir impru. *i. in agibilibus deficiẽs quorum agibilium prudentia eſt, quæ eſt recta ratio rerum agibilium.*

b Et errans. *in ſpeculabilibus.*

c Cogitat ſtulta. *à ſapientia vera oberrãs quantum ad diuinorum cognitionem.*

d Audi me. *Hic conſequenter diſcipulus inducitur ad contrariam veritatem, quæ ex hoc apparet maximè, quod Deus eſt creator omnium, & ſic omnia perfectè cognoſcit vſq; ad minima quæq; agit præcognoſcẽs: Sic ergo proceditur, quia primò ponitur excitatio diſcipuli. Secundò, doctrina magiſtri, ibi: Et dico in æquitate. Circa primum dicitur: Audi me fili. aure corporis, & aure mentis.*

e Et diſce di. ſen. *& non verba ad mulcendum aures compoſita.*

f Et dicam in æqui. *abſq; perſonarum acceptione.*

g Diſciplinam. *circa mores.*

h Et ſcru. enarrare ſa. *quantum ad diuinorum cognitionem.*

i Et in ver. *Pluries repetit excitationẽ diſcipuli ad maiorẽ expreſſionẽ.*

K Et dico. *Hic conſequenter ponitur doctrina magiſtri, & primo de productione creaturarum in generali. Secundò de productione hominis in ſpeciali, in principio ſequentis cap. Circa primum dicitur: Et dico in æquitate ſpiritus. id eſt abſq; depreſſione aliqua veritatis.*

l Virtutes quas po. Deus in ope. ſua. *nã omnibus creaturis dedit virtutes*

## GLO. ORD. CAP. XVII.

a Deus creauit de ter. ho. & fecit imaginem. *vt ſic viuat, ſapiat. & memoriam habeat, & intellectum & voluntatem, vnde: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. i. ex toto intellectu, voluntate, & memoria Sicut aũt ex patre filius, ex vtroq; ſpiritus. ita ex intellectu voluntas, & ex vtroque memoria: nec ſine his tribus poteſt eſſe anima perfecta, nec vnum, quantum ad beatitudinem pertinet, ſine alijs integrũ cõſtat. Et ſicut Deus pater, Deus filius, Deus ſpirituſſanctus: & tamen non tres dij, ſed vnus Deus, tres habens perſonas: ita & anima intellectus, anima volũtas, anima memoria: non tñ tres animæ, ſed vna aĩa tres hñs poteſtates, vel dignitates: in quibus imaginẽ Dei mirabiliter gerit, quibus quaſi excellẽtioribus iubemur diligere cõditorẽ, vt quantum intelligat, & diligat ſp*

in me-

## CAP. XVII.

a ¶Poſtquam de anima dixit, de corpore addit.

Deus creauit de terra homi-

¶Quia excelſa inter creaturas.

nem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illum. Et iterum

## NIC. DE LY. CAP. XVII.

Deus crea. *Hic conſequenter agitur de formatione hominis ſpecialiter. Et primò quantum ad perfectionem naturæ. ſecundò quantum ad perfectionem legis ſuperadditæ, ibi: Addidit illis. Circa primum dicitur,*

a Deus crea. *id eſt formauit, nam creatio propriè dicta eſt de nihilo.*

b De terra ho. *quantum ad corpus. Gen. 2.a.*

c Et ſe. ima. ſu. fe. il. *quantũ ad animã intellectiuã, per quã homo capax eſt ipſius Dei per cognitionem, & amorem.*

d Et iterum con. il. in ip. ſ. imaginem, *dando ei cognitionem Dei actualem. na imago perfectius attenditur ſecundũ actũ quã ſecundũ poten-*



a Et

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E in memoria habeatur. Nec Deo ſufficit intellectus, niſi voluntas ſit in amore eius. Nec iſta duo niſi addatur memoria qua ſemper in mente intelligentis, & diligentis maneat Deus: quia ſicut nullum momentum eſt, quo non vtatur homo, vel fruatur Dei bonitate, ita ſemper in memoria debet præſens eſſe. Ad ſimilitudinē quoque Dei factus eſt homo, vt ſicut Deus charitas eſt, bonus, iuſtus, mitis, miſericors: ita homo charitatem habeat, & ſit bonus & iuſtus, &c.

a *Et ſecundum ſe veſtiuit illum virtute*. vnde: Induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & veritatis ſanctitate. *Eph.4.f*

b *Et dedit illi poteſtatem*. quia in hoc quoque factus eſt homo ad imaginem Dei quo irrationabilibus ratione antecellit, & ea regit & dominaȓ in eis, & omnium creatorem agnoſcit. Sed quia honorem ſuum non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus. *Pſal.48.c*

c *Creauit ex ipſo*. Sicut de latere Adæ dormientis formata eſt Eua, ſic de latere Chriſti in cruce morientis exiuit ſanguis & aqua, de quibus formatur eccleſia. *† Gen.2.c* *Gen.1.* *Iohan.19.*

d *Et legem vitæ*. naturalem, quam dedit omni homini, vt ſubijceretur ſuo creatori, & bonorum operum in ſe honorificentiam cuſtodiret. Vel, legem literæ. quam ad correctionem morum, & reparationem naturalis legis ſcribi voluit. hoc enim naturalis lex & literalis inſinuat: vt Deum toto corde, tota anima, tota virtute diligamus: & mandata eius in Dei, & proximi dilectione cuſtodiamus.

e *Coram ipſo*. vnde: Nouit dominus viā iuſtorum, & iter impiorum peribit. *Pſal.1.b*

f *Rectorem*. angelos, quibus commiſit Deus cuſtodiam ſingularum gentium. vnde: Statuit terminos gentium iuxta numerū angelorum Dei. Vel, doctores quos ad prædicandum miſit. *Deut.32.a. ſecund. translationem.*

F

a Con-

a ¶Terram. vnde: Terra es & in terram ibis.
a conuertit illum in ipſam, & ſe- a
a ¶Quia creauit illum ſenſu, & ratione pollente.
cundum ſe veſtiuit illum virtu- b
a ¶Quia per inobedientiam longæuæ vitæ gloriam perdidit.
te. Numerum dierum & tem- c
b pus dedit illi, & dedit illi pote- d
ſtatem eorum quæ ſunt ſuper
terram. Poſuit timorem illius
ſuper omnem carnem, & domi-
natus eſt beſtiarum, & volati-
¶De coſta Adæ. ¶Euam.
c lium. † Creauit ex ipſo adiuto- e f
rium ſimile ſibi: conſiliū, & lin g
guam, & oculos, & aures, & cor h i
dedit illis excogitandi: & diſci- k l
plina intellectus repleuit illos.
Creauit & illis ſcientiam ſpiri- m
tus: & ſenſu impleuit cor illo- n
a ¶Vim ſcilicet diſcernendi bonum & malum tribuit eis.
rum, & mala & bona oſtendit o
a ¶Rationem intelligendi vnde poſſunt magnalia opera Dei cognoſcere, & nomē eius, & opera laudare & glorificare.
illis. Poſuit oculum ipſorum ſu- p
per corda illorum: oſtendere il- q
lis magnalia operum ſuorum: r
vt nomen ſanctificationis col- s
laudent, & gloriari in mirabi- t
libus illius: vt magnalia enar- u
rent operum eius. Addidit il- x
d lis diſciplinam, & legem vitæ y
hæreditauit illos. Teſtamen- z a
tum æternum conſtituit cum
illis, & iuſtitiam & iudicia ſua b
oſtendit illis. Et magnalia ho- c
noris eius vidit oculus eorum, d
& honorem vocis audierunt e
aures illorū. & dixit illis: Atten f
dite ab omni iniquo. Et man- g
dauit illis vnicuique de proxi-
a ¶Voluntates & actiones. b ¶Quia omnia nuda & aperta ſunt oculis eius.
e mo ſuo. Viæ illorum coram h
c ¶Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.
ipſo ſunt ſemper, non ſunt ab-
ſconſæ ab oculis ipſius. In i
vnamquamque gentem præ-
f poſuit rectorem, & pars Dei Iſ- k
rael facta eſt manifeſta. Et om l
a ¶Doctrina, & operatio.
nia opera illorum velut ſol in m
¶Oculi domini ſuper iuſtos &c.
conſpectu Dei, & oculi eius n
ſine intermiſſione inſpicientes
a ¶Verbum Dei non eſt alligatum.
in vijs eorum. Non ſunt abſcon o
ſa teſtamenta per iniquitatem
a ¶Qui reſiſtunt verbo Dei. ¶Voluntates & actiones.
eorum, & omnes iniquitates p
a ¶Vultus autem domini ſuper facientes mala.
b ¶Miſericordiæ opera mercedem habent conſignatum in cælis. vnde: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.
eorum in conſpectu Dei. † Elee- q

## NIC. DE LY.

a Et ſecun.ſ. *idest ſecundum decentiam humanæ naturæ.*

b Veſtiuit illum. *ad quam humana natura habet aptitudinem. Sicut enim Deus formauit hominem perfectum quantum ad corpus, vt in quantitate debita & huiuſmodi, ſic quantum ad animam ſcientijs, & virtutibus perficiendo illam: vnde & Adam ſtatim impoſuit nomina animalibus ſecundum naturæ ſuæ proprietatem, Gen.2. quod non feciſſet niſi habuiſſet eorum cognitionem.*

c Numerum dierum & tempus. *quo viueret in paradiſo terreſtri, & inde transferretur ad gloriam ſuam ſine morte, ſi ſtetiſſet in ſtatu innocentiæ.*

d Dedit illi poteſtatem eorum quæ ſunt ſuper terram po. *Gen. 1.*

e Creauit ex ipſo. *de coſta eius mulierem formando, quæ mulier eſt in adiutorium viri in procreatione prolis & eius nutritione, & etiam in cohabitare. nam aliqua opera ſtatim apparent per viros fienda, & aliqua per mulieres.*

f Conſilium. *idest potentiam deliberandi.*

g Et lin. *ad conceptum mentis ſignificandum alteri.*

h Et oculos. *idest potentiam videndi, & audiendi. Hos autem ſenſus præ cæteris exprimit, quia maximè deſeruiunt doctrinæ, vt habetur 1. Metaphy.*

i Et cor. *idest intellectum.*

K Dedit illis ex. *ea quæ ſunt neceſſaria, & expedientia ſibi.*

l Et diſciplina intellectus repleuit illos. *ſcilicet virum & mulierem, dando eis notitiam omnium quæ competit eis ſcire per naturam. Et ad idem facit quod ſubditur,*

m Creauit

m Creauit illis ſcientiam ſpiritus. *ſcilicet intellectus, qui tamen propriè refertur ad notitiam principiorum: ſcientia verò ad notitiam concluſionum.*

G

n Senſu. *quantum ad certitudinem vtriuſq; notitiæ, vnde & clarè cognoſcens aliquid, dicitur illud bene ſentire.*

o Et mala, et bona oſtendit illis. *bona ad proſequendum, mala ad vitandum.*

p Poſuit oculum ipſorum ſuper corda illorum. *nam dedit intellectui virtutem ſuper ſe reflectendi.*

q Oſtendere illis. *idest ad oſtendendum illis.*

r Magnalia operum ſuorum. *Per hoc enim quod anima intellectiua eſt ſuper ſe reflexiua, maximè proficit in ſcientia.*

s Vt nomen ſanctificationis. *idest nomen domini, in quo benedicuntur, & ſanctificantur omnia.*

t Collaudent. *Ex notitia nanq; operum Dei debet homo aſſurgere in laudem conditoris, & alios ad hoc inducere, ideo ſubditur,*

u Vt magnalia enarrent operum eius.

x Addidit illis diſciplinam. *Hic conſequēter agitur de perfectione hominis, quantum ad additionem legis, dicens: Addidit illis diſciplinam. idest legem diuinitus datam.*

y Et legem vitæ. *i. ad vitam ducentem, Mat. 19.c. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. tamen hic ingreſſus retardabatur tempore legis Moſaicæ, quouſque per Chriſtum amoueretur impedimentum naturæ.*

z Hæreditauit illos. *ſcilicet filios Iſrael ſpecialiter, & omnes generaliter: quia nulli denegabatur illa lex, quantum ad ea quæ pertinent ad ſalutem, & multi Gentiles receperunt illam.*

a Teſtamentum æternum conſtituit illis. *quantum ad præcepta moralia: quæ manent in lege noua.*

b Et iuſtitiam, & iudicia ſua oſtendit illis. *quantum ad præcepta iudicialia.*

c Et magnalia honoris eius vidit oculus eorum. *in ceremonijs, & cultu Dei.*

d Et honoris vocis. *ſcilicet diuinæ.*

H

e Audierunt aures illorum. *in datione decem præceptorum, Exo.20.*

f Et dixit illis. Attendite ab omni iniquo. *ſcilicet in præceptis negatiuis, dicens: Non habebis Deos alienos.*

g Et mandauit illis vnicuique de proximo ſuo. *vt viuat iuſtè cum illo: & hoc in præceptis ſecundæ tabulæ, quæ ordinant hominem ad proximum.*

h Viæ illorum coram ipſo ſunt ſemper, nō ſunt ab. ab oculis ip. *quia nihil latet eum.*

i In vnamquanq; gentem præpoſuit rect. *idest angelum regentem. vnde ſupremus ordo inferioris hierarchiæ dicitur ordo principatuum, idest angelorum, qui præſunt diuerſis regnis, gentibus, & prouincijs. Poteſt etiam hoc intelligi de regibus, & principibus terrenis, quorum poteſtas eſt à Deo.*

K Et pars Dei Iſrael eſt manifeſte. *nam regimen illius populi attribuebatur à principio ipſi Deo modo ſpeciali: propter quod cum petiuiſſet regem, dixit dominus Samueli. 1. Regum 8.b. Non te abiecerunt, ſed me, ne regnē ſuper eos.*

l Et omnia opera il. *ſcilicet Hebræorum.*

m Velut in conſpectu Dei. *nam in illo populo vigebat cultus Dei cæteris ad idololatriam declinantibus.*

n Et oculi eius ſine intermiſſione inſpi. in vijs eorum. *nam populo Iſrael dedit prophetas & alia beneficia multa, pſal. 147. b. Non fecit taliter omni na. &c.*

o Non ſunt abſconſa teſta. per iniqui. eor. *licèt enim in populo Iſrael fuerint plures reges idololatræ conantes legem deſtruere, tamen in bonis fuit lex & latria reſeruata.*

p Et omnes iniqui. eorum in conſpe. Dei. *ad puniendum eas, quia decem tribus captiuauit per reges Aſſyriorum, & reſiduas per regem Babylonis, vt patet 3. Reg.*

q Eleemoſyna viri. *Superius actum eſt de cauſa peccati ſiue principio, hic conſequenter agitur de eius remedio, quod potiſſimè* *† Iohan.*

¶ eſt eleemo-



A a *Conuertere*. Oſtenſa conditione hominis, quomodo ſcilicet ad imaginem Dei creatus ſit, & cæteris prælatus creaturis, hortatur vt poſt lapſum peccati reuertatur ad factorem ſuum, relinquens errorem quo ſemetipſum decepit, & deprecetur Deum pro offenſionibus ſuis, & tota mente refugiat ad diuinam miſericordiā, ſpernens idololatriam & diabolicæ ſeruitutis fallaciam. Diſcat & mandatorum Dei regulam, vt in ſorte ſanctitatis qua electus eſt permaneat, & in laudibus altiſſimi perſeueret. *[illegible] ad conuerſionem exhortantiū*

b *Confite.vi.* In præſenti vita, poſtquam non eſt tempus operādi, ſed præmium recipiendi. Vnde: Currite dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant. *Iohan.12.e*

c *Quid lu.* Oſtendit mundi machinam tranſitoriam eſſe, nec lux corporalis perpetuò eadem manet. Quantò minus vana cogitatio humanæ fragilitatis.

K Et nimis. *idest valde.*

l Odito execrationem. *idest culpam execrabilem.*

m Et cognoſce. *non ſolum ſpeculatiuè, ſed etiam practicè.*

n Iuſtitias, & iudicia Dei. *contenta in ſcriptura veteris ac noui teſtamenti.*

C

¶Virtutum.
moſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, a
& gratiam hominis quaſi pupillam b
conſeruabit: & poſtea reſurget, & c
a ¶Quia in iudicio ad retribuendum præparabit ſe Deus.
retribuet illis retributionem, vnicui-
a ¶Idest iudicabit ſecreta internæ voluntatis.
que in caput ipſorum: & conuertet d
in inferiores partes terræ. † Pœniten- e
tibus autem dedit viam iuſtitiæ, & f g
¶Labores.
confirmauit deficientes ſuſtinere, & h
¶Præmia veracium.
a deſtinauit illis ſortem veritatis. Con-
uertere ad dominum & relinque pec
cata tua: precare ante faciem † domi-
ni, & minue offendicula. Reuertere i
ad dominum, & auertere ab iniuſti-
tia tua, & nimis odito execrationem, k l
& cognoſce iuſtitias & iudicia Dei: & m n
ſta in ſorte propoſitionis, & oratio- o p
a ¶Aeternæ qui eſtis: quæ alibi dicitur ſeculum æternum, vel ſeculum ſeculi, vel ſecula ſeculorum.
nis altiſſimi Dei. In partes vade ſeculi q
ſancti cum viuis & dantibus confeſ- r s
a ¶Cito conuertere ad dominum. Nemo eſt enim qui ſemper viuat.
ſionem Deo. Non demoreris in erro- t
a ¶Nec opus nec ratio, nec ſapientia erunt apud inferos.
re impiorum. Ante mortem confite- u
re. † A mortuo, quaſi nihil perit con- x y
a ¶In præſenti vita.
b feſſio. Confiteberis viuens: viuus & z
ſanus confiteberis & laudabis Deum,
& † gloriaberis in miſerationibus il-
lius. Quàm magna miſericordia † do a
a ¶Qui ſoli nouerunt dulcedinem miſericordiæ Dei. vnde: Bonus eſt dominus ſperantibus in eum.
mini, & propitiatio illius conuerten- b
tibus ad ſe. Nec enim omnia poſſunt c
a ¶Vnde: Diuidens ſingulis prout vult.
eſſe in † hominibus: quoniam non eſt d
immortalis filius hominis, & in † va- e
a ¶Senſus humani cordis ad malitiam pronus eſt ab adoleſcentia.
c nitate malitiæ placuerunt. Quid lu- f g h
cidius ſole? & hic deficiet. Aut quid i k
nequius, quàm quod excogitauit ca-
a ¶Perfectionem ſanctorum.
ro & ſanguis? & hoc arguetur. Virtu- l m
a ¶Cæleſtis creatura. b ¶[illegible] dinumerat.
tem altitudinis cæli ipſe conſpicit, & n o
a ¶Terreſtris creatura. [illegible] omnia eius ſunt. ¶Vita peccatorum. ¶Quia in [illegible] ad nihilū redigentur.
omnes homines terra & cinis.

## NIC. DE LY.

¶ *eſt eleemoſyna & pœnitentia propter quod primò agitur de eleemoſyna, ſecundò de pœnitentia, ibi: Pœnitentibus. Quòd autem eleemoſyna ſit remedium cōtra peccatum, patet Dan.4. vbi Daniel dixit Nabuchodonoſor: Peccata tua eleemoſynis redime. Ideo dicitur: Eleemoſyna viri quaſi. .i. pera. nam in pera ipſa viaticum homo reponit ad quod in neceſſitate recurrit, ſic eleemoſyna in morte homini ſubuenit. Auguſt. Sola miſericordia comes eſt defunctorum.* *Elemoſyna.*

a Et gratiam ho. *i. homini à Deo datam.*

b Quaſi pu. *in præſenti: nam recipientes eleemoſynam orant pro dantibus, vt in gratia conſeruentur.*

B

c Et poſtea re. *nam in reſurrectione generali dicet Saluator: Venite benedicti patris mei, percipite vobis paratum regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui.n. & dediſtis mihi manducare, &c.* *† De pœn. di.1.§.hoc idē.ver.itē à mortuo. & c.voluiſſet fine. Matt.25.e* *† glorificaberis*

d Et conuer. *nam eleemoſyna valet exiſtentibus in purgatorio, quod à ſanctis etiā doctoribus eſt idem cū inferno, qui eſt ſub terra. Dicit.n. Greg. quod ſicut in eodem igne aurum rutilat, & palea fumat, ſic idem eſt ignis qui cruciat reprobos, & purgat electos.*

e Pœniten. au. *Hic conſequenter agitur de pœnitentia, quæ eſt ſummum remedium contra peccatum. Et quia datur ex Dei miſericordia: propter hoc ex conſequenti agitur de ipſa, ibi: Quàm magna miſericordia. Circa primum ſciendum, quod eleemoſyna ad pœnitentiam diſponit: ideo quaſi cōtinuando præcedentibus dicitur: Pœnitentibus au. dedit. eleemoſynam.* *† omnibus* *Deus.*

f Viam iuſti. *ad eam diſponendo.*

g Et confir. de. ſu. *i. debiles ad ſuſtinendū laborem pœnitentiæ.*

h Et deſtinauit illis ſortem ve. *quæ conſiſtit in clara Dei viſione. Et quia verè pœnitentibus conferuntur iſta, ſubditur exhortando ad pœnitentiam: Conuertere ad domi. & patet.*

i Et minue offendicula. *Non ſolum cauendo à peccatis, ſed etiam ab occaſionibus peccatorum.*

K Et

o Et ſta in ſorte. *i. propoſito bono.*

p Et orationis altiſſimi Dei. *vt teneat in firmitate propoſiti.*

q In partes vade. *i. cum viris iuſtis, qui dicuntur ſeculum ſanctum.*

r Cum viuis. *vita gratiæ.*

s Et dantibus confeſſionem Deo. *ipſum deuotè laudando.*

t Non demoreris in errore. *i. cum eis, ne ab eis inficiaris. 1. Cor. 15.d. Corrumpunt bonos mores colloquia praua.* *† Act.3.d*

u Ante mortem confi. *Et ſubditur cauſa.*

x A mortuo quaſi nihil perit. *ſcilicet.*

y Confeſſio. *quia inutilis eſt ſibi, ſicut dicitur Sap. 5.b. in perſona exiſtentium in inferno: Quid nobis profuit ſuperbia, & diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? ideo ſubditur:*

z Confi. vi. *Tunc enim melius poteſt homo conſcientiam ſuam purgare, quia non impeditur infirmitatis grauitate.* *† Dei*

a Quam magna. *Hic conſequenter agitur de miſericordiæ Dei magnitudine. Et primò ſpecialiter erga pœnitentes, ſecundò generaliter erga omnes, ſequenti cap. Circa primum oſtenditur primò propoſitum. ſecundò declaratur quoddam dictum, ibi: Quid lucidius. Circa primum dicitur: Quā magna miſericordia domini. i. valde magna eſt.*

b Et propitiatio illius conuertentibus &c. *idest verè pœnitentibus: nam de filijs diaboli fiunt filij Dei, & cohæredes regni, eò quod condonantur eis ſimul omnia peccata: & cum hoc aliquando tota pœna debita, ſicut tenetur de Maria Magdalena: & ſemper virtute ſacramenti pœnitentiæ remittitur aliqua pars pœnæ, ideo ſubditur:*

D

c Nec enim omnia poſſunt eſſe in hominibus. *i. non ſemper poteſt homo de omnibus peccatis ſuis ſatisfacere.*

d Quoniam non eſt immortalis. *propter quod ex carne corruptibili fragilis eſt & pronus ad peccata.* *† Dei*

e Et in vanitate. *vitæ præſentis.*

f Malitiæ. *idest peccata.*

g Placuerunt. *ſcilicet homini, propter quod indiget magna miſericordia Dei.*

h Quid lucidius ſole? *Hic conſequenter declarat fragilitatem hominis, & hoc per mutabilitatem magis ſtabilium, dicens: Quid luci. ſo. Quaſi diceret: Nihil inter viſibilia.* *† vanitatē*

i Et hic deficiet. *non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum apparentiam, quando patitur eclypſim.*

K Aut quid nequius, quàm quod excogitauit caro & ſanguis. *idest homo. eſt.n. homo peccator peſſimum animalium, vt dicit Philoſoph. 1. Polit.*

l Et hoc argu. *à Deo: et acriter punietur.*

m Virtutem altitudinis cœli. *i. virtutem angelorum in cælo empyreo exiſtentium.*

n Ipſe. *ſcilicet Deus.*

o Conſpicit. *tanquam nullam reſpectu ſuæ virtutis, & multò fragilior eſt homo. ideo ſubditur: Et omnis homo terra & cinis &c.*

## GLO. ORD. CAP. XVIII.

Q*Vi viuit in æternum*. Rerum ſubſtantia ſimul creata eſt, ſed non ſimul per ſpecies formata eſt: & ſimul extitit per ſubſtantiam materiæ, non ſimul apparuit per ſpeciem formæ. Cumque factum cœlum terraque deſcribitur, ſimul ſpiritualia & corporalia, & quicquid de cœlo vel de terra producitur, indicatur. Nemo per ſeipſum idoneus eſt conſilium Dei, vel magnitudinem virtutis ſcire vel enarrare. vnde: Nemo nouit filium niſi pater, neque patrem

quis

## CAP. XVIII.

a QVi viuit in æternum, a
creauit omnia ſimul.

## NIC. DE LY. CAP. XVIII.

QVi viuit in æter. *Hic conſequenter agitur de magnitudine diuinæ miſericordiæ erga omnes. de qua primò tractatur, ſecundò de operibus per quæ impetratur & conſeruatur, ibi: Fili in bonis. Prima in duas, quia primò tractatur de magnitudine miſericordiæ Dei abſolutè. ſecundò cōparatiuè, ibi: Miſeratio hominis. Prima adhuc in duas, quia primò propoſitū oſtenditur ex parte Dei miſerantis. ſecundò ex parte hominis ea indigentis, ibi: Quid eſt homo. Circa primum dicitur:*

a Qui viuit in æternum &c. *Et ex hoc appa-*

¶ *ret iuſt-*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius
E reuelare.

a *Non eſt mi.* Nihil de ſcripturis ſanctis eſt minuendum, nihil addendum. vnde: *Apoc. 22. d* Si quis appoſuerit ad hæc, apponet ſuper illum Deus plagas ſcriptas in libro iſto, &c.

b *Centum an.* Paucitatem dierum noſtrorum comparat guttæ maris, & calculo arenæ: quia ad comparationem æternæ fęlicitatis nimia eſt breuitas, & miſeria *Iob. 14. a* maxima. vnde: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs.

c *Miſeratio ho.* Pauci ſunt qui miſereantur proximo, cum miſericordia Dei redundat per vniuerſum mundum, qui *Matt. 5. g* ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos.

d *Excipiens do.* Hortatur eos qui doctrinam euangelij accipiunt, vt miſericordiam proximis impendant, & feſtinent diem iudicij miſericordiæ operibus præ- *Matt. 5. a* uenire. vnde: Beati miſericordes, quoniã *† incipit* ipſi miſericordiam conſequentur.

e *Verbi. ma.* Lingua eucharis gratioſum *Prou. 17. d* hominem facit. vnde: Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt.

f *Nonne ardo. re. ros.* Segetes defendit ros ab ardore ſolis, & verbum bonum largientem à nequitia iraſcentis. vnde: Ser- *Prou. 15. a* mo durus ſuſcitat rixas, lenis mitigat ſuſcitatas.

a *Stultus*

¶ Vnde: Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis homo viuens. Et alibi: Nunquid iuſtificabitur homo comparatus Deo?

Deus ſolus iuſtificabitur, & a

¶ Omnia vincit, omnia ſuperat. Et alibi: Nemo bonus niſi ſolus Deus.

manet inuictus rex in æternum. Quis ſufficiet enarrare b opera illius? Quis enim inue c ſtigabit magnalia eius? Virtutem autem magnitudinis eius, quis enuntiabit? Aut d quis adijciet enarrare miſericordiam eius? Non eſt mi- e nuere neq; adijcere, nec eſt in f

a ¶ Ad plenum. b ¶ In ſcrutinis.

uenire magnalia Dei. Cum g

a ¶ Mandata Dei pia operatione.

conſummauerit homo, tunc h

¶ Intelligere myſteria. a ¶ A mundanis curis.

† incipiet: & cum quieuerit, i

a ¶ Opus Dei. Vnde: Operamini non cibum qui perit.

operabitur. Quid eſt homo, k

a ¶ Omnia mutabilia eſſe oſtendit.

& quæ eſt gratia illi⁹? & quid l eſt bonũ, aut quid nequam m illius? Numerus dierum ho- n

¶ Alias monumentum.

b minum, vt multum † centum

¶ Alias aqua.

anni: quaſi guttæ aquæ maris deputati ſunt. Et ſicut calculus arenæ, ſic exigui anni

a ¶ Fragilitatem ſcilicet humanam.

in die æui. Propter hoc patiẽs o p eſt Deus in illis, & effun- q det ſuper eos miſericordiam

a ¶ Vultus domini ſuper facientes mala.

ſuam. Vidit præſumptio- r nem cordis eorum, quoniã

¶ Mentis.

mala eſt: & cognouit ſubuer- s ſionem illorum, quoniã ne-

a ¶ Recordatus eſt quia caro ſunt, ſpiritus vadens & non rediens.

quam eſt: ideo adimpleuit t propitiationem ſuam in illis, & oſtendit illis viam æquita u c tis. Miſeratio hominis circa x proximum ſuum, miſericor y dia autẽ † Dei ſuper omnem carnem. Qui miſericordiam z habet † docet, & erudit quaſi a

a ¶ Bonus. b ¶ Eccleſiam.

paſtor gregem ſuum: † mi- b d ſereatur excipiens doctri- c nam miſerationis, & qui † fe- d

¶ Si quid boni feceris.

ſtinant in iudicijs eius. Fili e

a ¶ Ideſt non admiſceas amara verba.

in bonis non des querelam,

¶ Tuo. a ¶ Ex conuitio vendas, quod opere donas.

& in omni dato ne des tri- f e f ſtitiam verbi mali. Non- g ne ardorem refrigerabit ros? Sic & verbum melius quàm h datum. Nonne ecce ver- i bum ſuper datum bonum? k

tua ex te Iſrael, tantummodo ex me auxilium G tuum.

n Numerus &c. *q. d. Si viueret centum annis, hoc nihil eſt reſpectu æternitatis, pro qua hic accipitur æuum, cum dicitur:*

o In die æui. *i. in duratione æternitatis: & hoc etiam verum eſt, ſi accipiatur æuum propriè qd eſt menſura eſſe incorruptibilium. & ideo ſi tota vita ſua eſſet in bonis operibus occupata, tamen nihil eſſet, niſi ex Dei gratia. ideo ſubditur:*

p Propter hoc. *expectando eorum emendationem.*

q Et effun. ſuper eos mi. *dando largiter gratiam ſuam. hoc enim importat effuſionis verbum.*

r Vidit præ. cor. eo. *in turris Babel ædificatione.*

s Et cogno. *nam omnes ferè declinauerunt ad idololatriam.*

t Ideo adim. *eos ad idololatriam retrahendo.*

u Et oſtendit eis viam. *videlicet directionem legis, quam dedit, lege naturali iam obſcurata per peccandi conſuetudinem, quæ quidem lex inducit ad cultum & amorem vnius veri Dei, & conſeruandam æquitatem cum proximo. Licèt autem illa lex fuerit data populo Iſrael ſpecialiter, tamen data fuit omnibus inquantum admittebantur ad eam in his quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem.*

x Miſeratio. *Hic conſequenter agit de magnitudine miſericordię Dei comparatiuè, cum dicitur: Miſeratio hominis circa pro. q. d. parua eſt, quia ſe extendit ad hominem tantùm.*

y Miſe. autem Dei ſuper. *Pſal. 135. c. Qui dat eſcam omni carni. propter quod incomparabiliter maior eſt Dei miſericordia: & quia miſereri magis tenentur illi qui ſunt in ſtatu regendi, ſubditur:*

z Qui miſericordiam pa. *i. miſericordiæ ſtatu.*

a Docet & erudit. *i. habens docendi officium.*

b Miſereatur. *in effectu.*

c Excipiens do. *i. confirmans doctrinam ſuam per exercitium operis. nam in moralibus magis* H *mouent facta quam verba.*

d Et qui fe. in iudi. eius. *ſ. miſericordiæ deſiderans audire illam ſententiam in finali iudicio. Venite benedicti patris mei. Sequitur: Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare &c. Matt. 25. c.*

e Fili in bo. *Poſtquam actũ eſt de magnitudine diuinæ miſericordiæ, hic cõſequenter agitur de illis per quæ impetratur & conſeruatur. Et diuiditur in duas partes: quia primò ſit propoſitum, ſecundò tollitur impedimentum, ibi: Poſt concupiſcentias tuas. Circa primum ponuntur quatuor impetratiua & conſeruatiua miſericordiæ diuinæ. Primum eſt proximi vera compaſſio, cum dicitur: Fili in bonis ne des. plangendo quod dediſti ad releuandum proximi miſeriam.*

f Et in omni dato non des tri. *increpando vel pungendo pauperem, cui das eleemoſynam, ſicut faciunt multi, per hoc perdentes ſaltem in parte bonum meriti.*

g Nonne ar. re. ros. *q. d. Sic, vt manifeſtè apparet in æſtate.*

h Sic & verbum melius quam datum. *Dupliciter enim aliquis petit eleemoſynam. Vno modo magis ex cupiditate quam neceſſitate: & tũc non expedit dare quod petit, ſed magis rationabiliter ipſum inſtruere, q̃ ceſſari debeat à tali petione. & ſic dicit Auguſt. de ſermone domini in monte. Aliquando aliquid melius dabis cum iniuſtè petentem correxeris. & ſecundum hoc dicitur: Nonne ardorem refrigerabit ros. quaſi dicat, ſicut ros refrigerat ardorem temporis, ſic verbum bonum refrigerat concupiſcentiam inordinatam petentis. Alio modo ex neceſſitate, quam tamen petens fert moleſtè, & ſic dandum eſt quod petit ad releuandum indigentiam corporis. Et capitur hoc verbum conſolationis pro conſolatione mentis, & quantum ad hoc ſubditur:*

i Nonne verbum. *conſolatiuum.*

k Super datum bonum. *quaſi dicat. Sic, quia melior eſt eleemoſyna ſpiritualis, quàm corporalis, quantò ſpiritualia temporalibus præferuntur.*

a Sed

Margin: Diuiſio. — Compaſſio proximi. — Petere eleemoſynam. — † miſereatur — † feſtinat — † Geneſis

## NIC. DE LYRA.

¶ vet infinitas ſuæ potentiæ, quia creare eſt de nihilo aliquid facere. Intelliguntur autem omnia creata ſimul dupliciter. Vno modo, q̃ cælum empyreum angelis repletum creatum ſit cum informi materia corporalium, quæ poſt formata eſt per diſtinctiones formarum ſubſtantialium in F opere ſex dierum. Alio modo, quòd omnes partes principales mundi ſimul productæ fuerint in ſuis formis ſubſtantialibus, & formatio ſequens intelligatur quantũ ad formas accidentales, prout in principio Gen. plenius explicaui.

Margin: Quomodo omnia ſint ſimul creata.

a Deus ſolus iuſtificabitur. *quia ſolus iuſtus eſt per eſſentiam, ſicut & bonus.*

b Quis ſuffi. enarrare opera il. *ſ. creationis, gubernationis, recreationis, & glorificationis, quaſi diceret, nullus: & eodem modo de ſequentibus, cum dicitur:*

c Quis enim inueſtigabit. *Et quoniam omnia iſta ſunt ad bonum humanæ naturæ, ſequitur:*

d Et quis adij. enar. mi. *erga humanam naturam, quaſi diceret, nullus niſi ipſe.*

e Non eſt minuere nec adijcere. *nam in eius operibus nihil eſt ſuperfluum nec diminutum.*

† domini f Nec eſt inuenire ma. Dei. *nam ad eorum cognitionem non aſcenditur niſi per creaturas, quæ in infinitum deficiunt à perfectione creatoris.*
† doctè *ideo ſubditur:*

g Cum conſum. ho. *inueſtigationem de Deo.*

h Tunc inci. *ideſt percipiet quod eſt in principio.*

i Et cum quie. ope. *ideſt cum erit in ſenectute quæ tempus eſt quieſcendi, ad bonum opus magis animabitur. vnde beatus Franciſcus iam ſenex dicebat ſuis fratribus: Fratres incipiamus ſeruire domino, nam vſque nunc parum profecimus: & hæc eſt monitio Saluatoris. Luc. 17. c. Cum omnia feceritis quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus.*

K Quid eſt homo. *Hic conſequenter oſtenditur magnitudo miſericordiæ diuinæ ex parte hominis, qui ſecundum ſe nihil eſt in conſpectu Dei, nec habet à ſe aliquid boni: propter quod quicquid à Deo ſibi fit, debet magnum reputari, ideo dicitur: Quid eſt homo. q. d. nihil.*

l Et quæ eſt gratia illi, &c. *q. d. à ſe non habet aliquod bonum gratiæ vel naturæ.*

m Aut quid nequam. *q. d. quicquid nequitiæ eſt in eo, totum eſt ab ipſo, Oſee. 13. c. Perditio tua*



a *Stultus acri.* In ore ſtulti iurgia, contumeliæ, ideo datum
A eius ingratum. *Myſticè.* Hæretici quicquid proferunt ſub *Myſtic.* ſpecie virtutis, polluunt verbo mendacij.

b *Para iuſti.* vt videas, quid in te Deo placeat vel diſpliceat, & delicta corrigas.

c *Ante iudicium.* Hæc monent vt ſemper parati ſimus, nec ſtulta ſe- *† vtraque* curitate nobis blandiamur: ſed in Dei ſeruitute laboremus vſq; ad finem vitæ.

d *Ante ora.* Cum ſtabis ad orandum, dimitte ſi quid habeas aduerſus aliquem.

e *Memento.* Vnde: Iuſtus dominus, *Pſal. 10. b* & iuſtitias dilexit: æquitatem vidit *† 16. q. 1. c. Sunt nonnulli & ſequẽti.* vultus eius.

f *Pauperta.* futuræ poſt hanc vitã, vt facias amicos qui recipiant te in æterna tabernacula.

g *Hæc omnia.* Ver, æſtas, autumnus, hyems, dies & nox, nunquam omnia requieſcunt, & tamen omnia æternitati cõparata citò trãſeunt: & omnia corã oculis domini certo fine clauduntur. Ipſe autẽ ſemper idem eſt, & anni eius non deficient.

h *Homo &c.* Beatus eſt homo, qui *Pſal. 111. a* ſemper eſt pauidus vt à peccatis *† verearis* ſuis caueat, & præcepta domini *Prou. 28. c* impleat. Quia initium ſapientiæ *Pſal. 110. b* timor domini. Intellectus bonus omnibus fa. eum.

i *Inuenienti.* i. cũ inuenerit, & agnitionem eius perceperit, ipſa dabit confeſſionem rectę prędicationis, & ſtudium bonæ operationis.

K *Senſati.* Quaſi, aſtuti agnoſcunt ſapiẽtiam, & ſenſati in verbis opere demonſtrant prudentiam.

l *Ne ſue. me.* prouocat nos ad ope- *† conuerſatione*
B ra miſericordiæ. Si. n. pigri fuerimus, non modo deerunt nobis ſolatia temporalia, imò animæ noſtræ bona futura: quando temporalis eleemoſyna remunerabitur mercede æterna.

a *Opera-*

¶ Ideſt iuſtus præbet vtrunque.

Sed † vtrunque cum homine iuſtifi- a a cato. Stultus acriter improperabit, & b c

¶ Accipientis.

datus indiſciplinati tabeſcere facit ocu- b los. Ante iudicium para iuſtitiam tibi: d

a ¶ Reddens Deo rationem. b ¶ Quomodo reſpondeas. c ¶ Iudicij quando non licebit operari.

† & antequam loquaris, diſce. Ante lan- e f g

a ¶ Pœnitentiam inſtitue.

c guorem adhibe medicinam, & ante iu- h

a ¶ Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur.

dicium interroga teipſum: & in con- i ſpectu Dei inuenies propitiationem. Ante languorem humilia te, & in tem- k l pore infirmitatis oſtende † conuerſatio- m

a ¶ Curis ſeculi.

nem tuam. Non impediaris orare ſem- n o

a ¶ Sine intermiſſione orare. b ¶ Quia in multis offendimus omnes.

per, & non † verearis vſq; ad mortem iu- p q

a ¶ Vita æterna.

ſtificari: quoniam merces Dei manet in d æternum. Ante orationem prępara ani- r

a ¶ Qui orat vt docuit, ſed non facit vt iuſſit.

mam tuam, & noli eſſe quaſi homo qui s

a ¶ Vindictę peccatorum.

e tentat Deum. Memẽto iræ in die † con- t u

a ¶ Iudicij ſcilicet. b ¶ Quoniam retribuetur vnicuiq; ſecundum opera ſua.

ſummationis, & tempus † retributionis x f in † conuerſatione facies. Memento pau y z

a ¶ Temporalis. b ¶ Idem.

pertatis in tempore abundantiæ, & ne- a b ceſſitatẽ paupertatis in die diuitiarum.

a ¶ Ab ini io. ſ. creationis. ¶ Natiuitatis. b ¶ Seculi. ¶ Senectutis. c ¶ Quia homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs.

A mane vſq; ad veſperam immutabi- c g tur tempus: & hęc omnia citata in ocu d h lis Dei. Homo ſapiens in omnibus me- e

a ¶ Scilicet præſentis vitæ.

tuet, & in diebus delictorum attendet f g

a ¶ Quia omnis piger in egeſtate. b ¶ Diligens in lege domini.

ab inertia. Omnis aſtutus agnoſcit ſa- h i

a ¶ Chriſtum.

i pientiam, & inuenienti eã dabit cõfeſ- k

a ¶ Eloquentes, ideſt prædicatores.

k ſionem. Senſati in verbis & ipſi ſapien- l m

¶ Vt exemplis alios inſtruant.

ter egerunt, & intellexerunt veritatem n & iuſtitiam, & † implorauerunt prouer- o p q

a ¶ Carnales.

bia & iudicia. † Poſt concupiſcentias r

a ¶ Carnali.

tuas nõ eas, & à † voluptate tua auertere.

a ¶ Animalitati.

Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias

¶ Dæmonibus.

eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. s

a ¶ Quarum conſortio & imitatione cogaris peccare.

Ne oblecteris in turbis, nec in modi- t

a ¶ Ideſt frequenter peccant populari leuitate.

cis. Aſſidua enim eſt commiſſio illo- u x l rum, ne fueris mediocris in contentio- y z ne ex fœnore: & non eſt tibi nihil in ſe- a b culo. eris enim inuidus animæ tuæ. c

r Ante orationem præ. ani. tuam. *videndo q̃ nihil omittas in periculis præcauendis, pro quibus vis orare: de his quæ ſaltem fieri poſſunt per humanam prouidentiam.* C

s Et noli eſſe quaſi &c. *Deum enim tentare eſt periculo ſe committere, quod agere poteſt prouiſionem omittendo, expectans liberari à Deo.*

t Memento. *Hic conſequenter ponitur quartum diuinæ miſericordiæ impetratiuum, quod eſt extremi iudicij trepidatio, cum dr̃: Memento iræ. i. vindictæ Dei.*

u In die conſummationis &c. *mundi quæ erit tempore iudicij.*

x Et tempus re. *æternæ.*

y In conuer. *Conſideratio. n. finalis iudicij inducit ad bene conſeruandum pro retributione præmij, quæ tunc fiet. Et quia ad hoc multum facit opus miſericordiæ, vt prædictum eſt, ſubditur:*

z Memento pau. *releuandæ in alijs.*

a In tem. abun. *tuæ qua potes eam releuare.*

b Et neceſſitatem &c. *q. d. magis indigentibus debes prius ſuccurrere.*

c A mane. *i. aliquando inter mane, & veſperam mutatur de diuitijs in paupertatem.* † infirmitatem

d Et hęc. *i. citò tranſeuntia. q. d. dum habes, eleemoſynam facere non tardes.*

e Homo ſa. &c. *iudicia diuina.*

f Et in die &c. *i. huius vitæ tempore, qd eſt delictis plenum.*

g Attendet. *i. à pigritia bene faciẽdi. Et q̃a timor Dei eſt initiũ ſapiẽtiæ, ſubditur:*

h Omnis aſtu. *i. ex timore Dei ad cauendum mala intentus.*

i Agnoſcit ſa. *i. acquirit & diligit eam.*

K Et inue. &c. con. *ſ. laudis.*

l Senſati in verbis. *i. percipientes ſenſum verborum.* † conſummationis

m Et ipſi ſa. *extendendo ad opus ſuam notitiam.*

n Et intel. *de præmiatione boni.*

o Et iuſti. *de punitione mali.*

p Et implorauerunt. *Ideſt implorando cognouerunt.* D

q Prouerbia &c. *i. intelligẽtiã occultorũ.*

r Poſt concupiſcentias. *Hic conſequenter remouetur impedimentum impetrationis miſericordiæ diuinæ, cum dicitur: Poſt concupiſcentias &c. Sectator. n. concupiſcentiæ auertitur à regula legis diuinæ: & per conſequens non poteſt à Deo miſericordiam impetrare, ideo ſequitur:*

s Faciet te in gaudium inimicis tuis. *ſpiritualibus, qui ſunt ſpiritus maligni.*

t Ne oblecteris in tur. *i. in multitudine familiæ.*

u Nec in modicis. *i. in minori familia. Et ſubditur cauſa:*

x Aſſidua enim &c. *i. frequenter peccant: & ſic turbant dominum ſi bonus fuerit, & impediunt à bono: & ſi non turbatur, fouet eos in malo, & ſic auertitur à Deo. Secundum quod impedit aliã impetrationem miſericordiæ eſt auaritia erga proximum, quam remouet, dicens:*

y Ne fueris mediocris. *i. negligens & remiſſus, ſed magis diligens, & auidus.*

z In contentione ex fœnere. *i. vt contendas ſuperare alios in datione eleemoſynæ, qua domino fœneratur. Prou. 19. Fœneratur dño q̃ miſeret pauperis &c.*

a Et non eſt tibi ni. *ſed aliquid, qa duæ negationes æquipollent vni affirmationi.*

b In ſeculo. *Alia litera: In ſacculo. & in idem redit. Et eſt ſenſus: Ex quo habes bona huius ſeculi: vel bona repoſita in ſacculo, vnde potes conuenienter viuere, non debes eſſe negligens in eleemoſynarum datione.*

c Eris enim inuidus animæ tuæ. *ſubtrahendo ſibi bonum miſericordiæ. Si negligens fueris in eleemoſynæ datione, ſic exponitur communiter paſſus iſte. Sed quoniam hæc expoſitio accipit contentionem extraneo, & fœnus non literaliter, ſed myſticè, videtur mihi aliter dicendũ. Et ſic: Ne fueris mediocris in contentione ex fœnere. i. non ſolum multum, ſed nec etiam parum contendas durè repetẽdo debitum, quod commodaſti pro-*

ximo

## NIC. DE LY.

¶ a Sed vtrun. cum. *quia cũ dono dat etiam verbum dulce.*

b Stultus acriter. *pauperi donũ ſuum.*

c Et datus in. &c. ſa. ocu. *recipientis, qui verecundatur ex opprobrijs ſibi illatis.*

s Fatuus. *Hic conſequenter approbat ſapientem, & improbat inſipientem quantum ad ſigna di. Fatuus in riſu exal. vo. ſuam. pro riſu cachinnum emittendo, in quo apparet cordis diſſolutio.* †ſenſus

t Vir aut ſapiens uix taci. ridebit. *Et ſic maturitas faciei ſignum eſt ordinationis cordis.*

u Ornamentum au.pru. *Nam optimè ſedet in eo.*

x Pes fa.facilis in do.pro. *Quod eſt ſignum cordis vagi.*

y Et homo peritus confun. a per. po. *i. erubeſcet coram eo loqui, niſi [illegible] aut euidens vtilitas hoc requirat.*

z Stul. a fe. reſpici, in do. *Si inueniat oſtium clauſum.*

a Vir autem eruditus fo. ſta. *Patienter donec aperiatur oſtium, nã intra [illegible] ter abſconduntur aliqua, quæ non expedit ab alijs videri.*

b Stultitia hominis au. *Nam malum eſt, ſic inueſtigare alterius ſecretum.*

c Et pru. *Interius exiſtens.*

d Graua.contu. *id eſt ſi auſcul. au. aliqua, quæ referat in contumeliam prudentis. ideo ſubditur:* †dextram

e Labia imprudentium ſtulta nar. *Et patet vſque ibi:* D

f In ore fatuorum cor illorum. *Quia ſtatim pronuntiant ſtatim concepta.*

g Et in corde. ſap. os illo. *Quia nihil pronuntiant, niſi præcedente bona deliberatione.*

h Dum maledicit impius diabolum. *Dicens ipſum iuſtè damnatũ [illegible].*

i Maledicit animam ſuam. *Nam [illegible] ctis eſt imitator diaboli, & ſic demonſtrat ſe debere damnari.*

K Suſur. *id eſt detractor in ſilentio &c. & dicitur a vocis ſono.*

l Coinquinabit ani. ſuam &c. *Primò.*

m Et in omnibus odietur. *Et ſic Deo & hominibus odibilis redditur.*

n Et qui permanſerit. *Cum ſuſurrone.*

o Odioſus erit. *Eius vitio inquinatus.*

p Tacitus & ſenſatus. *id eſt taceas tempore debito, & loquens tantum tempore opportuno.*

q Honorabitur. *à Deo & hominibus. Eccleſ.9.d. Verba ſapientum audiuntur in ſilentio, magis quam clamor principis inter ſtultos.*

## NIC. DE LY. CAP. XXII.

I*N lapide luteo. Superius induxit autor ad deteſtationem peccatorum commiſſionis, hic conſequenter inducit ad deteſtationẽ pẽtorum omiſſionis, quæ cõtingunt ex negligẽtia circa bonum. Et primò deteſtatur negligentia bonæ operationis. Scd̃ò neceſſariẽ eruditionis, ibi: Confuſio patris. Tertiò, charitatiuę compaſſionis, ibi: Super mortuum plora. Quartò [illegible] uãdæ dilectionis, ibi: Pungens oculũ &c. Circa primum dicitur:* Diuiſio

r In lapide luteo lapidatus ẽ piger. *Negligens et remiſſus in operatione boni ad qã tenetur. Per duritiam autem lapidis & vilitatem luti, deſignatur q debeat durè & confuſibiliter puniri.*

s Et omnes loquentur &c. *Ipſum contemnendo.*

---

a ¶Doctrina & virtutibus, vnde: Qui biberit aquam quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vi. æ.

Scientia ſapientis tanq̃ inundatio ãbun a b dabit, & conſilium illius ſicut fons vitę c d permaner. † Cor fatui quaſi vas confra- e f ctum, & omnem ſapiẽtiam nõ tenebit. g Verbum ſapiens quodcunque audierit h † ſcius laudabit, & ad ſe adijciet: † audi- i uit luxurioſus, & diſplicebit illi, & proij K l ciet illud poſt † dorſum ſuũ. Narratio fa- m tui quaſi ſarcinã i via. Nam in labijs ſen n ſati inuenietur gratiã. Os prudentis quę o ritur in eccleſia, & verba illius cogitabunt in cordibus ſuis. Tanquã domus p exterminata, ſic fatuo ſapiẽtia & ſcien- b tia: inſenſati inenarrabilia verba. Cõpe- q r des in pedibus, ſtulto doctrina, & quaſi vincula manuũ, ſup manum † dexterã. c Fatuus in riſu † exaltat vocem ſuam, vir s t aũt ſapiens vix tacitè ridebit. Ornãmen- u tum aureum prudẽti doctrina, & quaſi d brachiale in brachio dextro. Pes fatui fa x cilis in domũ proximi, & homo peritus y e cõfundẽtur â perſona potentis. Stultus z à feneſtra reſpiciet in domũ, vir autem a eruditus foris ſtabit. Stultitia hominis b auſcultare per oſtium, & prudens grãua c d bitur contumẽlia. Labia imprudẽtium e ſtulta narrabunt, verba autem pruden- tium ſtatera ponderabuntur. In ore fa- f tuorum cor illorum, & in corde ſapien- g f tum os illorũ. Dum maledicit impius h diabolum, maledicit ipſe animam ſuã. i Suſurrõ coinquinabit animam ſuam, K l & in omnibus odietur, & qui perman- m n ſerit, odioſus erit, tãcitus & ſenſatus ho- o p q norabitur.

## CAP. XXII.

g I N lapide luteo † lapidatus eſt piger, r & omnes loquentur ſuper † aſperna- s

Interlinear glosses: a ¶Hæretici. a ¶Malitiæ ſtimulis vndique perforatum. b ¶Spiritualis ſcientias diuiſiones & factioneſ. a ¶Humilis qui ſapientiam amat. a ¶Voluptatis amator. b ¶Contemnet implere. a ¶Prædicatio. b ¶Hæretici. a ¶Onerosa tranſeuntibus ſcilicet viam huius ſeculi. b ¶Verbis. c ¶Catholici. a ¶Sana prædicatio. b ¶Doctrina. c ¶Catholici prædicatoris. a ¶Populo Dei. b ¶Deuoti auditores, vt intelligant ſcilicet & impleant. a ¶Hæreticorum ſynagoga, vbi catholici ſenſus ſpernitur ſapientia. a ¶Quia multiplici errore inuoluta. a ¶Modeſtia in omnibus ſeruanda. a ¶Cum prædicatio diuina illuſtratur ſapientia. a ¶Cum tota vitam circundat diſciplina. a ¶Catholicus. a ¶Sequi ſcilicet errorem ſuperbientis. b ¶Hæreticus. a ¶Quia foramina ſubtilitatis quærit. a ¶Scripturæ. a ¶Catholicus. b ¶Quia ſcripturam aperte exponere quærit. a ¶Ab ore hæreticorum prædicationis verbum. b ¶Prædicator. c ¶Quia non vult recedere a veritate. a ¶Malorum. b ¶Verba. a ¶Quando electorum verba veræ ſapientiæ exprimunt ſenſum. a ¶Regula fidei. b ¶Quando hæreticorum ſtulta intentio utitur ad ornamentum verborum. a ¶Flagitij. a ¶Hæreticus qui occulte errores ad decipiendum ponit. a ¶Factis & verbis. a ¶Moderatus in verbo. a ¶Boni. b ¶Deteſtantes ſcelera eius.

Margin: †lapidabatur †aſpernatione



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *De ſtercore.* Pigritia malorum in bo-
E no opere torpẽtium per apertam ſtul
titiæ operationem, a prædicatoribus
improperatur.

Pigritia

b *Muſica.* Eos notat qui in eccleſia plauſum populi & fauorem quærũt, nec magis compũctionem lachrymarum excitant.

Nota contra organa — †In filia

c *Qui docet ſa.* Teſta multo labore confecta fragilitatem ſuam nõ euadit. Fatuus quoque quamuis ſolicitè erudiatur, vix ad perfectionem perducitur.

d *Supra mor.* Altera eſt mors corporis, quæ omnibus communis, altera mors animæ quæ peccatoribus ſpecialis, altera in præſenti finitur, altera in æternum manet. Super mortuum ergo modicum plorandum, quoniam requieuit, mors enim corporis, finis laboris mundani.

e *Cum ſtulto ne.* Docet cum ſtultis ſermonem non eſſe protrahendum, & maximè cum hæreticis, quorum ſtultitia plena eſt blaſphemia, ne eorum ſ. ſocietate quietem pacis amittamus, eorum inquinati ſordibus. vnde: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domũ, nec aue ei dixeritis. Qui enim dixerit ei aue, cõicat eius operibus malignis.

2.Iohã.

f *Super plumbum quid graua.* Hinc Salomon ait: Graue eſt ſaxum & onerosa arena, ſed ira ſtulti vtroque grauior. Peius peccat hæreticus quam catholicus in multitudine multorum malorum, vel philoſophus qui humana nititur ſapientia. Vel Gentilis, qui non peruenit ad fidem, & ignoranter peccat vnde: Seruus enim qui ſcit voluntatem dñi ſui, & non facit, vapu. pla.
F multis. Qui autem neſcit, paucis.

Prou.17.a — Luc.12.f — †inf.38.b

a Sicut

a tionem illius. De ſtercore boum a
lapidatus eſt piger, & omnis qui b
a ¶Communicando negligentiæ eius. b ¶A calore ſolitatis.
tetigerit eum, excutiet manus. c
a ¶Ne talia operetur. b ¶Doctoris. c ¶Diſcipulo.
Confuſio patris eſt de filio indi- d
a ¶Indiſciplinata.
ſciplinato. † Filia autem fatua e
a ¶Honoris. b ¶Anima quæ prudenter Deo ſeruit.
in deminoratione fiet. Filia pru- f g
a ¶Quia ad hæreditatem eius pertinebit.
dens hæreditas viro ſuo, nam h
quæ confundit, in contumeliam i
a ¶Spiritualis. ¶Deum. ¶Chriſtum.
fit genitoris. Patrem & virum k
a ¶Qui apoſtata fit, & hæreſim audacter defendit. b ¶Similiter & ſuæ ſocijs.
confundit audax, & ab impijs l
a ¶Vituperabitur. b ¶Tamen. c ¶Patri, ſcilicet & viro.
non minorabitur: ab vtriſque m
b autem inhonorabitur. Muſica n
a ¶Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.
in luctu importuna narratio, fla- o p
¶Semper terrorem mundi deſerdum & æternum ſupplicium audientibus intimare.
gella & doctrina in omni tem-
c pore ſapientia. Qui docet fa- q
tuum, quaſi qui conglutinat te-
a ¶Ille enim quaſi in ſomno, hic ſenſu ſtulto.
ſtam. Qui narrat verbum non r
audienti, quaſi qui excitat dor- s
mientem de graui ſomno. Cum t
dormiente loquitur qui narrat
ſtulto ſapientiam, & in fine nar- u
a ¶Quia ingratus docenti, & ideo flendus tanquam mortuus.
rationis dicit. Quis eſt hic?
d † Supra mortuum plora, † de- x
fecit enim lux eius, & ſupra fa- y
tuum plora, deficit enim ſenſu. z
Modicum plora ſupra mor- a
tuum, quoniam requieuit. Ne- b
quiſſimi enim nequiſſima vita c
ſuper mortem fatui. Luctus d
a ¶In præſentis vitæ ſcilicet ſpatio eſt mors eius quod ſeptenario numero decurrit.
mortui ſeptem † dies: fatui au- e f
a ¶In ſeculum ſeculi, quia animæ eorum ſine fine cruciabuntur.
tem, & impij omnes dies vitæ g
e illorum. Cum ſtulto ne mul- h
tùm loquaris, & cum inſenſato i
ne abieris. † Serua te ab illo, vt k
non moleſtiam habeas, & non l
coinquinaberis in peccato illius.
Deflecte ab illo, & inuenies re- m n
quiem, & non acediaberis in o p
a ¶Quia huiuſmodi hominum mores & verba difficile portantur.
f ſtultitia illius. Super plumbum q
quid grauabitur? Et quod illi r
a ¶Multitudinem inimicorum peccatorum.
aliud nomen quã fatuus? † Are- s
a ¶Philoſophorum ſapientiam. b ¶Duritiam perſecutionis Gentilium.
nam & ſalem & maſſam ferri fa-
¶Hæreticum
cilius eſt † ferre, quàm hominem
a ¶Doctrina. ¶Vita.
imprudentẽ & fatuũ & impium.

†diebus — †ſup.12.c — †portare — †fatua

## NICOLAVS DE LYRA.

a De ſter.bo. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ quantum ad pœnæ confuſionem ad maiorem aſſertionem.*

b Et omnis qui te.e. *i. ſe aſſociauerit.*

c Excutiet ma. *Reputans ſe inquinatum ex ſocietate eius.*

d Confu.patris. *Hic deteſtatur negligentiam eruditionis. & primò ex parte docentis, ſecundò ex parte doctrinam recipientis, ibi: Muſica. Circa primum dicitur: Confuſio pa. eſt de fi. indi. &c. Pater enim debet filio nutrimentum & documentum. ideo negligentia circa hoc & defectus reuertitur in caput ſuum. Et idem intelligendũ de patre ſpirituali, ſpecialiter quantum ad defectum documenti.*

e Filia au.fatua. *i. vaga & diſſoluta.*

f In deminoratione fiet. *ſ. honoris parẽtum.*

g Filia prudens hære.eſt uiro ſuo. *i. amabilis ſicut hæreditas ſua: immo amabilior, quantò vxor bona charior eſt re poſſeſſa. nam vir & vxor ſunt vna caro.*

h Nam quæ con.&c. *Virum ſuum.*

i In contumeliam fit ge.&c. *Propter defectum caſtigationis.*

K Patrem & uirum con.au. *i. mulier quæ eſt effrons & inuerecunda.*

l Et ab impijs non mino. &c. *i. non erit minor in vitijs, quàm viri peſtiferi.*

m Ab utriſq; autem inhono. &c. *Nam pater & vir eam vilipendunt, & viri mali de eius corpore ſatiati eam contemnunt.*

n Muſica. *Hic reprobatur negligentia diſciplinæ ex parte recipientis, cum dicitur: Muſica in luctu &c. id eſt melodia non eſt conueniens lugentibus, quia non ſunt diſpoſiti ad gaudendum.*

o Impor.narra.&c. *i. ſimilis narratio, licèt de ſe ſit bona, tamen importuna redditur propter malitiam ipſius audientis. Propter quod dicitur Matth.7.a. Nolite ſanctum dare canibus, id eſt doctrinam bonam ipſam contemnentibus. ideo ſubditur:*

G

p Flagella & doctri.in om.temp.ſa.&c. *i. caſtigatio per flagellum vel per verbum, ſemper indiget vt ſapienter fiat, & cum debitis circumſtantijs propter quod adhuc ſubditur:*

q Qui docet fa.quaſi qui conglu.te. *id eſt perdit operam ſuam, quia fatuus doctrinam non recipit. ſed contemnit.*

r Qui nar.uer.non au. *id eſt intelligere nolenti.*

s Quaſi ex dor.de gra.ſom. *id eſt nolentem excitari.*

t Cum dor.lo.qui enar. *id eſt fruſtra, quia neuter intelligit.*

u Et in fin.nar.di. Quis eſt hic? *i. ad eum non pertinet me corripere. Ita dicit Hebræus Moyſi ipſum corripiẽti. Quis te conſtituit principem & iudicem ſuper nos. Exo.2.c*

x Supra mor.plo. *Hic remouet negligẽtiam circa actum compaſſionis. Et diuiditur in duas partes. quia primò facit propoſitum, ſecundò infert corollarium, ibi: Cum ſtulto. Circa primum ſciendum, quòd maximè compatiendum eſt mortuis, quoniam non poſſunt amplius ſe iuuare. ideo dicit: Supra mor.plo. ei miſericorditer exequias impendendo & pro ipſo orando.*

Compatiendum mortuis.

y Defecit enim lux e. *id eſt merendi tempus, quod ſignificatur per diem, Iob.9.a. Venit nox in qua nemo poteſt operari. ſ. meritoriè, vt diffuſius dictum fuit ibi. Et per noctem intelligitur tempus poſt mortem.*

z Et ſupra fa. plo. *Defecit.n.ſenſu bono, qui eſt maximus defectus. ideo ſubditur:*

a Modi.plo.ſu.mor. *Reſpectu fatui. Magis enim plangendus eſt defectus hominis in moribus, qui eſt mors ſpiritualis, quàm mors iuſti corporalis. de quo ſubditur:*

H

b Quoniam requieuit. *à laboribus vitæ præſentis in ſpe retributionis æternæ.*

c Nequiſſimi enim ne.ui.ſu.mor. fa. *i. vita nequam fatui peior eſt & magis plangenda, quàm mors ipſius. Et eſt hic comparatio abuſiua. nã de morte ipſius non eſt lugendum, ſed magis gaudẽdum, eò quòd vita eius erat impedimentum bonorum. ideo ſubditur:*

†deficit

d Luctus mor. *Iuſti.*

e Septem dies. *Supple durat, ſic enim temporibus ſcriptoris huius libri erat conſuetus.*

f Fatui autem & impij. *Fatuus autem hic dicitur, qui nõ eſt fatuus ex defectu naturalis induſtriæ, ſed ex defectu bonæ vitæ per abundantiam malitiæ. Et ſimiliter impius, qui eſt idololatra, quia pietas eſt cultus diuinus:*

g Omnes dies uitæ illius &c. *Supple ſunt lamentabiles ratione prædicta.*

h Cum ſtulto. *Hic ex dictis concludit corollarium. Ex hoc quòd dixit: Omnes dies vitæ fatui lamentabiles, concludit quòd eius ſocietas ſit fugienda. di. Cum ſtul.ne mul. lo. &c. nam ex tali colloquio familiaritas cõtrahitur.*

i Et cum inſenſato ne abieris &c. *Et ſubditur ratio.*

K Vt non mole.ha. *Ex eius ſocietate, ſicut illi qui cum latronibus inueniuntur, aliquando ſine culpa ſua moleſtantur.*

l Et non coinqui. in pecca. il. *Nam ex ſocietate malorum frequenter corrumpitur bonus, ſicut pomum bonum ex contactu putrefactorum tabeſit.*

m Deflecte ab il. *Eius ſocietatem declinãdo.*

n Et inue.re. *Supple à dictis periculis.*

o Et non aci. *id eſt tepidus & remiſſus fies in bono.*

†Pro.27.a

p In ſtultitia il. *i. per eius ſtultitiam quæ eſt impeditiua boni.*

q Super plumbum quid gra. *id eſt grauius iudicabitur.*

r Et quod il. *id eſt ſtulto.*

s Aliud nomen quam fa. &c. *q.d. nullũ. Nominatur.n.aliquis ab opere, ſicut aliquis dr faber vel latomus, & hmõi. In operibus autẽ talis, non apparet niſi fatuitas, & ſic non põt propriè niſi fatuus uocari, & per cõſequẽs eius ſocietas eſt mirabiliter onerosa, iõ ſubditur: Arenam & ſalẽ & maſſam &c.*

a Sicut



a *Sicut loramentum.* Ligna, iuſtos ſignãt
A qui fructum dãt in tempore, quorum folia non decidunt, & omnia quæ faciunt proſperantur. Fundamentum autem ędificij Apoſtolos vel prophetas, quorum prædicatio eccleſiam ſuſtinet. Loramẽtum ergo ligneum colligatum fundamento ędificij non diſſoluitur: quia fides paſſionis Chriſti in cordibus hominum adiũcta doctrinæ Apoſtolorum, indiſſolubile facit eccleſiæ ædificium.

b *Sicut pa.* vnde; Quia audit verba mea, & non facit ea, ſimilis eſt viro ſtulto, qui ædificat domum ſuam ſuper arenam.

c *Sicut orna.* Sicut limpidus paries propter lenitatem ſcilicet non recipit puluerem arenæ, ſic cor fatui ſpernit ſcelerum recordationem, nec pœnas timet æternas.

d *Mit.lapi.* Oſtẽdit quid amicum bonum cõſeruet, vel potius alienet. Mit. la. Sicut lapidis ictu volatus auiũ deijcitur, ita conuitij verbo vis amicitiæ diſſoluitur.

e *Non deſpe.* De amicitia eius: quia agnita correctionis vtilitate regreditur ad ius priſtinæ amicitiæ.

f *Effugiet ami.* Non rediturus nec poſt reconciliationem. vnde: Amico reconciliato ne credas in æternum.

Iob.19.b — Iob.6.b

g *In tem.tri.* In aduerſitate magis probatur amicus. Multi enim amici menſæ, & non permanent in die neceſſitatis.

h *Ante ign. ca.* Sicut fumus præcedit ignis incendium, ſic dura verba homicidium. vnde. Sermo durus ſuſcitat rixas. Et alibi. Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.

B i *Amicum ſa.* Multa bona ſunt in amicitia vera. Congaudet enim verus amicus in bonis tuis, & cõtriſtaĩ in malis.

K *Omnis qui au.* i. qui cognoſcit quanta bona ſint in amicitia vera, cauebit ne iniuria vel conuitio amicum lædat.

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. XXIII.

Domine pater. Q. tuo munere factus ſum, tuo munere defendar à voragine vitiorum.

a Quis

a Sicut loramentum ligneũ colli- a
gatum fundamento ædificij non
diſſoluetur, ſic & cor confirma- b
¶Quia.
tum in cogitatione conſilij. Co- c
gitatus ſenſati in omne tempore
a ¶Perſecutionis cuiuſlibet.
b vel metu non deprauabitur. Si- d
cut paleę in excelſis, & cęmenta e
a ¶Mixtura calcis.
ſine impenſa poſita cõtra faciem f
a ¶Quia cito corruent.
venti non permanebunt, ſic & g
a ¶Non fundatum in charitate & veritate.
cor timidum in cogitatione ſtul- h
a ¶Cuiuſlibet perſecutionis.
ti contra impetum timoris non i
c reſiſtit. Sicut ornatus arenoſus K
in pariete lympido, ſic & cor tre- l m
pidum in cogitatione † fatui, om n
ni tẽpore non metuet, † ſed & qui o p
in præceptis Dei permanet ſem-
a ¶Stimulo timoris. b ¶Cordis.
per. Pungens oculum, † deducit q
¶Compunctionis. ¶Alijs.
lachrymas, & qui pũgit cor, pro- r s
a ¶Rectam intelligentiam Scripturarum.
d fert ſenſum. Mittens lapidem in t
volatilia, deijciet illa, ſic & qui cõ u x
uitiaĩ amico, diſſoluit amicitiã.
a ¶Charitatis affectu. b ¶Correctionis.
Ad amicũ, & ſi produxeris glã- y z
e dium non deſperes, eſt enim re- a
greſſus ad amicũ. Si aperuerit os b
a ¶Aliquid amarum reſpondendo vel dure corrigendo.
triſte, non timeas. Eſt enim † con- c d e
a ¶Priſtinæ amicitiæ. b ¶Quibus penitus fugatur amicus.
cordatio excepto conuitio, & im f
a ¶Quia priſtina ſecreta amicitiæ per iram reuelantur.
properio & ſuperbia, & myſterij g h
reuelatione, & plaga doloſa. In i K
f his omnibus effuget amicus. Fi- l
a ¶Præſentis vitæ.
dem poſſide cum amico in pau-
¶Aeternis.
pertate illius, vt & in bonis illius
a ¶Quis infirmatur, & ego non infirmor;
g lęteris. In tempore tribulationis
illius permane illi fidelis, vt & in m
¶Terrena vel æterna.
h hæreditate illius cohæres ſis. An- n
te ignem camini vapor & fumus
ignis inaltatur, ſic & ante ſangui-
nem maledicta & contumelię &
i minæ. Amicum ſalutare nõ † con o
fundaris. A facie illius non † me p
abſcondam, & ſi mala mihi eue- q
k nerint, per illum ſuſtinebo. Om- r s
nis qui audiet, cauebit ſe ab eo.
¶ ¶Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delin. &c.
† Quis dabit ori meo cuſtodiã, t
& ſuper labia mea ſignaculum u
certum, vt non cadam in ipſis, x
a ¶Lingua ignis vniuerſitas iniquitatis,
& linguã mea perdat me. y

## CAP. XXIII.

1 DOMINE PATER z

†ſtulti — †ſic — †producet — †recordatio — †cõfundar — †te abſcondas, & ſi mala tibi euenerunt per illum ſuſtine.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Sicut loramentum lig. *Eſt autem loramentum congeries lignorum adinuicem conglutinatorum. Et ponitur in fundamento domus, eò quòd eſt de difficili ſolubilis.*

b Sic & cor confir.in co.conſi. *i. prudentiæ, & boni ſupple non diſſoluitur faciliter a bono, ideo ſubditur:*

c Cogi. ſen. in omni temp. uel metu non depra. *Nec per conſequens alia tentatione: qa ſicut dicit Aug. Non eſt conſentaneum rationi eum cupiditate frangi, qui metu non frangitur. Et quia contrarium eſt de ſtulto, qui nullatenus ſtabilis eſt in bono, ideo ſubditur:*

d Sicut pa.in ex. *Quæ ſtatim tolluntẽ à vẽto.*

e Et cęmenta ſine impen. *id eſt ſabulum ſine admiſtione calcis.*

f Poſita contra fa.uen. non per. *Sed ſtatim diſperguntur.*

g Sic & cor timidum. *Timore mundano.*

h In cogita.ſtul. *i. quale eſt cor ſtulti: qui cogitat tantum de vanis.*

i Contra impe.timo.non reſi. *Malo, ſed ſtatim acquieſcit per conſenſum. Sequens autem litera per tranſlatores ſiue ſcriptores videtur vitiata. Poteſt tamen ſic exponi:*

K Sicut or.are. *i. linitio arenoſa.*

l In pa.&c *q eſt de lapidibus duris & politis, talis linitio ſibi nõ adhæret.*

C

m Sic & cor tre. *Timore mundano.*

n In co.ne fa. *Qui tantum cogitat de vanis.*

o Omni temp.non me. *ſ. timore diuino.*

p Sed & qui in præce.Dei perma. *Semper Supple timet timore diuino, ſic habent libri correcti. Aliqui tamen habent ſic: Et qui in præceptis Dei &c. & eſt comparatio per oppoſitum, quia ſicut fatuus nullo tempore ſtat in timore diuino, ſic p oppoſitũ ſtabilis in præceptis Dei ſemper manet in eius timore filiali.*

q Pungens ocu. *Hic conſequenter reprobat negligentiã amicitiæ conſeruandæ dicens: Pungens ocu.dedu.la. i. facit exire.*

r Et qui pun.cor. *amici ſui verbo iniurioſo.*

s Profert ſen. *i. facit manifeſtare eius offenſam & amicitiæ læſionem, & ad idẽ ſubditur:*

t Mit.ſa.in uo. *Simul congregata.*

u Deijciet illa. *i. diſperget.*

x Sic & qui conui. ami. diſſol.ami. *Quod eſt magnum malum. nam amicitia multò pretioſior eſt quàm pecunia. Veruntamen, quia reparabilis eſt, ſubditur:*

y Ad ami.& ſi produ. gla. *Volens enim percutere.*

z Non de. *De amicitiæ recuperatione.*

a Eſt enim regreſ.ad ami. *ſ. verum.*

b Si aperuerit os. *Suum.*

c Triſte. *Conquerens de te.*

d Non timeas. *Et ſubditur ratio:*

e Eſt enim con. *Facilis ad amicum verum. Excipit tamen aliquos caſus: in quibus non eſt facilis concordatio, dicens:*

f Excep. conui. & impro. *Et differunt iſta duo. Nam conuitiari eſt imponere vel irrogare alicui crimen vitioſum, vt quòd ſit latro vel ribaldus. Improperare verò eſt aliquid turpe irrogare, quod tamen non eſt vitium, vt quòd aliquis ſit ſpurius, vel conditionis ſeruilis.*

g Et ſuperbia. *In amici conculcatione.*

h Et myſterij. *i. ſecreti amico commiſſi reuelatione.*

D

i Et plaga doloſa. *i. proditoriè inflicta.*

k In his omnibus effu.ami. *i. nõ reconciliabitur de facili. propter qđ conſequenter inducit ad fidelitatem amicitiæ conſeruandã, dicẽs:*

l Fidem poſ.cum ami.in pau.il. *Pro.17.c. Omni tempore diligit qui amicus eſt, & frater in anguſtijs comprobatur.*

m Vt & in hæ.il.cohæ. ſis. *Fidelium.n.amicorum bona ſunt adinuicem cõmunia. Et quia amicitiæ diſſoluuntur per lites & bella, ideo ſubditur:*

n Ante ignem camini &c. *Et patet. Et quia per oppoſitum amicitiæ reformantur & conſeruantur per dulcia verba, ſubditur:*

o Amicum ſalutare non con. *Etiam ſi inter te & ipſum fuerint aliqua verba diſſenſionis.*

p A facie illius non me abſcondam. *Sic habent libri correcti, id eſt ſocietatem illius non effugiam, vt dem exẽplum tibi ſimile faciẽdi.*

q Et ſi male mihi eue.per il. *i. propter illũ.*

r Suſtinebo. *Patienter propter amicitiæ bonum.*

s Omnis qui au.cau.ſe ab eo &c. *i. ab offenſione amici caſtigatus mei exemplo, ideo ſubdit optando.*

t Quis dabit ori meo cu. *Vt amicum non offendam.*

u Et ſuper labia mea ſigna.certum. *Vt non aperiantur niſi debito modo ad loquendum.*

x Vt non cadam in ipſis. *i. labiorum meorum peccatis.*

y Et lingua mea perdat me. *i. dignum faciat perditione.*

## NIC. DE LY. CAP. XXIII.

Domine. *Superius ab illo loco. Non dixeris, 15.ca. autor induxit ad deteſtationem peccati ratiocinando, hic conſequenter idem facit deprecando, vt peccata quæ deteſtatus eſt in alijs, non reperiantur in ipſo, & vt exemplo ſui alij ſtudeant Deum exorare pro euitatione & deteſtatione peccati. Sic igitur procedit, qa primò ponit ſuã orationẽ, ſ2dò ſe conuertit ad aliorũ informationẽ, ibi: Doctrinã oris. Circa primũ dicit deprecãdo.*

Diuiſio

z Domi.pa. *Omnium per creationem.*

m Sic



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Quis ſuperponit in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam ſapientiæ, &c.* Deſiderat in cogitatu ſuo flagella diſciplinæ, & in corde doctrinam ſapientiæ, ne fortè per ignorantiam nō agnoſcat delictorum pericula, & multiplicentur ei crimina, pro quibus cadat in manus aduerſariorum.

1.Ioh.2.b b *Et omne deſiderium auerte à me.* Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt.

†accreſcāt c *In vanitate ſua apprehenditur peccator, & ſuperbus & male.ſcan.in illis.* Quia illam præponit amori Dei, & deſiderio æternæ beatitudinis.

Iaco.5.c d *Iurationi non aſſueſcat os tuum.* Vetat iuramentum, ne fiat periurium, vnde: Nolite iurare, neque per cęlum neq; per terram.

a *Du-*

& dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu & conſilio illorum, nec ſinas me cadere in illa exprobratione. Quis ſuperponit in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam ſapientiæ, & ignorationibus eorum non parcat mihi, & non appareant delicta illorum, & ne † adincreſcant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent, & incidam in conſpectu aduerſariorum meorum, & gaudeat inimicus meus. Domine pater & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum. † Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne deſiderium auerte à me. Aufer à me ventris concupiſcentias, & concubitus concupiſcentiæ ne apprehendant me, & † animæ irreuerenti, & † infrunito ne tradas me. Doctrinam oris audite filij, & qui cuſtodierit illam, non periet labijs ſuis: nec ſcandalizabitur in operibus nequiſſimis. In vanitate ſua apprehenditur peccator, & ſuperbus & maledictus ſcandalizabitur in † illis. Iurationi non aſſueſcat os tuum: multi enim caſus in illa. Nominatio verò Dei non ſit aſſidua in ore tuo, & nominibus ſanctorum non admiſcearis, quoniam non eris immunis ab eis. Sicut enim ſeruus interrogatus aſſiduè à liuore non minuitur, ſic omnis iurans & nominans in toto à peccato non purgabitur. Vir multùm iurans implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga. Et ſi fruſtrauerit fratrem, delictum illius ſuper ipſum erit,

¶Qui tribulant me, exultabunt ſi motus fuero. ¶Demonum. ¶Mentis elationem. ¶Prauum. ¶Gaſtrimargiam. ¶Fornicationis ſcilicet. ¶Ne capiar huiuſmodi vitijs. ¶Inſipienti. ¶Tradi permutta. ¶Diſciplinam verborum. ¶Diſcite, ſeruate. ¶Faluare ſcilicet maledictione, periurio, detractione. ¶Concupiſcentijs ſcilicet deſiderijs. ¶Caſtigatus tormentis. ¶Comine liuoris. ¶Sed magis ad odium prouocatur. ¶Nomen Dei & ſanctorum iuramento. ¶Sed polluetur. ¶Mendaciter vel inutiliter. ¶Corpore. ¶Vindictæ.

## NICOLAVS DE LYRA.

†Excellentiam ¶ a Et domina.uitæ m. *Per ſpecialem condeſcenſionem.*

b Ne derelin.m. &c. li. *ſcilicet fatuorum & impiorum, de quibus locutus eſt cap. præcedenti.*

c Nec ſinas me ca.in il.expro.&c. *in quam ceciderant.*

d Quis ſuperponit in co.m. *Q.diceret, vtinam aliquis ſuperponat.*

e Flagella. *Diuina, quorum cogitatio retrahit à malo.*

f Et in corde meo do.ſap. *Quæ firmat in bono.*

†infrunitæ g Vt igno.eo. *i.delictis cogitationum.*

h Non par.mi. *Sed ſtatim timore vel pœna reprimat.*

F i Et non appa.de eo. *i.cogitatuum per exitum in opus malum.*

K Et ne adincre.igno meæ. *Id eſt ne peccatis cogitationis addantur peccata oris, operis, & conſuetudinis.*

l Et incidam in conſpe.aduer. *id eſt dæmonum.*

m Et gau.in.meus. *ſ.diabolus, qui gaudet de peccatis hominum, & maximè doctorum.*

n Do.pater. *Exponatur vt prius.*

o Extollentiam ocu.me.ne de.m.&c. *id eſt ſuperbiam non permittas mihi dominari.*

† illo p Et omne deſi.pra.auer. a me. *Prohibens me tali deſiderio conſentire.*

q Aufer a me uen. con. *id eſt gulam. Et quia miniſtrat luxuriæ materiam, ſubditur: Et concu.con.&c. ſequitur:*

r Et animæ irre. & infru.ne tra. me. *id eſt inſipido vel indiſcreto qui caret ſapientia, à ſapore dicta. Et dicitur infrunitus ab in, quod eſt ſine, & frumen nis, quod eſt pars gutturis, qua ſapor ſentitur. Eſt igitur ſenſus: Et animæ irreuerēti &c. i. ne permittas animum meum incidere in irreuerentiam & inſipientiam.*

s Doctrinam oris. *Hic ſe conuertit ad aliorum informationem, & primò ad fugiendum*

Diuiſio *peccatum oris, ſecundò operis, ibi: Duo genera. Prima in duas, quia primò docet vitare iurationem. Secundò aliam malam locutionem, ibi: Eſt & alia loquela. Circa primum excitat primò attentionem audientium, dicens: Doctrinam oris audite filij. Aure corporis & cordis.*

t Et qui cuſtodie. il. *Corde retinendo, & opere implendo.*

u Non periet la.ſua. *Malè loquendo.*

x Nec ſcandaliza. *i.ruet.* in opes nequiſ. *Et contrarium eſt de malis, ideo ſubditur.*

y In uani.ſua appre. pec. *à diabolo ſibi laqueum tendente.*

z Et ſuperbus. *Corde.*

a Et maledictus &c. *Ore.*

b Scandalizabitur in il. *id eſt cadet in diaboli laqueis.*

G c Iurationi. *Poſtquàm excitauit audientium attentionem, hic conſequenter ponit ſuam monitionem. Tamen ad maiorem ſequentium intelligentiam quæritur: vtrum aſſuefactio iuramenti ſit bona? Et videtur quod ſic, quia iuramentum ad reuerentiam nominis Dei introductum eſt, quod inuocatur tanquam infallibile teſtimonium veritatis, ergo &c. Hoc confirmatur dicto Hier. ſuper Matt. Qui iurat veneratur, aut diligit eum per quem iurat, ſed aſſuefactio vtriuſque actus. ſ. venerandi & diligendi eſt bona, ergo &c. Ad contrarium arguitur, quòd nulla iuratio ſit bona. Matt. 5. ſ. dicit ſaluator: Ego autem dico vobis non iurare omnino, ergo &c. Ad hoc dicēdum, quòd aliquid eſt bonum ſecundum ſe, quod tamen eſt nociuum, eò quòd quis vtitur eo malè, ſicut ſumere eucharistiam bonum eſt, tamen qui ſumit indignè, iudiciū ſibi mãducat & bibit. 1. Cor. 11. g. Sic eſt in propoſito. Iuramentum enim ſecundum ſe eſt licitum & honeſtum, quod patet ex eius origine. Nam ex hoc introductum eſt, quòd homines credūt Deum habere infallibilem veritatem, & omnium certam cognitionē & prouidentiam. ſimiliter patet ex fine. Ad hoc enim iuramentum inducitur, quòd lites & controuerſię inter homines terminentur, vt dicitur Heb. 6. Omnis controuerſiæ eorum. ſ. hominum finis ad confirmationem eſt iuramentum. Cedit tamen ad malum illius, qui eo indebitè vtitur. ſ. quando ſine neceſſitate & cautela debita hoc facit. Videtur tamen paruam reuerentiam habere ad Deum, qui ipſum in leui aut nulla rationabili cauſa vocat in teſtem, quod fieri non debet etiam de aliquo viro honeſto, eò quòd videtur in hoc eius irreuerentia. hoc autem fit in aſſuefactione iuramenti, ergo &c. Item quia per aſſuefactionem iuramenti imminet periculum periurij. Nam homo de facili delinquit in verbo, eò quòd lingua ſita eſt in lubrico: iurare tamen ad declarationem veritatis occultè ne pereat iuſtitia, bonum eſt & ſanctum. Sicut ſumere medicinam in caſu neceſſitatis bonum eſt, quod tamen extra caſum illum non expedit. Per dicta patent argumenta. Nam aſſuefactio magis cedit in irreuerentiam nominis Dei rationibus dictis, & ſic patet primum. Ad ſecundum dicendum, quòd Hiero. loquitur in caſu, in quo cum cautela & reuerentia debita iuratur. Ad verbum dñi Matt. 5. dicendū, quòd non omne, & quoddam non, ęquipollent. Per hoc autem quod dr: Ego autem dico vobis, non iurare omnino, non prohibetur omne iuramentum ſed iuramentum carens neceſſitate & cautela debita rationibus prædictis iurationi. Hic igitur ponit ſuam monitionem dicēs: Iurationi, & patet ex dictis ſententia.*

An iuramentum ſit bonum.

†animo

H d Nominatio uero Dei non ſit aſſi. in ore tuo. *ſ. ad iurandum, vt prædictum eſt: Debet tamen eſſe frequens in ore ad deprecandum & prædicandum.*

e Et nominibus ſanctorum non admiſ. *Iurando frequenter in ipſis.*

f Quoniam non eris immu.ab eis. *Id eſt ab offenſa eorum.*

g Sicut enim ſeruus interro.aſſi. *id eſt quæſtionatur per flagella.*

h A liuore non mi. *i.non carebit liuore cutis propter flagellationem corporis ſui.*

i Sic omnis iurans. *Per Deum.*

K Et nominans. *i. iurans per nomina ſanctorum, & hoc aſſiduè.*

l In toto a peccato non pur. *Quia per talē conſuetudinem malam in iuramentum illicitum labitur. ideo ſubditur:*

m Vir multum iurans replebitur iniquitate. *Nam ex hoc incurrit periurium per iuramentum falſum, quod eſt contra veritatem, & iuramentū iniquū, quod eſt contra iuſtitiam.*

n Et non diſcedet a domo illius plaga. *i. diuina vindicta ſaltem in futuro, & etiam aliquando in præſenti grauiter puniuntur pro notorio homines periurio.*

o Et ſi fruſtra.fra.&c. *Ex periurio ſibi damnum inferendo.*

p Delictum illius ſuper ipſum erit &c. *Quia tenetur ad reſtituendum, & debet ad hoc cogi, ſi probatum fuerit contra eum.*

c Iura- ¶ a Et



a *Dupliciter, & ſi in vacuum iurauerit, non*

A *iuſtificabitur.* Quia per ſimulationem celat veritatem; & alios per falſitatem mittit in errorem.

b *Eſt & alia loquela econtrario in mortem.* Blaſphemia, quæ ſupradictis peior eſt, vnde oportet, vt non inueniatur in hęreditate Iacob, id eſt populo eccleſiæ, qui ſupplantat vitia, & in virtutibus ſeruit Deo.

c *Indiſciplinoſæ.* Q. Diſciplinam ne deſeras, & indiſciplinato ore ſermones tuos ne proferas.

d *Anima calida.* Raba. Hęretici & ſchiſmatici ardentem animam habēt, dum ambitioſè quærunt humanam laudē, qui peruerſę mentis more, carnis incendunt ignem, dum prauæ doctrinę auditoribus immittunt errorem. Ipſi ſunt fornicarij, qui pactum quod cum Deo in baptiſmate pepigerunt, non ſeruauerunt, ſed virum priorem relinquentes, cum idolis fornicati ſunt.

e *Tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me.* Qui caſtitatis virtutem perdit, vt faciat opera tenebrarum, neminem putat ſcire quod agit, & Deum omniū conditorem fallere ſe credit, cum vul-

Ego tus domini ſit ſuper facientes mala.

a *Oculi*

& ſi diſſimulauerit, delinquet dupliciter, & ſi in vacuū iurauerit, non iuſtificabitur. Replebitur enim retributione domus illius. Eſt & alia loquela † econtrario in mortem: non inueniatur in hæreditate Iacob. Etenim à miſericordibus omnia hæc auferentur, & in delictis non voluptabunt. Indiſciplinoſæ loquelę non aſſueſcat os tuum: eſt enim in illa verbum peccati. Memento patris & matris tuę. In mediò enim magnatorum conſiſtis, ne fortè obliuiſcatur te Deus in conſpectu illorum, & aſſiduitate tua infatuatus improperium patiaris, & maluiſſes non naſci, & diem natiuitatis tuę maledicas. Homo aſſuetus in verbis improperij, in omnibus diebus ſuis non erudietur. Duo genera abundāt in peccatis, & tertium adducit iram & perditionem. Anima calida, quaſi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid † glutiat, & homo nequam in ore carnis ſuæ, non deſinet, donec incendat ignem. Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur tranſgrediens vſque ad finem. Omnis homo qui tranſgreditur lectum ſuum, contemnens in animam ſuam, & dicens: † Quis me videt? Tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me, quem vereor? Delictorum meorum non memorabitur altiſſimus, & non † intellexit quoniam omnia videt oculus illius: quoniam expellit à ſe timorem Dei huiuſmodi hominis timor, & oculi hominū timentes illum,

¶Manifeſtare veritatem iurando. ¶Otioſè. ¶Inferni ſupplicio, vbi vermis non moritur, & ignis non extinguitur. ¶Electis. ¶Inquinabuntur. ¶Doli, detractionis, erroris, blaſphemiæ. ¶Dei. ¶Eccleſiæ. ¶Doctrina eorum & exemplo vndique vallatus. ¶Patriarcharum, prophetarum, Apoſtolorum. ¶Pro iniquitatibus. ¶Tempus ſcilicet mortalitatis & culpam præuaricationis. ¶Hæreticus, cuius os maledictione & amaritudine plenum eſt. ¶Catholica doctrina. ¶Mens ſcilicet auari, quæ ardet concupiſcentia terrenorum, nec mitigatur, donec terreno lucro compenſetur. ¶Alias callida. ¶Superbus elatione cordis carnalis intumeſcens. ¶Inferre contumeliam. ¶Odij, inimicitiæ. ¶Voluptas fornicationis. ¶Donec moriatur in lecto ſuo, id eſt mortale peccatum actualis libido nis perficiat.

B

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et ſi diſſimulauerit. *Tacendo veritatem, pro cuius declaratione adducitur in teſtem iurans ſe neſcire.*

b Delinquet dupliciter. *ſcilicet contra ſe falſum iurando, & contra proximum damnificando, retinentem alienum in conſcientia, & alium in burſa, ſcilicet illum cuius pecunia retinetur.*

c Et ſi in uacu.iurauerit. *Iurando ſine cauſa vel ex leui cauſa.*

d Non iuſtificabitur. *Nam in hoc irreuerenter vtitur iuramento, vt dictum eſt ſuprà.*

e Replebitur enim retributione peſſima. *id eſt pœna debita.*

f Domus illius. *Nam filij aliquando puniuntur pœna temporali pro parentibus, & maximè quando ſunt imitatores delicti patrum. Frequenter enim hoc fit. Nam filius audiens patrem frequenter vanè iurantem, ex hoc accipit modum conſimilem.*

g Eſt & alia. *Hic conſequēter deteſtatur quædam alia peccata locutionis. Et primò peccatum blaſphemiæ, cum dicitur: Eſt & alia loquela contraria. ſ. præcedenti. Nam in iuramento inuocatur Deus, vt teſtis infallibilis veritatis, in blaſphemia verò ſibi magis imponitur crimen falſitatis.*

h In mortem. *Blaſphemia enim meretur mortem gehennæ, & etiam mortem naturæ.*

Leu.24.c *Nam blaſphemus in lege præcipitur lapidari. Leui. 24. Aliqui libri habent: Morti, & ſubintelligitur obligata, & ſic eſt eadem ſententia.*

i Non inueniatur in hæreditate Iacob. *Quia ſicut dictum eſt, blaſphemus præcipitur auferri de hæreditate Iacob per mortem.*

K Etenim a miſericor. hæc om. aufe. *ſcilicet falſa & indiſcreta iuratio, & blaſphemia.*

l Et in delictis non uoluptabunt. *id eſt non delectabuntur, ſed magis in operibus virtuoſis. Signum enim habitus generati, eſt delectatio in opere. 2. Ethicorum. Conſequenter deteſtatur peccatum locutionis irreuerentis dicens:*

m Indiſciplinoſę loquelæ. *Quæ eſt propriè loquela irreuerentiæ.*

n Non aſſueſcat os tuum. *Nam actus talis eſt malus, & conſuetudo peior. et quoniam parentibus maximè debetur reuerentia, & per conſequens irreuerentia ad ipſos eſt peſſima, ſubditur:*

C o Memento patris & matris. *Exhibendo eis debitam reuerentiam, & omnem irreuerentiam præcauendo.*

p In medio enim magnatorum conſi.&c. *quaſi dicat licèt ad maiorem ſtatum factus ſis notus quàm parentes tui, non tamen debes eorum reuerentiæ obliuiſci.*

q Ne fortè obliuiſcatur te Deus. *Gratiam ſuam tibi ſubtrahendo, & te confuſibiliter deijciendo.*

† contumeliam r Et aſſiduitate tua. *Circa pare. tam irreuerentiam.*

s Infatuatus improperium patiaris. *à Deo & hominibus.*

t Et maluiſſes non naſci. *Ex impatientia tuę deiectionis, ſicut faciunt multi. Conſequenter deteſtatur peccatū locutionis iniurioſę, dicens:*

u Homo aſſuetus in uerbis improperij. *Sicut fuit Semei, vt habetur. 2. Reg. 16.*

x In omnibus diebus ſuis non erudietur. *Quia contemnit monita aliorum.*

Diuiſio y Duo genera. *Poſt peccato locutionis, hîc conſequenter deteſtatur triplex peccatum operis. Et primò ponit duo breuiter ſe expediendo. ſecundò tertium magis immorando, ibi: Homini fornicario. Circa primum dicit: Duo genera abundant in peccatis. quia ſunt cauſa plurium ſequentium, ſ. cupiditas, quæ eſt radix omnium malorum. 1. Timo. 6. b. & gulofitas, quæ eſt occaſio multorum malorum, & ſpecialiter per ebrietatem.*

z Et tertium adducit iram. *Vindictæ diuinæ, & perditionem gehennę. Et iſtud eſt adulterium, de quo poſtea magis proſequitur, & de primo ſubdit:*

Boetius a Anima calida quaſi ignis ardens. *Ardore cupiditatis, de quo dicit Boetius lib. 2. de conſolatione, metro. 5. Sæuior ignibus Aetnæ ardet amor habendi.*

b Non extinguetur donec aliquid glutiat. *Aliorum bona malè acquirendo. Et ſubditur de ſecundo.*

D c Et homo nequam in ore carnis ſuæ *id eſt guloſus qui ſibi nequam eſt per os ... quia guloſitas non ſolum nocet animæ propriæ, ſed etiam corpori, generans ... & infirmitates.*

† deglutiat d Non deſinet donec incendat ignem. *ſcilicet luxuriæ. Nam virtus nutritiua materiam miniſtrat generatiuæ. vnde dicit Hierony. Venter mero æſtuans, ſtatim ſpumat in libidinem.*

Diuiſio e Homini fornicario. *Hic ponitur tertium, & primò quantum ad virum. ſecundò quantum ad mulierem, ibi: Sic & mulier. Circa primum dr: Homini fornicario. i. luxurioſo.*

f Omnis panis dul. *id eſt omnis aliena mulier appetitus.*

g Non fatigabitur tranſgrediens. *i. non ceſſabit tranſgredi mandatū Dei, Exo. 20. b. Non mœchaberis.*

h Vſque ad finem &c. *Vitæ ſuæ. Et quia peccatum luxuriæ hebetat mentem, eò quod reddit hominem beſtialem, ſubditur:*

i Omnis homo qui tranſgreditur lectum ſuum &c. *Per adulterium.*

K Contemnens in animam ſuam. *i. contemptum animæ ſuæ inferens propter carnis ſuæ voluptatem.*

l Et dicens &c. *Excęcatus voluptate.*

m Quis me uidet &c. *Quaſi dicat nullus, nec homo, nec Deus, & patet litera. Et ſubditur erroris cauſa, cum dicitur:*

† intelligit n Quoniam expel.a ſe timo. Dei huiuſmodi hominis timor &c. *id eſt timor adulteri quo timet voluptate priuari, expellit à ſe timorem Dei. Motus enim maiores depellunt minores ſecundum Philoſophum. Adulter verò nimis fortiter trahitur à voluptate, & ſic retrahitur à Dei timore.*

o Et ocu.ho.tim.illum. *id eſt homines conſcij ſui adulterij, qui in hoc ſibi ſeruiunt timore ducti, ne eius offenſam incurrant, & adulando de facinoribus ſuis eum commendant, & ſic in ipſis eum nutriunt, & per conſequens timorē Dei ab ipſo expellunt, propter quod non conſiderat, quòd Deus ipſum videat ad puniendum. ideo ſequitur.*

o Me-



¶ a Et

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Oculi domini.* Quia illi nihil præteritum, & nihil futurum
E eſt, omnia præſentia ſunt.

b *Hic in plateis.* Adulter libidinoſus, de quo ſuperius dictum eſt, qui quaſi equus & mulus laſciuiendo diſcurrit per latam & ſpacioſam viam, quæ ducit ad mortem.

c *Sic & mulier.* Æqualiter & in viro & in fœmina damnatur adulterium, & gemē huius copulæ abominabile eſt Deo. Myſticè autem hæreticorum ſynagoga, vel anima hæretica prauitate decepta, abominabilis eſt Deo, quia relinquit virum priorem, qui ſibi eam in baptiſmate copulauit, & ornamento virtutum decorauit.

d *Hæc in eccleſiam.* Quia eius peruerſitas in conuentu fidelium, per ſolertiā doctorum declaratur.

e *Et rami.* Quia ſecta illius fundamentum veritatis non habet, fructum bonorum operum gignere non poteſt.

f *Longitu.* Quia in æterna beatitudine in æternum permanebūt qui ſequuntur Deum.

## GLOS. ORD. CAP. XXIIII.

S *Apientia laudabit animam ſuam &c.*
g *In medio popul.* Quia in oſtenſione miraculorum ad laudem Dei prouocabat populum. Vnde: Omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo. Luc.19.g

a *Virtutis*

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et non cogno. *i. cognoſcere neglexit.*

F b Quoniam oculi do. multo plus lu. ſunt ſu. ſo. *Claritas enim ſolis, non eſt niſi quidam effectus, & modica ſcintilla diuinæ claritatis.*

c Circumſpicientes omnes. *Quantumcūq; occultas.*

d Et profun. abyſ. *Ad quod non pertingit lux ſolis.*

e Et homi. cor. *Quæ ſoli Deo ſunt nota.*

f Do. e. de, ante. crea. *Nam eſt agens per intellectum, & ſic præcognoſcens.*

g Sic & poſt perfectum. *id eſt poſt creationem rerum.*

h Reſpicit omnia. *Ex quo enim præcognouit, antequàm eſſent in effectu, ſequitur, & poſtea, ſubditur autem adulteri pœna cum dr̄:*

i Hic in plateis ci. uindi. *i. punietur: quia in palam lapidari præcipitur, vt prædictum eſt.*

K Et quaſi pullus equinus, *id eſt indomitus & voluptati deditus.*

l Fugabitur. *Vt ſic captus puniatur.*

m Et erit dedecus omnibus. *Amicis ſuis ex vilitate criminis & punitionis.*

n Sic & mulier omnis relinquens uirum ſuum. *Hic conſequenter deteſtatur peccatum adulterij quantum ad mulierem, dicens: Sic & mulier omnis relinquens virum ſuum, peccabit; quia tenetur ei obedire & debitū reddere.*

o Et ſtatuens hæreditatem. *id eſt hæredem viri ſui.*

p Ex alieno matrimonio. *Quando adulter eius eſt vxori alligatus, & ſic filium quem ex eo concipit, priuat hæreditate paterna, & ipſum inſtituit in aliena.*

q Primo enim in lege al. incredi. fu. *Quæ dicit Exo. 20. b. Non mœchaberis.*

r Secundo uirum ſuum dereliquit. *Abutens corpore ſuo proprio, cum non habeat eius poteſtatem, ſed vir. 1. Cor. 7.*

s Tertio in adulte. fornicata eſt &c. *Id eſt polluta.*

t Et ex alio uiro fi. ſta. ſi. &c. *ſcilicet marito ſuo. Et quia ſecundum legem debet publicè puniri, ſubditur:*

u Hæc in eccleſiam addu. &c. *id eſt in conſilio coram iudicibus.*

x Et in filios eius reſpicietur &c. *Vtrum ſint legitimi vel illegitimi, & ſi probentur illegitimi, eijcientur de domo mariti. ideo ſubditur:*

y Non tradent filij eius &c. *Sic dictum fuit Iephte Iudicum vndecimo.*

z Radices &c. *Quia non ſtabilientur in hæreditate mariti.*

a Et rami eius &c. *id eſt filij filiorum.*

---

& non cognouit, quoniam oculi dn̄i multò plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circūſpicientes omnes

a ¶Cogitationes, actiones.

viās hoīm, & profundum abyſſi,

a ¶Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius.

& hominū cōrda intuētes in abſconditas partes. Dn̄o enim Deo

a ¶Ante omnia præſciebat, quæ facit peremptoria.

antēq̄ crearentur, oīa ſunt agnita, ſic & poſt perfectum reſpicit oīa. Hic in plateis ciuitatis † vindicabitur, quaſi pullus equinus fugabitur, & vbi non † ſperauit

a ¶Laqueo perditionis. b ¶In iudicio. c ¶Sordibus vitiorum pollutus.

apprēhendetur. Et ērit dēdecus

a ¶Sanctis.

ōmnibus, eò q̄ non intellexerit timorem dn̄i. Sic & mulier omnis relinquens virū ſuū, † & ſtatuens hereditatem ex alieno matrimo-

a ¶Quia fidem patrum & traditionem ſcripturarum ſeruare noluit.

nio. Primò em̄ in lege āltiſſimi

a ¶Deum.

incredibilis fuit, & ſecūdò virūm ſuum dereliquit, tertiò in adulte-

¶Diabolo ſociata.

rio fornicata eſt, & ex alio uiro fi-

a ¶Praua dogmata & peruerſa opera, quæ inſtinctu diaboli generauit.

liōs ſtatuit ſibi. Hæc in eccleſiam adducetur, & in filios eius reſpicietur. Non tradent filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum. Derelinquēt in maledictū memoriā illius, & dedecus illius non delebitur. Et agnoſcent qui derelicti ſunt, quoniam nihil me

a ¶Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua &c.

lius q̄ timor Dei, & nihil dūlcius quàm reſpicere in mandatis dn̄i.

a ¶Qui in luce ambulat non offendit.

Glōria magna eſt ſequi dominū, longitudo enim dierum aſſumetur ab eo.

## CAP. XXIIII.

a ¶Chriſtus. b ¶Laudabilem oſtendit. c ¶Vitam.

Sapiēntia laūdabit animām

a ¶In cælis cum patre, & ſpiritu eſt, & in terra adoratur

ſuām, & in † domino honorabitur,

a ¶Chriſtiani.

& in medio pōpuli ſui glo-

a ¶Conuentibus fidelium. ¶Dei.

riabitur, & in ēccleſijs altiſſimi

---

b Non dabunt fructum. *Id eſt non proſperabuntur. ideo ſubditur:* G

c Derelinquent in maledi. memoriam eius. *ſcilicet matris adulteræ, cui maledicent homines, miſeriam filiorum adulterinorum videntes.*

d Et dedecus il. non dele. *Coram Deo, ſi perſeueret in malo: Nec etiam coram hominibus vſque ad magnum tempus. Conſequenter ex dictis de adultero & adultera concludit intentum, dicens:*

e Et agnoſcent qui dereli. ſunt. *ſ. cæteri viri & mulieres.*

f Quoniam nihil me. quam timor Dei. *ſcilicet filialis, qui cauet offenſam Dei.*

g Et nihil dul. *Animæ palatum bene diſpoſitum habenti.*

h Quam reſpi. in manda. Dei. *Non ſolum ſpeculatiuè cognoſcendo, ſed etiam practicè opere adimplendo.*

i Gloria magna eſt ſequi dominum. *Per viam iuſtitiæ.*

K Longitudo enim dierum. *Id eſt æterna vita.*

l Aſſumetur ab eo. *id eſt à Deo qui dat illam ſequentibus ipſum, per viam mandatorum ſuorum.*

† iudicabitur † ſperabit † peccabit

## NICOLAVS DE LYRA.

## CAP. XXIIII.

SApientia. *Superius à tertio capitulo & citrà, actum eſt de exercitio virtutum, hic conſequenter agitur de ſtatibus eccleſiæ, in quibus fit hoc exercitium. Et quia huiuſmodi ſtatus ſecundum ordinem diuinæ ſapientiæ diſtinguuntur, ideo primò ponitur ſapientiæ commendatio. Secundò ſubditur huiuſmodi ſtatuum diſtinctio, cap. ſequenti. Ad euidentiam autem dicendorum ſciendum, quòd aliqui exponunt hoc capitulum de lege veteri & noua, quæ dicitur ſapientia diuina, quia non eſt humanitus inuenta, ſed diuinitus reuelata.* H *Ad hoc autem allegant quod dicitur infrà eodem cap. Hæc omnia liber vitæ & teſtamentum altiſſimi. Sed ſaluo meliori iudicio, hoc non videtur rationabiliter dictum. Nam in perſona ſapientiæ de qua fit hic ſermo, dicitur in hoc ca. Ego feci in cælis vt oriretur lumen indeficiens. Quod factum fuit à principio creationis mundi. Lex autem vetus poſtea fuit data. Exod. 20. quaſi per duo milia annorum, & noua poſtea per tantum tempus & amplius. Præterea de eadem ſapientia, de qua fit hic mentio dicitur: Ab initio & ante ſecula creata ſum. Quod non poteſt dici de lege veteri vel noua. Item hæc expoſitio fauere videtur errori Iudæorum, qui fingunt legem veterem creatam fuiſſe ante mundum, vt infrà plenius dicetur. Propter quod dicēdum, quòd hic agitur de ſapientia diuina perſonaliter dicta, quæ eſt ſapientia genita. Vnde in eius perſona dicitur hic: Ego ex ore altiſſimi prodij. Et de hoc fuit plenius dictum in principio huius libri. Sic ergo proceditur: quia primò ponitur huius ſapientiæ cōmendatio. ſecundò deſcribitur eius generatio, ibi: Ego ex ore &c. tertiò ſoluitur tacita quæſtio ibi: Adhuc doctrinam. Circa primum dicitur:*

m Sapientia laudabit animam ſuam &c. *Id eſt ſeipſam, eo modo loquendi quo dicitur Hiere. 51. b. Iurauit dominus exercituum per animam ſuam: id eſt per ſeipſum. Gen. 22. c. Per memetipſum iuraui dicit dominus. Laudauit enim ſapientia genita (quæ eſt idem quod verbum diuinum) ſeipſam per Angelos, & prophetas, & alios ſanctos, & etiam per ſeipſam in humanitate aſſumpta, exprimens excellentiam quam habebat à patre, Iohannis decimo. f. Ego & pater vnum ſumus.*

n Et in domi. honorabitur &c. *i. in Deo patre venerabitur: quia ſicut pater eſt in filio, & econuerſo, vt dicitur Ioan. 14. Sic filius honoratur in patre, & pater in filio.*

o Et in medio po. ſui glo. *i. in medio ſanctorum Angelorum & etiam hominum qui ſunt eius populus.*

p Et in ec. al. ape. os ſu. *In eccleſia triūphante illuminādo Angelos, &* docendo

b Non

---



a *Virtutis illius &c.* Angelorum, religioſorum. vnde: Gloria
A in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

b *Ego ex ore.* Quia verbum conſubſtantiale, coæternum. Quia non ſum creatura, ſed ab initio ex patre genita, per quam omnis creatura. Dicitur tamen primogenitus omnis creaturæ, non tempore ſcilicet, ſed honore, ſecundum illud: Filius meus primogenitus Iſrael. Exo.4.f.

c *Ego feci in cælis.* In cœlis oritur lumen, nebula tegitur caro, quia ſicut claritate ſua præcellit obſcuritatem nebulæ, ſic ſpiritualis creatura corporalem præcellit dignitatem.

d *Thronus meus.* Humanum corpus nullo pōdere peccati prægrauatum, ſed Dei virtute ſublimatum, in quo potētia diuinitatis iudicia ſua exercuit. vnde: Ecce dominus aſcendet ſuper nubem leuem &c. Iſa.9.a.

a *Creauit*

## NICOL. DE LYRA.

† prodij

*docendo, & militante in humanitate aſſumpta prædicando in templo, & Apoſtolos docendo.*

a Et in conſpe. vir. il. *Id eſt in operibus miraculoſis virtute altiſſimi factis, quia fiebant ad declarationem ſuæ deitatis.*

b Et in medio po. ſui exal. *Nam de medio Apoſtolorum, & ipſis videntibus eleuatus fuit in cælum, Marci vltimo, & Act. primo.*

† carnem † alijs

c Et in plenitudine ſancta admi. *de qua dicitur Iohan. 1. d. Videmus eum quaſi vnigenitum à patre, plenum gratiæ & veritatis. Et ibidem ſubditur: Et de plenitudine eius omnes nos accepimus.*

d Et in multitudi. elec. ha. laudem. *Nam à ſanctis Angelis & electis laudabitur in cælis.*

e Et inter benedictos benedicetur. *Id eſt*
B *bona dicetur, dicendo illud quod ſequitur de ſua emanatione æterna, per quam habet bonitatem infinitam à patre ſicut & deitatem: non tamen aliam numero, ſed eandem.*

f Ego ex ore. *Hic conſequenter deſcribitur ſapientiæ genitæ generatio. Et primò generatio æternalis ex patre, ſecundò temporalis ex virgine, ibi: Toſkit Dauid. Prima in duas, quia primò deſcribitur generatio verbi. ſecundò per verbum creatio mundi ibi: Ego feci. Et ſimilem proceſſum tenet beatus Iohannes in principio Euangelij ſui, vbi verbi diuini primò ponit emancipationem, dicens, Iohan. primo. a. In principio erat verbum &c. Secundò, mundi creationem, dicens: Omnia per ipſum facta ſunt. Tertiò, verbi incarnationem, cùm ſubditur: Et verbum caro factum eſt &c. Circa primum in perſona verbi vel ſapientiæ genitæ dicitur: Ego ex ore al. Id eſt Dei patris.*

g Prodij. *Et dicitur hic os altiſſimi potentia generatiua patris, qua producitur verbum incarnatum ſpirituale, quod eſt filius Dei, ſicut ore carnali producitur verbum ſenſibile: nam intelligibilia ſignificantur per ſimilitudines ſenſibilium.*

h Primogenita ante omnem creaturam. *Ex hoc patet, quòd ſcriptura non loquitur hic de ſapientia diuina eſſentialiter dicta: quia hæc non eſt generans nec genita: Nec etiam de ſapientia quacunque creata, per hoc quod dicitur ante omnem creaturam. Sciendum tamen, quòd Iudæi moderni in ſuo errore obſtinati negando diuinitatem Chriſti habent per conſequens negare diſtinctionem perſonalem in Deo genitoris, & geniti, quæ tamen hic exprimitur, ſed de hoc libro non curant, quia ipſum non recipiunt. Librum autem Prouerbiorum Salomonis inter ſanctos libros recipiunt, vbi octauo capitulo de ſapientia diuina ponitur eadem ſententia: Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram. Et ibidem: Ante omnes colles ego parturiebar, vbi verò eſt conceptus & partus, ibi eſt generans & genitus. Ratio verò, & natura non patiuntur, quòd eadem ſimplex perſona reſpectu ſuijpſius ſit generans & genita, nulla enim res ſeipſam gignit, vel ad eſſe producit. Ad euitandum igitur in Deo diſtinctionem genitoris, & geniti, finxerunt quòd lex fuit creata ante mundum per duo milia annorum, vt ſic de ipſa dicatur: Ante omnes colles ego parturiebar, id eſt creabar. Sed hoc patet manifeſtè falſum, quia lex non potuit per ſe creari, ſed in mente aliqua angelica vel humana vel in ſcripto, vt in lapidibus ſcripta fuit lex Moyſi, vel in aliqua alia materia. Et vterque modus præſupponit alterius creationem.*

---

a ¶Vnde. Aperuit os ſuum dicens, Beati pauperes ſpiritu.

aperiēt os ſuum, & in conſpectu virtutis illius gloriabitur, & in

¶Chriſtiani. a ¶Exaltate dominum Deum noſtrum.

medio populi ſui exāltabitur, &

a ¶De plenitudine eius omnes accepimus. b ¶Mirabilis Deus in ſanctis ſuis.

in plenitudine ſancta admirabitur,

a ¶Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.

& in mūltitudine electorum habebit laudem, & inter bene-

a ¶Sanctos. in ſecula. b ¶Qui eſt ſuper omnia benedictus c ¶Verba ſapientiæ. ¶Sapientia.

dictōs benēdicetur. Egō ex ore

¶Secundum deitatem.

altiſſimi † prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Ego fe-

a ¶Spirituali creatura, angelis ſcilicet. b ¶Rationis & intelligentiæ.

ci in cœliſs, vt oriretur lūmen indeficiens,

a ¶Corporalem creaturam.

& ſicut nebula texi ōmnem

¶Omnem naturam. cum patre & ſpiritu. a ¶Supra omnem creaturam. ¶Significat diuinam naturam.

† terram. Ego in † āltiſſimis habitaui, & thronus meus in co-

a ¶Cœleſtia. ¶Omnipotentiam ſapientiæ & fortitudinem ſignificat.

lumnā nubis. Gyrum cœli circumiui ſola,

a ¶Omnia ſcilicet quæ ſunt ſub terra.

& profūndum abyſſi penetraui,

a ¶Omnibus quæ in mari ſunt & in terra.

& in flūctibus maris ambulaui,

a ¶Vnde: Laudent illum cœli & terra, mare & omnia quæ in eis ſunt.

& in ōmni terra ſteti. Et in omni populo, & in omni gen-

a ¶Rationali creatura. b ¶Vnde dedit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur &c.

tē primatum habui, & omniūm excellentium & humilium corda

a ¶Gentibus ex quibus congregatur eccleſia, quæ eius eſt hæreditas. Vnde: Hæreditas mea præclara eſt mihi.

virtute calcaui. Et in his ōmnibus

---

*tionem. Hoc etiam dictum eſt ita irrationabile, q̄ non eſt contra ipſum diſputandum.* C

i Ego fe. *Hic conſequenter deſcribitur proceſſus creaturarum per ſapientiam genitam ſiue verbum. Et primò proceſſus iſte declaratur, ſecundò per ſcripturam confirmatur, ibi: Hæc omnia liber. Prima adhuc in duas, quia primò declaratur proceſſus creaturarum quantùm ad eſſe gratiæ, ibi: Et in his omnibus. Circa primum dicitur in perſona ſapientiæ genitæ ſiue verbi: Ego feci in ce. vt ori. lu. in. & de lumine corporali patet Gen. 1. a. Dixit Deus: Fiat lux, & facta eſt lux. ſicut ibidem plenius explicaui.* Diuiſio. Creaturarum proceſſus Deo exiſtit.

K Et ſicut ne. te. omnem ter. *Duobus enim primis diebus formationis rerum, elementa quatuor non fuerunt abinuicem plenè diſtincta: nam aqua tunc non habuit completam denſitatem, ſed quaſi vaporaliter erat eleuata per totum aerem. Et ſic per modum nebulæ tegebat totam terram. Tertio verò die qua diſtincta fuerunt elementa, accepit à Deo debitam denſitatem, qui & fecit in terra concauitates ad recipiendum aquæ partem, & ſic apparuit arida, & elementa diſtincta, prout dictum fuit plenius Gene. 1.* Ordo formationis rerum.

l Ego in altiſſimis habitaui. *diſponendo cælum empyreum, quod ſtatim factum fuit angelis repletum.*

m Et thronus meus. *id eſt poteſtas mea.*

n In columna nubis. *per ipſam enim diſponitur generatio nubium in aere.*

o Gyrum Cœli. *id eſt cælum ſydereum luminaribus, & ſtellis ornatum.*

p Circumiui ſola. *diſponendo motum orbium. Sciendum tamen quòd per li ſola, non excluditur pater, & Spirituſſanctus: nam ſecun. Philoſophum. 2. Elenchorum, ſolus idem eſt quod non cum alio. Et ideo quando determinat aliquod ſubiectum in ordine ad prædicatum non excludit à conſortio prædicati illud quod habet identitatem cum ſubiecto, ſed quod habet alietatem. Pater autem, & filius, & Spirituſſanctus ſunt vnum ſimpliciter in eſſentia, & diſtinguuntur in perſona: propter quod dictio excluſiua addita vni perſonæ in ordine ad prædicatum perſonale, facit excluſionem aliarum perſonarum, vt cum dicitur: Solus pater generat: filius enim & Spirituſſanctus non generant. Si autem prædicatum ſit eſſentiale: tunc non excluduntur aliæ perſonæ, ſed magis includuntur, eò quòd ſunt vnum in eſſentia: ſic eſt in propoſito: quia circumire cælum per diſpoſitionem motus orbium eſt commune toti trinitati, ſicut & creare: & ideo cùm dicitur in perſona ſapientiæ genitæ: Gyrum cœli circumiui ſola: per li ſola, non excluduntur pater, & Spirituſſanctus, ſed magis includuntur.* D

q Et profun. abyſſi pene. *Præparando concauitates in terra, vt ibi congregatis aquis appareret arida, quæ congregatio vocatur oceanus vel abyſſus.*

r Et in fluctibus ma. am. *ſaluando Noe, & qui cum eo erant in arca inter aquas & fluctus diluuij.*

s Et in omni ter. ſteti. *ſtabilitatem ei dando vndique circa centrum mundi.*

t Et in omni po. & in omni gen. prima. tenui. *nam omnis poteſtas hominum à Deo eſt.*

u Et omnium excel. & humi. corda vir. cal. *ſic habent libri correcti, & patet ſenſus: Nam omnes tam magni quàm parui Dei filio ſunt ſubiecti, quia toti trinitati.*

x Et in his om. *Hic conſequenter ponitur effectus ſapientiæ in creaturis, quantùm ad eſſe gratiæ: hic autem effectus habet locum in Angelis & hominibus: & de Angelis hic tacetur, de quorum confirmatione in bonum parum loquitur ſcriptura. Iuſtificatio verò hominum per gratiam facta eſt à tota trinitate per cognitionem Dei & amorem ſupernaturalem, ad quam eleuati ſunt patres ſancti ex electione diuina. Et ideo primò ponitur hæc electio. ſecundò electionis confirmatio, ibi: Ab initio. tertiò confirmationis fructificatio, ibi: Quaſi cedrus. Circa primum ſciendum, quòd nulli homini gratia Dei denegatur, cum velit omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, vt dicitur, 1. Timo. 2. b. Sed aliqui ea carent, quia non ſequuntur diuinum inſtinctum ad ſupernaturale bonum, & ſic non datur eis gratia habitualis quæ datur ſequentibus ipſum, ſicut aliàs diffuſius declaraui in pluribus locis. Dicit igitur Dei ſapientia: Et in his omnibus. ſcilicet hominibus.* Diuiſio.

a Requiem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Creauit.* Secũdum humanitatem ſingulari puritate de ſpi E rituſancto conceptam, de virgine editam.

b *In iacob.* Incarnatione ſaluatoris ſpecialiter Iudæis vti cõceſſum eſt, & ſpecialiter ad Iudæos venit, vnde: Non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Vnde per Matt. 15. c. Iacob figurantur Iudæi, per Iſrael verò Gentiles.

c *Ab initio.* Sacramentum incarnationis ante ſecula præſcitum & prædeſtinatum, permanet in ſeculum ſeculi. Et inhabitationes eccleſiæ, id eſt ritũ veræ religionis diſpoſuit.

d *Et ſic in si.* Sion eccleſia, quæ & Ieruſalem, quę à primo iuſto vſque ad nouiſſimum ædificatur, & in qua ſapientia quotidie fructificat.

a In Libano.

requiem quæſiui, & in hæreditate † domini morabor. Tunc præcepit & dixit mihi creator oium, & q creauit me, requeuit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Iacob inhabita, & in Iſrael hæreditare: & in electis meis mitte radices. Ab initio & ante ſecula creata ſum, & vſque ad futurum ſeculum non deſinam, & in habitatione ſancta corã ipſo miniſtraui. Et ſic in Sion firmata ſum, & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui, & in Ieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine ſanctorum detentio

† eius

a ¶Filius ſecundum humanitatem intelligit patrem maiorem.

a ¶Humanæ naturæ in qua habitauit plenitudo diuinitatis.

a ¶Super quem requieſcit ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum. b ¶Manifeſta ſcilicet quia ibi voluntas eius adimpletur.

a ¶Chriſtiano, qui nomine Chriſti honoratur, qui pars eius & hæreditas eſt.

a ¶Quia illi membra ſunt corporis eius, cum ut ipſe omnia in omnibus.

## NICO. DE LYRA.

a Requi. quæ. *in ipſis habitando per gratiam. Vnde Prouerb. 8. d. dicit hæc ſapientia: Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum. Veruntamen quia multiplicatis hominibus poſt diluuium declinauerunt communiter ad idololatriam. Abraham tamen & qui ab eo deſcenderunt per Iacob nepotem ſuum in fide vnius veri Dei ſteterunt: propter quod hæreditas domini uocati ſunt. Deut. 32. a. Pars autem domini populus eius. Iacob funiculus hæreditatis eius, ideo ſubditur:*

b Et in hæreditate domini morabor. *per gratiam patres illos ſanctificando.*

c Tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium, *ſcilicet illud quod poſtea ſubditur. Vel aliter: tunc præcepit & dixit mihi, id eſt figuræ meæ, ſicut imago Herculis dicitur Hercu-* F *les. Creator omnium, ſcilicet illud quod poſtea ſubditur: In Iacob inhabita &c. & interponitur. Et qui creauit me &c. Ad intellectum huius ſciendum, quòd licet tota trinitas iuſtificet homines per gratiam, tamen ad faciendum hanc iuſtificationem non dicitur pater miſſus, ſed tantum filius & ſpiritusſanctus, quia inuiſibilis miſſio perſonæ diuinæ duo includit, ſcilicet quòd perſona illa nouo modo inhabitet mentem rationalem per gratiam, & quòd iſta perſona procedat ab alia. Iſtud ſecundum non conuenit patri, propter quod non conuenit ſibi mitti. Vnde dicit Auguſt. 2. de trinitate. Pater nunquam legitur miſſus, ſed filio, & ſpirituiſancto conuenit mitti, non ſolum viſibiliter ſicut filius apparuit in carne, & ſpiritusſanctus in columbæ ſpecie, ſed etiam inuiſibiliter per dona quibus inhabitant mentem, ſcilicet ſpiritusſanctus per donum charitatis, & alia quæ perficiunt voluntatem. Filius autem per donum ſapientiæ, & alia quæ perficiunt intellectum, eò quòd ſpiritusſanctus procedit per modum voluntatis, & filius per modum intellectus. Hæc igitur miſſio ſapientiæ genitæ à patre, poteſt dici præceptum loquendo largè, & ſic dicit: Tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium, id eſt Deus pater emittens dicto modo filium. Et quia poſſet aliquis credere, quòd per talem miſſionem filius ſepararetur à patre: propter hoc antequam vltrà procedatur, iſtud remouetur, cùm dicitur:*

An pater ei [illegible] miſſus ad iuſtificationem hominis

d Et qui creauit me. *id eſt æternaliter generando dedit eſſe, quod largè quidem poteſt dici creatio, vt diffuſius dictum fuit ſuprà. 1. ca. exponendo illud: Prior omnium creata eſt ſapientia.*

e Requieuit in tabernaculo meo. *in meipſa: quia propter dictã miſſionem filius, qui eſt ſapientia genita, non deſinit eſſe in patre, nec pater in filio. Conſequenter reſumit propoſitum. di.*

f Et dixit mihi. *Deus pater.*

g In Iacob inhabita, & in hæreditate. *id eſt in populo deſcendente à Iacob, qui alio nomine dictus eſt Iſrael, Gene. 32. In hoc enim populo remanſit fides & cultus vnius veri Dei, cæteris communiter ad idololatriam declinantibus. Sciendum tamen, quòd iſte populus magis denominatur à Iacob qui & Iſrael, quàm ab Abraham & Iſaac, quia non omnes eorum filij fuerunt fideles, vt patet de Iſmaele & Eſau, ſed omnes filij Iacob fuerunt Dei cultores: propter quod & tribus illius populi denominantur ab eis.*

h Et in electis meis mitte radices. *id eſt præcepta decalogi, & alia ceremonialia, & iudicialia, quæ fuerunt illi populo data, vt per eorum obſeruantiam radicaretur in ſapientia diuina.*

i Ab initio. *Hic conſequenter ponitur electionis prædictæ confirmatio, quæ fuit facta per ſtabilitatem regni & ædificationem templi temporibus Dauid & Salomonis. Præmittitur tamen hic ſapientiæ genitæ æternitas, vt per hoc oſtendatur cauſa ſufficiens ſtabilitatis in alijs. Dicit igitur: Ab initio. per hoc non poteſt intelligi initium temporis. quia ſubditur:*

K Et ante ſecula. *ſed intelligitur ipſe pater, qui eſt principium emanationis perſonarum. Et ante ſecula. id eſt æternaliter, quia filius æternaliter procedit à patre.*

G

l Creata ſum. *id eſt ab eo accipiens eſſe per generationem, quæ largè loquendo poteſt dici creatio, vt plenius eſt dictum ſuprà primo. cap. Aliter exponunt aliqui: Creata ſum. id eſt præuiſa creari ſecundum humanam naturam in vnitate perſonæ aſſumendam. Licèt autem hæc expoſitio contineat veritatem, non tamen videtur eſſe ſecundum autoris libri huius intentionem, vt dictum eſt ſuprà primo cap. Hoc etiam videtur ex proceſſu huius capituli, in quo à principio vſque ad finem ponuntur prærogatiuæ ſapientiæ, ſic autem præuideri non eſt aliqua eius prærogatiua: quia conuenit omni creaturæ quantumcunque minimę. Nam ab æterno præuiſum eſt quodcunque producitur in tempore.*

m Et vſque ad fu. ſe. non deſi. *id eſt æternaliter perſiſtam.*

n Et in habitatione ſancta. *id eſt in mentibus ſanctorum.*

o Coram ip. *Deo patre.*

p Miniſtra. *id eſt miſſionem meam inuiſibilem per earum ſanctificationem impleui, modo ſuprà dicto. Vel aliter: Et in habitatione facta, id eſt in congregatione iuſtorum. Coram ipſo miniſtraui, id eſt miniſtrare feci per Aaron & alios ſacerdotes bonos, ſicut dicitur Gene. 22. c. in perſona domini: Nunc cognoui, quòd timeas dominum, id eſt alios cognoſcere feci.*

q Et ſic in Sion. *Hic conſequenter ponitur electionis dictæ confirmatio ſcilicet per ædificationem templi & confirmationem regni tempore Dauid & Salomonis: & ſic dicit ſapientia Dei: Et ſic in Sion firmata ſum. Iſta tamen firmatio non dicit aliquam mutationem in Deo, ſed in creatura, in qua firmius ſtabiliuntur dona diuina. Dicitur autem Dei ſapientia firmata in monte Sion,* H *eò quòd ibi fuit ædificatum templum. 3. Regum ſexto. in quo arca & propitiatorium quæ repræſentabant ſedem Dei, vt dictum fuit Exod. vigeſimoquinto. habuerunt ſtabilem manſionem, nec vltra fuerunt portata de loco ad locum, ſicut antè fuerant per deſertum, & poſtea in terra promiſſionis, vt patet in pluribus locis. 1. Regum.*

r Et in ciui. ſan. *ſcilicet Ieruſalem ad diuinum cultum electa. 3. Regum octauo.*

s Similiter requieui. *per ſpecialem habitationem, eò quòd vigebat ibi cultus Dei.*

t Et in Ieruſalem poteſtas mea. *quia facta fuit ciuitas metropolis & regia, & hoc ex ordinatione ſpeciali diuina.*

u Et radicaui. *id eſt dona mea firmius ſtabiliui.*

x In populo honorifica. *id eſt in populo Iſrael: qui fuit honorificatus à Deo præ cæteris populis, eò quòd diſpoſuerat ab æterno ex illo carnem aſſumere, propter quod dedit ei legem & prophetas, ſacerdotium, & regnum: propter quod dicitur Deuteron. 4. b. Quæ eſt enim alia gens ſic inclyta? & Pſal. 157. b. Non fecit taliter omni nationi &c.*

y Et in partes Dei mei hæ. il. *ſcilicet populi honorificati. Ad cuius intellectum ſciendum, quòd li mei poteſt eſſe genitiuus huius pronominis ego, & ſic eſt ſenſus: Et in partes Dei mei. id eſt in partes Dei, qui Deus ſum ego.*

z Hæreditas illius. *quaſi dicat vita beata, quæ eſt electorum hæreditas vera, eſt in partes meas, id eſt apud me. Alio modo poteſt eſſe genitiuus huius pronominis meus, & ſic eſt ſenſus: In partes Dei mei. id eſt apud patrem qui eſt Deus meus. Hæreditas illius. id eſt beatitudo populi honorificati, & vtroque modo continet veritatem. Nam electorum beatitudo conſiſtit obiectiuè in patre, & filio. Iohan. 17. a. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Per hoc tamen non excluditur ſpiritusſanctus, ſed magis includitur, vt patet ex ſupradictis. Sed remanet quæſtio, quomodo pater dicitur Deus filij? Ad quod dicendum, quòd habendo reſpectum ad humanitatem eſt manifeſtè verum. Vnde dicitur Iohan. 20. e. Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum. Habendo verò reſpectum ad naturam diuinam poteſt, etiam verificari. Dicitur enim filius ſecundum diuinam naturam Deus de Deo, ſicut dicitur in ſymbolo de ipſo: Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: & ſic vt videtur, in perſona filij de patre poteſt dici: In partes Dei mei, id eſt patris qui eſt Deus à quo ſum: idem tamen Deus cum ipſo in eſſentia diſtinctus tantum in perſona.*

a Et in plenitudine ſanctorum. *id in congregatione eorum.*

b Detentio mea. *id eſt manſio mea per gratiam, Matth. 18. c. Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ſum.*

a Quaſi cedrus.



a *In Libano.* Ra. Libanus mons eſt Phœnicis, dictus à thure A quod ibi colligitur. Siõ collis eſt vrbi ſupereminẽs, & interpretatur ſpeculum. Hæc ergo nomina arborum & montiũ eminentioribus Chriſti membris conueniunt, quæ dicere poſſunt: Chriſti bonus odor ſumus Deo. Et, quorũ conuerſatio in cęlis eſt. Odor quoq; cedri ſerpentes interimit & fugat. vnde: Diſce & odoratã tabulis accẽdere cedrum. Et ſancti doctores virtute verbi repellunt hereticos. Reſina quoq; eius quę cedrina dicit, liniti libri nec tinea nec ſenectute deficiunt, & doctorum ſpirituali ſenſu ſcriptura confecta, nulla hęreticorum aſtutia corrũpitur, vel vetuſtate conſumitur. Cypreſſus medẽdis apta corporibus venuſtatẽ comæ ſuæ nullo deponit impulſu, cõſtantiã & actionem eorum exprimens, qui altioribus eccleſiam ornant virtutibus.

1. Cor. 2. d. Philip. 3. d. Virgilius. 3. geor. Cypreſſus

b *Quaſi pal.* Arbor diuturnis folijs, & ſuauibus pomis, palma dicta quia victricis manus eſt ornatus, vel quia in modũ humanæ palmæ ramos expandit, hanc Græci φοίνικα dicũt, quia Phęnix auis multo tẽpore viuit. Huic cõparatur eccleſia, quæ incuruari ad terrena deſpiciens, ad cęleſtia ſe ſuſtollit, vt finito agone cęleſtem palmã ſuſcipiat, & quaſi folia diuturna, verba rectæ confeſſionis perpetuò conſeruat.

Palma.

c *Quaſi oliua.* Græcè ἐλαίον fructus ſcilicet, ἐλαία enim arbor dicitur, ſuccus oleũ. Eſt autem arbor pacis inſignis, p hãc eccleſia ſignatur, quę cãpos totius mundi decore illuſtrat, & ſpeciali gratia pervnctionẽ chriſmatis ſanctificat.

d *Quaſi pla.* Platanus ab altitudine dicta: vel qa patula & ampla. Nã πλατύς Græci amplum vocant. Nomen ergo, & formã arboris expreſſit dicens, quaſi platanus dilatata ſum in plateis. Eſt autẽ tenerrima & mollis folijs, & vitibus ſimilis, & Chriſtũ ſignificat, q per mẽbra ſua in orbe dilatať mitis & mãſuetus.

B

e *Sicut cinnamomum.* Cinnamomũ & balſamũ aromaticæ arbores ſunt. Cinnamomũ dictum, quia cortex eius in modũ cannæ rotundus & gracilis. Gignit in India & Aethiopia, fructice breui duorũ tantùm cubitorũ, colore ſubnigro vel cinereo, tenuiſſimarũ virgarũ. Nam quod craſſum eſt deſpicitur: Gracilius verò charius. Quod cùm frangitur, viſibile ſpiramentum emittit in modum nebulę vel pulueris.

Cinnamomum

f *Balſamum.* Aſpaltũ dicit Plini. in eodẽ curriculo cęli naſcitur ſpina candida, magnitudine arboris modicæ, flore roſæ: radix eius vnguentis expetitur. Tradunt in quocunq; frutice curuetur arcus cęleſtis, eandem quæcunq; ſit aſpalti ſuauitatem odoris extre. Quidam Eliſei ſceptrum vocant. Probatur in colore ruſſo vel igneo, tactu ſpiſſo, & odore caſtorei. Hæc pro ſui breuitate à quibuſdam inter herbas odoriferas reputantur: Et ſignificant humiles ſpiritu, qui quaſi purpureo colore veſtiti, memores dominicæ paſſionis pro domino parati ſunt pati.

g *Quaſi myrrha.* Myrrha eſt in Arabia arbor quinq; cubitis alta, ſpinæ ſimilis, quã ἄκανθαν vocant Gręci, cuius gutta viridis & amara: vnde & nomen accepit: quæ oia conueniunt mortificationi carnis, quæ amara ad tẽpus ſentiť, ſed in ſpe C ſem per virtutis patrię libenter ſuſcipitur. vnde: Regenerauit nos in ſpem viuã per reſurrectionem Ieſu Chriſti &c. Spinę autẽ comparatur, quia vt mentẽ ſaluet corpus affligit. Gutta ſponte manans pretioſior eſt. Elicita corticis vulnere vilior, quia maioris eſt virtutis corpus ſanum (cui arridet copia rerum) mortificare quàm ęgrotum, vel paupertate afflictum

Exer 1. Pet. 1. a.

h *Quaſi ſtorax.* Storax, galbanus, vngula & gutta, pigmenta ſunt pretioſa apud medicos, & ſignificant virtutũ ſpecies, quas ad curationẽ hominum adhibent medici virtutes ſpirituales. Storax enim arbor Arabiæ ſimilis malo citonij, cuius virgulæ inter caniculę ortum cauernatim lachrymã fluũt: Quæ in terrã cadit, immunda eſt, ſed cũ proprij corticis ſcrobe foſſa ſeruať. Quæ virgis & calamis inhęſerit, munda eſt, & albida. Dehinc fuſua ſit ſolis cauſa, & ipſa ſtorax calamitates, pinguis reſina, odoris iucundi, & quaſi melloſum liquorũ emittẽs. Storax dicta: quia eſt gutta arboris profluens & cõgelata: nã Græci στακτὴν guttã dñt.

† cupreſſus vel cypariſſus

† De ſacra vn. c. vnico

i *Et galbanus.* Galbanũ ſecundũ Plini. dat Syria in Amano monte è ferula quã eiuſdem nois, reſinæ modo, ſtagoniſim appellãt, quod maximè laudãt cartilaginoſum, purum, ad ſimilitudinẽ ammoniaci, minimèq; lignoſum.

K *Vngula.* Vngula eſt quæ in Exodo onycha dicitur. Græcè ὄνυξ Latinè vngula, quia humano vngui aſſimilatur.

Exo. 30. d.

l *Gutta.* Gutta quæ & ammoniaca dicit, lachrymas ſtillat in arenis. Cuius duo genera ſunt, ſtracõ quod maſculi thuris ſimilitudinẽ habet. & maximè probatur, & pyrrhama, quod pingue & arenoſum. Adulteratur enim arenis velut naſcendo apprehenſis glebis, tamen minimis & puriſſimis probatur Gutta verò curat quaſlibet duritias. Hæ ergo D ſpecies domini præcepto ad thymiama conficiendum deputatæ ſunt. Vbicunq; enim thymiama habemus, in Hebræo קְטֹרֶת. Ketoreth legitur: quod Aquila ſtoracem trãſtulit. Et ſignificat orationis incenſum cum odore virtutum, thymiama ex aromatibus compoſitum facimus, cum in altari boni odoris virtutum multiplicitatem fouemus: quia miſtũ & purum ſit, quia quantò virtus virtuti iungitur, tantò incenſum ſyncerius exhibetur.

Libanus

m *Libanus.* Libanus (vt aiunt) arbor eſt in Arabia, cortice & folio lauro ſimilis, ſuccũ amygdali modò emittens, quæ bis in anno colligitur, autumno ſcilicet, & vere: ſed autumnali collectioni præparatur, inciſo cortice in æſtatis feruore, & proſiliente ſpuma pingui, quæ concreta denſatur, vbi loci natura poſcat, tegete palmea excipiente: quod in arbore hæſit ferro† depectitur: ideo corticoſum videtur puriſſimũ, hoc eſt thus candidum. Secunda vindemia præparatur hyeme inciſis corticibus. ruſſum hoc exit, nec cõparandũ priori. Nouellæ arboris cãdidius, ſed veteris eſt odoratius: quod ex eo pependit rotunditate guttæ maſculũ vocatur. Regio thurifera, nũcupatur Saruia, vndiq; rupibus inuia. & à dextra ſco-

† pumer

a ¶Arbores ſunt altitudinis & odoris præcipui.

mea. Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi † cypreſſus in mõte Sion. Quaſi palma exaltata ſum in Cãdes, & quaſi plantatio roſæ in Iericho. Quaſi oliua ſpecioſa in campis, & quaſi platanus exãltata ſum iuxta aquam in plateis. † Sicut cinnamomum & balſamum aromatizans odorem dedi. Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris, & quaſi ſtorax & galbanus & vngula & gutta: & quaſi libanus non inciſus euapo-

a Palma aurea coronantur victores.

a Quæ mutata, vel tranſlata interpretatur, quia eccleſia ab idolorum cultura ad verum Deum tranſlata eſt.

a ¶Roſa dicta: quòd rutilo colore rubeat, & martyrium ſignificat. b ¶Iericho interpretatur odor eius, vel luna & eſt quaſi plantatio roſæ in Iericho, cum odor virtutum in paſſione martyrij redolet in ſanctis.

a ¶Quia redemptionis noſtræ ſacramentum cunctis innotuit nationibus.

a ¶Doctrinæ ſpiritualis gratiæ.

a ¶Loquar ad dominum meum, cum ſim puluis & cinis. ¶Vel aſpaltum.

a ¶Sanctorum continentia: Myrrha enim peruncta corpora, non putreſcunt: ſic cõtinentia, membra noſtra ſeruat incorrupta.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Quaſi cedrus. *Hic conſequenter ponitur dictę confirmationis fructificatio. Et primò quantùm ad fructum vitæ actiuæ, ſecundò, contemplatiuæ, ibi: Ego mater. Prima in duas, quia primò ponitur dicta fructificatio, ſecundò, famæ diffuſio, ibi: Sicut cinnamomum. Circa primum ſciendum, q terræ naſcentia diuerſarum ſpecierum magis fructificant in vna terra quàm in alia. Et ſic ponuntur hic exempla plurium arborum vel terræ naſcentium in diuerſis locis notabiliter fructificantium, cùm dicitur: Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano. Id eſt ſicut cedrus notabiliter creſcit in monte Libani, ſic exaltata ſum in populo Iſrael per augmẽtationem cultus diuini, per quam diuina ſapientia dicitur exaltari non in ſe, quia non poteſt augeri vel minui, cùm ſit infinita, ſed in donis & effectibus ſuis. Sicut dicitur Deus magnificari cum deuotè laudatur à nobis. Pſalmo 33. a Magnificate dominum mecum. Hæc autem diuini cultus augmentatio facta fuit maximè tempore Dauid & Salomonis, Ezechiæ & Ioſiæ, vt patet ex libris Regum, & Paralipomenon: & eodem modo modo exponuntur exempla quæ ſequuntur.*

b Et quaſi cypreſſus in monte Sion. *Id eſt ſicut iſta fructificant notabiliter in locis hic expreſſis, ſic ſapientia diuina exaltata eſt modo prędicto. Sciendum tamen, quòd cùm dicitur hic:*

c Quaſi palma exaltata ſum in Cades. *Cades non eſt hic locus deſerti vbi manſerunt filij Iſrael per aliquod tempus, vt dicitur Deuteronomi. 1. g. Et ſediſti in Cadesbarne &c. ſed eſt alia ſita in ſorte Iudæ, & ad diſtinctionem alterius dicitur Cades abſolutè, Ioſue. 15. Alia verò Cadesbarne. Sciendum autem, quòd hic ponuntur plura exempla corporalia ad exprimendum augmentum donorum ſpiritualium: quod eſt excellentius augmento corporali, ſicut mater ad exprimendum excellentẽ amorem quem habet ad filium, vtitur pluribus nominibus vocans eum aliquando filium ſuum, aliquando cor ſuum, aliquando dominum ſuum, & ſic de pluribus alijs.*

d Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi. Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris, & quaſi ſtorax, & galbanus vngula. *Hic conſequenter ponitur dilatatio famæ diuini cultus in Ieruſalem augmentati: propter quod multi non ſolùm de Iudæis, ſed etiam de Gentilibus veniebant adorare, Deum in Ieruſalem, vt habetur. 3. Regum. 8. & Iohan. Quæ quidem famæ diffuſio ſignificatur hic per bonum odorem, ſecundum quod dicitur Cantico. 1. a. Curremus in odore vnguentorum tuorum. Et ſecundæ Corin. 2. d. Quia Chriſti bonus odor ſumus Deo &c. Exponuntur hic plures arbores & ſpecies aromatica, quæ-*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

E tra ſcopolis maris inacceſſa. Saruia quidem myſterium interpretatur: Arbores ſponte naſcuntur, & ſignificant eos qui ex voluntate, non ex legis neceſſitate operantur. Inciſis arboribus lachryma fluit, quia compuncta humilium corda puram Deo orationem emittunt. Libanus in Hebræo candorem ſignificat. in Græco, θῦς. vnde in canticis vbi legimus, ad collem thuris, quidam codices habent ad collem libani.

Dan.4.b.

Balſamum. a Balſamum. Balſami arbor in Iudæa tantùm intra viginti iugera erat. Sed poſtquam Iudęa Romani potiti ſunt, latis collibus propagata eſt. Stirpe ſimilis viti, folijs rutæ, ſed albioribus, ſemperque † manentibus. Arbor, balſamum: lignum, xylobalſamum dicitur. Fructus ſemen carpobalſamum: ſuccus, opobalſamum: quia percuſſus ferreis † vinculis cortex, per cauernas, eximij odoris guttas diſtillat. Cauerna enim Grecè, ὀπή dicitur. Cuius gutta admiſta cyprino oleo vel mele adulteratur. Sed probatur eſſe ſine mele, ſi cum lacte coagulauerit. Sine oleo ſi inſtillata aqua vel admiſta facilè reſoluatur. & ſi laneæ veſtes ex ipſo pollutæ nō maculentur. Adulteratum quidem ſi cum lacte non coagulat, & ſicut oleum in aqua ſupernatat, & veſtem laneam maculat. Balſama pura ardente ſole in manu ſuſtineri nō poſſunt. Arbores balſami more vinearū coluntur, & adminiculis ſuſtinentur. Viti enim ſimiliores ſunt quā myrto, perpetua coma inſignes, duobus cubiti eminentes. Semen verò habet vini guſtū, colore ruffum. Ramis craſſior quàm myrti, qui & certo anni tempore balſamum ſudat. Agricolę quoque acutis lapidibus vel oſſeis cultellis ſolent incidere: nam ferri tactus noxius

[margin: manētibus; virgulis; † adimplemini]

F eſt. Per inciſiones manat ſuccus odoris eximij, lachrymis pulchrè rorantibus lanis exceptus, parua colligit in cornua. Gratia præcipua debetur lachrymæ, ſecunda ſemini, tertia cortici, minima ligno. Chriſtus quoq; humilis in carne, ſed plenus gratia & virtute, vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: & nobis vitæ, & ſalutis ſacramenta profudit. vnde: Et quaſi balſamum non miſtum odor meus.

Eſa.53.b. Terebinthus

b *Terebinthus extendit ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ.* Arbor eſt, cuius reſina cariſſima, & naſcitur in Syria, maſculæ infructuoſæ. Fœminarum duo genera ſunt: Alterius fructus rubet lētis magnitudine, alterius pallet, nec faba grādior, odore iucundo, fructu ſinuoſus. Idem terebinthus in Macedonia, breuis arbor, & fructuoſa. In Troadis Damaſco Syriæ magna maceries, flos racemoſus ſicut oliuæ, ſed rubens: folia habet denſa, & folliculos emittentes quædam animalia quaſi culices. Pleniorque reſina quæ de cortice erumpit. Per terebinthum ſignatur eccleſia, quæ per totum orbem ramos prædicationis & fidei extendit, cuius reſina præcipua, id eſt animarum medicina. Maſculi huius arboris ſine fructu ſunt. quia qui in ſe confidunt, fructum virtutis non faciunt. Fęminarum autem duo genera ſunt, alterius fructus rubeus, alterius pallidus, cum vite matureſcunt. Qui enim infirmitatem ſuam agnoſcunt, & ſpem ſuam in domino ponunt, fructum martyrij ſibi exquirunt, aut per cōtinentiam, & munditiam cordis & corporis, ſpirituale præmium poſſidebunt. Quia cum mulieribus non ſunt coinquinati, & ſine macula ſunt ante thronum Dei.

c *Qui edunt me, adhuc eſurient: & qui bibunt me, adhuc ſitient. Qui audit me, non confundetur, & qui operantur me non peccabunt. qui elucidant me, vitam æternam.* Edimus ſapientiam & bibimus, quia plena & perfecta eſt refectio, & tantò plus à comedente eſuriuntur, quantò ab eſuriente amplius comeduntur. In corporalibus appetitus placet, experientia diſplicet. vnde: Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt dominus &c.

Apo.14.a. Eſiere & ibi bere ſapientiam. Pſal.33.b.

## NICOLAVS DE LYRA. G

Text with interlinear gloss:

rani habitationē meam, & quaſi

a ¶Quia nullam habet in ſe erroris maculam, ſed purā & ſincerā doctrinam. quæ profert odorem virtutū, & ſpiritualem gratiam infundit mentibus fidelium.

a balſamū non miſtū odor meus.

b Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei hono-

a ¶Ego ſum vitis vera & vos palmites. b ¶Cuius vinum lætificat cor hominis, qui bibens ſanguinē eius gaudet, & redemptionis laudat ſacramentum.

ris & gratiæ. Egō quaſi uitis fru-

a ¶Per orbem ſpargendo euangelij prædicationem. b ¶Quia iucunditas & decor virtutum quotidie dono eius floreſcit, & clareſcit in fidelibus

ctificaui ſuauitatē odoris, & flo-

¶Vel odoris. ¶Sapientiæ.

res mei fructus honoris & hone-

¶Sapientia. a ¶Veræ charitatis. ¶Omne datum optimum de ſurſum eſt.

ſtatis. Ego mater pulchrę dilectio- a

a ¶Salutaris. b ¶Spiritualis.

nis, & timoris, & agnitionis, & b c d

a ¶Præſentis & futuræ, per ipſam enim viuimus, mouemur & ſumus, & per ipſam vitam æternam habemus.

ſanctæ ſpei. In me gratia oīs viæ e

& veritatis: in me omnis ſpes vitę f

a ¶Filios affectuoſe monet. ¶Venite ad me omnes qui la. & one eſtis, & ego re. vos

& virtutis. Trāſite ad me omnes g h

qui concupiſcitis me, & à gene- i k

rationibus meis † implemini. Spi- l

a ¶Sanctus qui communis patri & filio. b ¶Quia charitas Dei, quæ per ſpiritum infunditur cordibus electorum, incomparabiliter eſt dulcis.

ritus eñ meus ſuper mel dulcis, m

a ¶Quæ erit in viſione Dei. Oculus enim non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quę præparauit Deus diligentibus ſe.

& hęreditas mea ſup mel & fauū. n o

a Spūales delicię cum habentur, deſiderium accēdunt. b ¶Quia ſapientiā Dei & homines & angeli ſine fine collaudant.

Memoria mea in generatione ſe- p

c culorum. Qui edunt me, adhuc q r

eſurient: & qui bibunt me, adhuc s

a ¶Obediendo. vnde: Si quis diligit me, ſermonem meū ſeruat. b ¶Quia ęterna mercede coronabitur.

ſitient. Qui audit me, nōn cōfun- t u

a ¶Qui manet in Deo, non peccat.

detur, & qui operantur in me nō x y

a ¶Plene ſcilicet perfecte & percipiunt.

peccabunt. Qui elucidant me, z a

a ¶Quæ eſt viſio Dei.

vitam æternam habebunt. Hæc b

a ¶Continet. ¶Hic eſt liber nouum & vetus teſtamentum in quo eſt agnitio veritatis.

omnia, liber vitæ, & teſtamen- c

tum altiſſimi, & agnitio veritatis.

¶ *ticæ, quarum proprietates explicare non eſt ad propoſitū. Nam hic ſolùm introducuntur ad deſignandum diffuſionem bonæ famæ per ſuauitatem ſui odoris, ſicut & arbores expreſſæ in parte præcedenti, ad exprimendum augmentum cultus diuini. Et ſimiliter ponūtur hic plura aromatica & odorifera ad maiorem expreſſionem diffuſionis bonæ famæ. Vnum tamen vocabulum eſt hic exponendum cùm dicitur: Et vngula, quæ eſt ſpecies aromatica, humano vngui ſimilis: propter quod Latinè nominata eſt vngula. Exod. verò. 30. nominata onycha.* ὄνυξ *enim Græcè vnguis eſt Latinè, & eſt vna de quatuor ſpeciebus ex quibus conficiebatur thymiama boni odoris ad cremandum coram domino in altari thymiamatis, vt dicitur ibidem.*

Vngula

a Ego mater. *Hic conſequenter ponitur fructificationi vita contemplatiua. Tempore nanque ve.te. fuerunt aliqui in contemplatione diuinorum notabiliter eleuati, ſicut patet de Moyſe, qui loquebatur cum domino ſicut homo cum amico ſuo, Exod. 33. & de alijs prophetis: & hoc erat per ſapientiæ donum. ideo dicit ſapientia diuina: Ego mater pulchræ dilectionis. Contemplatiua nanque vita mundior, & pulchrior eſt quàm vita actiua: propter quod ſignificatur per Rachel, quæ erat decora facie, & venuſto aſpectu. Actiua verò per Liā, quæ lippis erat oculis. Gen. 29.*

b Et timoris, *filialis.*

c Et agnitionis, *ſupernaturalis.*

d Et ſanctæ ſpei. *per expectationem futurę beatitudinis. Iſta nanque dona & alia intellectum perficientia attribuuntur filio, qui eſt ſapientia genita. In cuius etiam perſona adhuc ſubditur:*

e In me omnis gratia vitæ. *id eſt à me procedit vita gratioſa, & notitia luminoſa. ideo ſubditur:*

f Et veritatis. In me omnis ſpes uitæ. *glorioſæ.*

g Et virtutis, *qua poſſum ea dare.* H

h Tranſite ad me. *per cognitionem, & amorem.*

i Omnes qui concupiſcitis me. *nam omnibus poſſum ſatisfacere. ideo ſubditur.*

K Et a generationibus meis implemini. *id eſt illuminationibus diuinis.*

l Spiritus enim meus. *id eſt deguſtatio meæ bonitatis.*

m Super mel dulcis. *Ipſam enim non adæquat aliqua delectatio corporalis.*

n Et hæreditas mea. *quæ eſt vita beata.*

o Super mel & fauum. *quia quietat totaliter appetitum.*

p Memor. *quia nunquam delebitur de mentibus ſanctorum.*

q Qui erunt me. *in præſenti ſibi ſpiritualiter incorporando.*

r Adhuc eſurient. *vt plenius habeant in cælo.*

s Et qui bibunt me adhuc ſitient. *Exponatur eodem modo. Refectio enim ſpiritualis & cæleſtis exprimitur per cibum & potum, eò quòd in corporalibus faciunt vnam refectionem perfectam.*

t Qui audit me. *aure mentis:*

u Non confundetur. *in conſpectu ſummi iudicis.*

x Et qui operantur in me. *id eſt ſecundum regulam doctrinæ meæ.*

y Non peccabunt, *nam eſt regula infallibilis.*

z Qui elucidant me. *occulta ſapientię myſteria in lege & prophetis contenta fideliter exponendo.*

a Vitam æternam habebunt, *in præmium.*

b Hæc omnia liber vitæ. *Hic ponitur confirmatio prędictorum per ſacram ſcripturam: cùm dicitur: Hæc omnia liber vitæ. ſupple continet expreſſe: Et dicitur hic ſacra ſcriptura liber vitę, eò quòd eſt inſtrumentum veniendi ad vitam veram vel beatam. Illa verò quę dicta ſunt de proceſſu creaturarum à verbo quantùm ad eſſe naturæ, & quantum ad eſſe gratiæ, & cętera dona hic dicta, exprimuntur in Geneſi & alijs libris legalibus, & prophetalibus, & hagiographis, vt patet intuenti.*

c Et teſtamentum altiſſimi, & agnitio veritatis. *Hęc omnia competunt ſacrę ſcripturę, ſcilicet quòd eſt liber vitę: & teſtamentum altiſſimi, & agnitio veritatis, id eſt contentiua huius agnitionis.*

a *Poſuit* ¶ a Legem



a *Poſuit D.* Quatuor Paradiſi flumina ex vno fonte proce-
A dentia aſſimilat regi, qui ortus eſt de Dauid, quia de Chriſto quatuor euangelia procedunt, quæ totam terram prædicatione infundunt, & germinare faciunt. Ab eo Iordanis procedit. i. baptiſmi ſacramentum ad abluēdum genus humanum. Qui mittit diſciplinam ſicut lucem, quia præcepta eius vitę ęternę tribuunt. vnde: Docete omnes gētes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti: docentes ſeruare omnia quæcunque mādaui vobis.

Matt.28.d.

Phiſon b *Quaſi Phi. on.* Phiſon qui & Gāges, qui de Paradiſo exiēs vadit ad Indiā, & interpretatur caterua, quia ſcilicet magnis fluminibus impletur. Ganges autem dicitur à Gangaro rege Indiæ: & fertur ſicut Nilus ſuper oriētis terras exundare.

Tigris c *Sicut Tigris in diebus nouorum.* Tigris fluuius Meſopotamiæ, qui pergit cōtra Aſſyrios, & poſt multos circumitus in mare mortuum fluit. Et Tigris vocatur, quia ſicut Tigris beſtia velociter fertur.

Euphrates d *Quaſi Euphrates.* Euphrates fluuius Meſopotamiæ gemmarū fertilis. Euphrata enim Hebraicè fertilitas Latinè. Meſopotamiam nanque per loca irrigat, ſicut Nilus Alexandriam. Saluſtius aſſerit Tigrim & Euphratem vno fonte in Armœnia manare: ſed poſtea diuidūtur maximo inter ſe ſpatio. Terraq; quæ ab ipſis ambitur, Meſopotamia dicitur.

Saluſtius in hiſtorijs

Iordanis e *Quaſi Ior.* Iordanis fluuius Iudeæ, à duobus fontibus nominatur: Ior. ſ. & Dan, quibus fęderatis colligitur. Oritur ſub Libano monte, & diuidit Iudæam & Arabiam, & iuxta Iericho influit mari mortuo.

Geon f *Quaſi Geon.* Geon hic Æthiopiā cin-
B git, ſic vocatus, quia irrigat terrā Ægypti. Ge enim Græcè terram ſignificat, qui apud Ægyptios Nilus vocaī propter limum quem trahit, qui fęcunditatem efficit: vnde & Nilus dictus eſt.

† defluo

g *Non inueſti. eā.* Chriſtus autor eſt ſapientiæ ſpiritualis, qui per Moyſen primum condidit legem, inſpirauit prophetas, docuit Apoſtolos & euangeliſtas, nec alius plenus & perfectus eſt inueſtigator ſapientiæ Dei, niſi ipſe qui cum patre & ſpiritusſancto vnus eſt Deus. Vnde: Nemo nouit filiū niſi pater, nec patrem quis nouit, niſi filius &c.

Matt.11.d.

h *Ama. enim.* Mare ſignificat profunditatē ſapientiæ inæſtimabilem, & incomprehenſibilem eſſe, quoniam nemo penetrare poteſt niſi vnus & ſolus Deus pater & filius & ſpiritusſanctus, qui ſeipſum verè nouit & conſilium ſuū, & dat tantum noſſe creaturæ ſuæ quantum expedit.

i *Quaſi tr. aqu.* Quia Deus de Deo, lumen de lumine. Tropicè dicitur pater origo diuinitatis, quia de patre gignitur filius & procedit ſpiritusſanctus, qui per aquam ſignificatur. vnde: flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Aqua ſapiētiæ ſalu. potauit illum.

Ioan.7.f. Eccli.15.a.

k *Ego qua flu.* Sapientia comparatur fluuio rapidiſſimo, & aquæ egredienti de paradiſo, quia doctrina Chriſti prodiēs de cœleſti theſauro, omnia obſtacula reorum, & perſecutionum fortitudine ſua dirumpit: vt per ora prædicatorum per totum

Text with interlinear gloss:

a ¶Vt peccatum ſcilicet caueant, & in virtutibus Deo ſeruirent.

Legem maudauit Moyſes in prę- a b

a ¶Promiſit.

ceptis iuſtitiarū, & hæreditatem c

domui Iacob & Iſrael promiſ- d

a ¶De aduentu Chriſti. vel redemptione humani generis.

a ſiones. Poſuit Dauid puero ſuo e f

a ¶Chriſtum de Dauid ſecundum carnem. Non Salomonem. qui per peccatum perdidit regnum: ſed Chriſtum verum pacificum, qui fortior fortem armatum ſuperauit, & ſpolia eius diſtribuit, cuius regni non erit finis.

excitare regem ex ipſo fortiſſi- g h

mum, & in throno honoris ſe- i

dētem in ſempiternum. Qui im- k

b plet quaſi Phiſon ſapientiam, & l

c ſicut Tigris in diebus nouorum.

d Qui adimplet quaſi Euphrates m

e ſenſum. Qui multiplicat quaſi n o

Iordanis in tempore meſſis. Qui p

mittit diſciplinam ſicut lucē, & q

f aſſiſtens quaſi Geon in die vinde- r

miæ. Qui perficit primus ſcire s t

g ipſam, & infirmior non inueſti- u

h gabit eam. A mari enim abunda- x

bit cogitatio ei⁹, & cōſiliū illi⁹ in y

¶Chriſtus. a ¶Per mundum.

abyſſo magna. Ego ſapiētia efflu- z

a ¶Euangelij. b ¶Chriſtus.

i di flumina. Ego quaſi trames a- a

a ¶Quo in ebriantur mentes fidelium.

k quę immēſę † defluuio. Ego quaſi

*mò ponitur huius ſapientiæ dignitas: Secundò, ſuæ doctrinæ præclaritas, ibi: Qui implet. Circa primum dicitur. Poſuit: id eſt ſtatuit, vel promiſit ipſe Deus.* C

f Dauid puero. *Id eſt ſibi ſeruienti humiliter & deuotè.*

g Excitare. *id eſt producere.*

h Regem ex ipſo fortiſſimum. *Quod intelligitur de Chriſto, qui deſcendit de ſemine Dauid ſecundum carnem per virginem Mariā, Matt. 1. Et ipſe eſt rex fortiſſimus. Pſ. 23. b. Quis eſt iſte rex glorię? Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio.*

i In throno hono. ſedentem in ſempiternum. *ſicut prædixit Eſa. 9. b. Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis &c. Sequitur: Super ſolium Dauid & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iuſtitia, amodo, & vſque in ſempiternū. Et Gabriel loquens Mariæ, Lucæ. 1. c. oſtendit hoc in eius filio eſſe cōplendum, dicens: Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur, & dabit illi dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius nō erit finis.*

K Qui implet. *Hic conſequenter deſcribitur doctrinæ Chriſti præclaritas, & primò ad viuentes, ſecūdò ad dormientes, ibi: Penetrabo. Prima adhuc in duas. Nam primò ponitur doctrinæ Chriſti eminentia. Secundò eminentiæ cauſa, ibi: Qui perficit. Circa primum ſciendum, quod ad oſtendendum affluentiam doctrinæ Chriſti, ponitur exemplum de quatuor fluminibus paradiſi, quæ in aquis valde abundant. Et per hæc quatuor flumina intelligitur fœcunda Chriſti doctrina, in quatuor euangelijs deſcripta. Per cætera verò flumina & aquæductus hic poſita, intelliguntur doctrinæ Apoſtolorum & aliorum Sanctorum, à Chriſto tamen ſicut à fonte deriuata. Sic ergo dicitur de Chriſto: Qui implet quaſi Phiſon ſapientiam. eam multiplicando per doctrinam, ſicut Phiſon effundit aquam.* D

l Et ſicut Tigris in diebus nouorum. *licèt enim ſit magnus fluuius, tamen in vere quod eſt tempus renouationis terrenaſcentium magis abundat aquis.*

m Qui adimplet qua. Euphrates ſenſum. *ſcilicet ſacræ ſcripturæ, nam ante doctrinam Chriſti Iudæi ſolùm vtebantur ſenſu literali; ſed per doctrinam Chriſti aperti ſunt ſenſus myſtici: ſcilicet moralis, allegoricus, & anagogicus. Iſti tres fluuij dicti ſunt de fluminibus paradiſi, vt patet Geneſi. 2.*

n Qui multiplicabit. *doctrinam euangelicam.*

o Quaſi Iordanis in tempore meſ. *Tunc enim ex reſolutione niuium inundat ſuper ripas alueí ſui, vt habetur Ioſue. 3.*

p Qui mittit diſciplinam ſicut lucem. *Id eſt claram & abundantem, ſicut lux clara eſt & ſe diffundens per totum aerem.*

q Et aſſiſtens. *omnibus indifferenter ſine perſonarum acceptione.*

r Quaſi Geon in die. *Hic eſt quartus Paradiſi fluuius, qui licèt ſit aquis abundans valde, tamen magis abundat aquis vindemiarum tempore.*

s Qui perficit. *Hic conſequenter deſcribitur abundantiæ dictæ cauſa, quæ eſt & hoc quòd patris & filij vna eſt ſapientia: propter quod ſapientia filij eſt infinita in ſe. idcirco poteſt abundanter doctrinam influere: Sic ergo dicitur. Qui perficit. Id eſt perfectè facit.*

t Primus ſcire illam. *ſcilicet ſapientiam. Nam ante Chriſtum ſapientia fuit hominibus communicata ſub velaminibus, & figuris in lege & prophetis, ſed ipſe per doctrinam ſuam abundanter, & lucidè declarauit veritatem.*

u Et infirmior non inueſtiga. eam. *Homo enim purus & infirmus non potuit hoc facere. Matth. vndecimo d. Nemo nouit filium niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.*

x A mari enim abundabit cogitatio eius. *id eſt notitia eſt abundantior mari, quia notitia Chriſti diuina eſt ſimpliciter infinita. Notitia verò eius humana eſt etiam ſecundum quid infinita, inquantum ſe extendit ad omnia quæ cognoſcit Deus notitia viſionis, ideo ſubditur:*

y Et conſilium illius in abyſſo magna. *quia non eſt comprehenſibile à pura creatura. Ex quo ſequitur, quòd abundanter effundere poteſt ſapientiæ dona, propter quod ſubditur in eius perſona.*

z Ego ſapientia effudi flumina. *ſapientiæ.*

a Ego quaſi trames aquæ. *id eſt curſus fortis. Et eſt eadem ſententia replicata pluribus exemplis ad maiorem aſſertionem.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Legem man. Moy. *non autoritate propria ſed diuina.*

b In præ. iu. *Nam aliqua præcepta continent iuſtitiam in ordine hominis ad Deum, alia verò iuſtitiam in ordine hominis ad proximum.*

c Et hære. do. Ia. *Præcepit enim filijs Iſrael intrare terram promiſſionis ſub Ioſue duce.*

d Et Iſ. pro. *quia non ſolùm promiſit Deus illam terram filijs Iſrael, ſed etiam multa alia bona, ſi ei fideliter ei ſeruirent: & ſub promiſſione illius terræ principaliter intelligebatur promiſſio terræ viuentium: quia ſicut dixi, frequenter in ſuperioribus libris, bona tēporalia non promittantur principaliter in præmium pro operibus virtutum quæ ſunt meliora quam temporalia bona. præmium autem diuinum maius eſt merito hominum. & ideo ſub promiſſione bonorum temporalium ſemper intelliguntur ſpiritualia bona principaliter promiſſa, quæ ſunt temporalibus meliora.*

e Poſuit. *Poſtquam actum eſt de ſapientiæ æternali generatione à patre, hic conſequēter agitur de temporali generatione ex virgine. Et primò ponitur*

¶ a Et ſicut

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

per totum orbem largiſſimè fluat. vnde; In omnem terram exiuit ſonus eorum &c.

b Quaſi appo. epularum cir. ſepul. *Quia nihil proficiunt ſepultis. vtitur tamen hic hoc exemplo: quia Gentiles antiquitus hoc circa propinquorum ſuorum tumulos faciebant.*

c Quid proderit li. *q. d. nihil, cum careat omni ſenſu.*

d Sic qui effu. *Cui. ſ. talentum in eius morte aufertur à domino, & effugatur de viuentium conſortio.*

e Et portans. *i. demerita omiſſionis.*

f Videns ocu. *Negligentiam ſuam prętéritam: nam pęna oculos eius aperit, quos ante culpa claudebat.*

g Et ingemiſcens. *De omiſſione multiplicationis talenti.*

h Sicut ſpado. *Qui non poteſt generare corporaliter, ſic nec iſte ſpiritualiter per doctrinam.*

a Triſtitiam



A a *Iucunditas cor.* Quia nulla virtus ſine ea conſiſtit. Maior autem horum eſt charitas. 1. Cor. 13. d

b *Minuent dies.* Viri ſanguinum non dimidiabunt dies ſuos, ideſt proſperitatem, quam ſibi promittunt, nõ poſſunt habere in perpetuum.

## GLOS. ORDINAR. CAP. XXXI.

V*igilia honeſtatis &c.* Sequitur,

c *Lignum offen.* Sicut Adam in ligno vetito tranſgreſſus Deorum ſibi altitudinem ſperauit: ſic amatores auri diuerſorum errorum ſimulacris ſeruientes, animas ſuas quaſi ſacrificãdo dæmonibus immolant, vt plurima poſſideant. Poteſt allegoricè in hæreticorum, & philoſophorum doctrina accipi, quæ ſplendore eloquentiæ nitet, & curioſos ſeducit. Allegoricè.

a Supra

## NIC. DE LY.

a Triſtitiam. *Hic ad propoſitum reuertitur monens vitare triſtitiam, quæ bonæ conſiſtentiæ corporis aduerſatur, di. Triſtitiam. ſ. irrationabilem.*

b Non des. *talis enim triſtitia non ſolum nocet corpori, ſed etiam animæ.*

c Et non af. *Sicut faciunt illi, qui per triſtitiã deſperantes interimunt ſemetipſos.*

d Iucundi. cordis. *bene ordinata.*

e Hæc eſt vita ho. *ideſt humanæ vitæ conſeruatiua.*

f Et theſau. *Iungatur ſic litera: Et theſaurus ſanctitatis ſine defectione, ſupple eſt: nam gratia ſanctificans nunquam deficit homini, ſed homo aliquando deficit gratiæ Dei.*

B g Et exulta. vi. eſt lon. *i. eius cauſa, quia ſicut triſtitia eſt paſſio mortificatiua, ſic lætitia eſt diſpoſitio viuificatiua 2. Rhetoricæ. ideo ſubditur,*

h Miſe. ani. tuæ p. d. *à triſtitia ſeculi, quæ mortem operatur præcauendo.*

i Et congre. *ſenſus exteriores diligenter cuſtodiendo, ne per eos aliquid intret, quod ſit contrarium ſanctitati. Cætera patent ex dictis vſque ibi.*

K Zelus. *ideſt inuidia, quæ eſt triſtitia de bono alterius.*

l Et iracun. mi. di. *quia corrodunt cor à quo procedit vita.*

m Et ante temp. *determinatum à natura.*

n Senectam addu. co. *diſtorquentes animũ circa curam temporalium.*

o Splendidum cor. *i. lætum & largum.*

p Bo. in epu. *ſupple eſt, quas dat pauperibus & perſonis honeſtis.*

q Epulæ enim if. di. fi. *i. mundæ ac ſplendidæ præparantur prædictis perſonis.*

## NICOL. DE LYRA. CAP. XXXI.

Diuiſio. V*Igilia hone. Poſtquam induxit ad diligentiam cir. a bonam conſiſtentiam corporis, hic conſequenter inducit ad eius moderantiam, per quam corpus remanet ſubditum legi mentis: quod maximè fit per debitam ſobrietatem. Circa quam primò proponit breuiter intẽtum, ſecundò diffuſius proſequitur propoſitum, ibi: Supra menſam. Prima in duas ſcilicet in partem principalem, & incidentalẽ, quæ incipit ibi: Laborauit diues. Circa primum dicit.*

r Vigilia hone. *ſ. in oratione & ſacræ ſcripturæ lectione.*

s Tabefaci. car. *i. reprimet eas à carnalibus vitiis. Hier. ad Ruſticum monachum: Ama ſanctarum ſcripturarum ſtudia, & carnis vitia non amabis.*

t Et cogi. il. au. ſom. *pigritiæ, animæ, & corporis.*

a Secularis quæ operatur mortem.
rans. Triſtitiam non des animæ tuæ, & nõ affligas temetipſum in
Cogitatu. a Quæ eſt in vera charitate.
conſilio tuo. Iucũditas cordis hęc eſt vita hominis, & theſaurus ſine defectione ſanctitatis, & exulta-
a Futura vitæ & vera exultatio, & vera beatitudo. b Vt continenter. ſ. & iuſte placeas Deo.
tio viri eſt lõgæuitas. † Miſerere animæ tuæ placens Deo, & conti-
a Ad hoc ſcilicet. b Cogitationes cordis.
nẽ, & congrega cor tuũ in ſancti-
Se uli.
tate eius, & triſtitiã lõgè expelle à te. Multos enim occidit triſtitia,
a Non poteſt eſſe vtilitas vbi eſt bonorum operum ſterilitas. b Peruerſus animi affectus debilitat corpus. vnde: Spiritus triſtis exic. oſſa.
& non eſt vtilitas in illa. Zelus &
a Ideſt vita æterna indigno efficient.
iracundia minuent dies, & ante tempus ſenectam adducet cogi-
a Econtra. Iucundum.
tatus. Splendidum cor, bonum
a Sanctorum. Virtutum.
in epulis eſt: epulæ enim illius di-
a Quia indeficientes.
ligenter fiunt.

## CAP. XXXI.

a In ſtudio. ſ. virtutum.
V*Igilia* † honeſtatis tabefa-
a Carnales voluptates.
faciet carnes, & cogi-
a Confige timore tuo car. me. &c. b Pigritiæ tædium.
tatus illius auferet ſomnum.
a Qui præuidet & præmia bonorum & ſupplicia malorum.
Cogitatus præſcientiæ auertit ſen-
a Corporis.
ſum, & infirmitas grauis ſo-
a Ab omni concupiſcentia. b A delictis.
briam facit animam. Labora-
a In domiuo. Spiritualis.
uit diues in congregatione ſubſtantiæ, & in requie ſua replebi-
a Præmio ſcilicet bonorum ſuorum. b In terrena concupiſcentia. c Scientia.
tur bonis ſuis. Laborauit pauper in diminutione victus, & in
a Huius vitæ. b Carens cæleſtibus diuitiis. c Quamlibet pecuniam, quia per auaritiam colligunt.
fine inops fit. Qui aurum diligit, non iuſtificabitur: & qui inſequi-
a Ideſt qui in hac ambitione conſumit præſentem vitam, æterna implebitur ignominia.
tur conſumptionem, replebitur
a In caſum auri datur qui eius ambitione capitur.
ex ea. Multi dati ſunt in auri ca-
a Qui eius amore vltra modum ardeſcunt.
ſus, & facta eſt in ſpecie ipſius perditio illorum. Lignum offenſionis eſt aurum ſacrificantium,
Æternum.
væ illis qui ſectantur illud. & om-
a In æternum.
nis imprudens deperiet in illo. Beatus diues qui inuẽtus eſt ſine
a Et reatus & cuiuslibet peccati.
macula, & qui poſt aurum non
a Seculari.
abiit, nec ſperauit in pecunia & theſauris. Quis eſt hic, & lauda-
a Virtutibus ſtudendo, miraculis corruſcando.
bimus eũ? Facit enim mirabilia

& non confracta.

u Cogi. præſcien. *ſ. diuina, quia Deus omnia videt apertè.* C

x Auer. ſen. *ab omni malo. Boetius 5. de conſolatione. O viri magna indicta vobis eſt neceſſitas probitatis, ſi diſſimulare non vultis: quoniam cuncta agitis ante oculos iudicis cuncta cernentis.*

y Et infirmi. gra. ſo. fa. ani. *nam quandiu durat, aufert appetitum comedendi, & in conualeſcentia oportet ꝙ homo ſobriè viuat, ne recidiuum incurrat: & ſic per talem conſuetudinem diſponitur ad ſobrietatem.* † De pœn. di. 2. c. qui vult.

z Laborauit di. &c. *Hæc eſt pars incidentalis in qua tractatur de vita diuitis, eò ꝙ diuites ſolent lautè viuere, ſicut dicitur Luc. 16. e. de diuite, qui epulabatur quotidie ſplendidè, & occaſione diuitis tractat de paupere. Modus eſt enim huius autoris ſimul tractare de oppoſitis, vt patet per prædicta. Sic igitur procedit, quia primò tractat de diuite, & paupere bono & malo. Secundò ſingulariter de diuite bono, ibi: Beatus diues. Circa primum dicit: Labora. diues &c. ſ. bonus.*

a In congrega. ſubſtan. &c. *ad viuendum ſecundum ſtatum ſuum honeſtè, & ad agendum opera miſericordiæ.*

b Et in requie ſua reple. bo. &c. *ideſt in ſenecta, quæ eſt tempus quietis à laboribus. Vel in requie ſua, ideſt in morte in qua recipiet æterna bona pro temporalibus.*

c Labo. pau. &c. *in expendendo fatuus.*

d In diminutione vi. &c. *quia plus expendit quàm lucratur.*

e Et in fine inops fit. *quia non poteſt laborare ſicut prius. Vel in fine, ideſt in morte, quia fit vacuus bonis ſpiritualibus. Et quia commendauit diuitem, ne credatur ꝙ omnis diues ſit bonus, oſtendit contrarium dicens,* † diuitiarũ

f Qui aurum diligit &c. *immoderatè.*

g Non iuſtificabitur. *nam frequenter acquirit iniuſtè, & cuſtodit impiè.*

h Et qui inſequitur con. &c. *bonorum temporalium per prodigalitatem.*

D i Reple. ex ea &c. *ſcilicet indigentia: propter quod medium eſt tenendum. nam liberalitas tenet medium inter prodigalitatem & auaritiam.*

K Multi dati ſunt in auri caſus. *ideſt multi ceciderunt in peccata propter aurum.*

l Et facta eſt in ſpe. ipſius. *quam nimis concupierunt.*

m Perditio il. *per iniuſtitiam malè acquirendo, & per auaritiam malè conſeruando.* Lignum offenſionis

n Lignum offenſionis eſt aurum ſacri. *Lignum offenſionis hic dicitur lignum vetitum, per cuius concupiſcentiam humanum genus incurrit mortem, Gen. 3. ſic per concupiſcentiam auri incurrunt cupidi mortem peccati. Et dicitur aurum ſacrificantium: nam cupidus colit aurum ſicut Deum ſuum, propter quod Apoſtolus, Col. 3. dicit, ꝙ auaritia eſt idolorum ſeruitus.*

o Væ illis qui ſectantur illud. *malè concupiſcendo.*

p Et omnis impru. deperiet in illo. *Dicitur autem prudens, quaſi porro, ideſt longè videns: & per oppoſitum cupidus dicitur imprudens: quia non videt niſi bona præſentis vitæ. propter quod ſibi non prouidet de bonis futuræ vitæ.*

q Beatus di. &c. *Hic proſequitur de bono diuite ſingulariter dicens: Beatus diues &c. ex acquiſitione iuſta,*

r Qui inuentus eſt ſine macu. &c. *cupiditatis & auaritiæ.*

s Et qui poſt aurum non abiit &c. *per concupiſcentiam malam: ſed magis aurum ſecutũ eſt eum, cuius obſequio vſus eſt in operibus piis & honeſtis.*

t Nec ſperauit in pecunia & theſauris &c. *ibi conſtituendo finem ſuum.*

u Quis eſt hic & lauda. eum? *q. d. rarus eſt & laude dignus.*

x Fecit enim mirabilia in vita ſua &c. *Illa enim quæ rara ſunt, mirantur homines,*

u Dogi.

a Qui

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Supra men.* Ad literam, continentiam, & temperantiam docet. Et myſticè, vt in lege Dei ſimus cauti & prouidi. Menſa enim magna eſt copia ſcripturarũ: in qua non debemus eſſe procaces, vt aliquid ſine doctore capiamus, ſed ſanctorum doctorum viam teneamus.

E

b *Non dica. ſi.* Quaſi diceret: Ne pſumptione aliquid agas, vel antequam diſcas ad ſcribendum manum mittas.

c *Vtere quaſi.* Q. Sobrietatem dilige, temperanter age, & ne quid nimis, ne in ſcandalum confuſionis incidas. Cõuenit ergo Chriſtiano ante omnia humilitatẽ diligere, in lectione ſcripturæ cautum eſſe, rectam fidem tenere, modum in ſcientia ſeruare, & charitatis regulam, vt probatus ſit coram Deo & hominibus.

d *Quam ſu.* Tenuis victus tam animæ quam corpori vtilis eſt ſuperfluus verò econtra.

e *Vinum ex.* Vinũ quoq; ſpirituale ſumptum moderatè, vtile eſt tã corpori, quàm animæ, immoderatè enim inſanire facit, & à Deo diſiũgit, vnde anxia cura & turbatio maxima, & perpetua tortura.

f *Somnus ſa.* Subtilior eſt ſomnus in parco victu. Myſticè autem qui ſobrius eſt in ſpirituali vino, in contemplatione veritatis quieſcit vſq; in mane reſurrectionis.

g *Et vome.* Aiunt medici, ꝙ vomitus ſtomachũ purgat: choleram minuit. Myſticè autem qui tranſgreditur menſuram, & grauatur carnalibus delictis, per confeſſionem peccati fœditatem euomat, & per corporis caſtigationem ad ſanitatem redeat.

F

h *In om. ope.* Monet ne tẽpus pdamus, ſed beneoperemur, vt mandata Dei cuſtodientes requiem inueniamus animabus noſtris

i *Splendi.* Ad literam. Ad eleemoſynam inuitat. Quia qui ſeminat in benedictionibus, de benedi. & metet. Myſtice autẽ qui panem verbi fideliter diſpenſat, & teſtimonium veritatis non occultat, in præſenti, & in futuro benedicetur.

K *Mul. e.* Ideſt: Ebrietas multos ſubuertit, quæ ſenſum minuit, iram excitat, libidinẽ inflãmat, animi ſecreta reuelat.

l *Ignis.* Ideſt ſicut ignis ferri duritiã mollit, & candeſcere facit, ſic vinum corda ſuperborum inflammans, ad facinus impellit.

a *Aequa*

†Quis — Terentius — †Super — †ſimulata — Myſticè. — Vomitus Myſticè. — 2. Cor. 9. b Myſtice.

¶In amore Dei.
in vita ſua. † Qui probatus eſt in illo, & perfe-
a ¶Quod fecit. ſ. b ¶Secundum liberum arbitrium.
ctus inuẽtus eſt, & erit illi gloria æterna. Qui
¶Præceptum Dei. a ¶Pertinaciter quaſi impœnitens.
potuit tranſgredi, & nõ eſt trãſgreſſus: & facere
a ¶Conſeruata ad remunerationem.
mala, & non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona il-
a ¶Prædicando.
lius in domino, & eleemoſynas illius enarrabit
a ¶Quam hæretici maculare contendunt, quorum intentione nihil nequius inuenitur.
omnis eccleſia ſanctorũ. † Supra mẽſam magnã ſediſti, non aperias ſuper illam faucẽ tuam
¶Ficta.
prior. Non dicas † ſi multa ſunt, quę ſuper illam ſunt. Memento, quoniam malus eſt oculus nequã. Nequius oculo quid creatum eſt? Ideo ab
a ¶In futura vltione. b ¶Quod modo latet reuelante iudice.
omni facie ſua lãchrymabitur cum viderit. Ne
a ¶Diaboli.
extendas manũ tuam prior, & inuidia contami
a ¶In iudicio cum dixerit iudex. Diſcedite a me omnes qui operamini ini.
natus erubeſcas: ne cõprimaris in conuiuio vi-
a ¶In quo eſt luxuria: Vel vino ſapientiæ ne plus ſapias quam ſapere oportet.
nõ. Intellige quæ ſunt proximi tui ex teipſo. Vtere quaſi homo frugi his quæ tibi apponũtur, vt non cum manducas multum, odio habearis. Ceſſa prior cauſa diſciplinæ, & noli nimius eſſe ne fortè offendas: & ſi in medio multorũ ſediſti prior illis ne extendas manũ tuam, nec prior poſcas bibere. Quã ſufficiens eſt homini erudito vinum exiguũ, & in dormiendo non laborabis
¶Quia.
ab illo, non ſenties dolorẽ. Vigilia, & cholera, &
¶Guloſo.
tortura viro infrunito, ſomnus ſanitatis ĩ homine parco. Dormiet vſq; in mane, & anima illius
a ¶In æterna beatitudine.
cum ipſo delectabit. Et ſi coactus fueris in edẽdo multũ, ſurge è medio & vome, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatẽ. Audi me fili, & ne ſpernas me, & in nouiſſimo
¶Bonis.
inuenies verba mea. In oĩbus operibus tuis eſto
¶Tædij pigritiæ.
velox, & oĩs infirmitas non occurret tibi. Splendidum in panibus benedicẽt labia multorũ, & teſtimoniũ veritatis illius fidele. In nequiſſimo
a ¶Dogmate hæreticorum. b ¶Quo ait. Teſtis falſus non erit impunitus.
pane murmurabit ciuitas, & teſtimoniũ nequi
a ¶Q. d. ebrioſos fuge, facile enim iraſcuntur.
tiæ illius verũ eſt. Diligẽtes in vino nõli prouocare, multos. n. exterminauit vinum. Ignis probat ferrũ durũ, ſic vinũ corda ſuperborũ arguet in

i Non di. *ideſt ſi quæras de ferculorum multitudine, ſed accipe quod tibi apponitur in gratitudine.*

G

K Memen. quo. *qui maior eſt quàm venter: quia frequenter plus cupit quam venter recipere poſſit.*

l Ideo ab o. fa. ſua la. *ideſt grauiter portabit.*

m Cum vi. *Paucitatem ferculorũ. vel quia non ſunt ſecundum ſuam concupiſcentiam.*

n Ne ex. ma. t. prior. *Ad cibum & potum.*

o El in. *i. improperio alicuius tibi inuidentis.*

p Conta. *i. de goloſitate notatus.*

q Erube. *Coram epulantibus.*

r Ne con. in con. vino. *Vltra menſuram accipiendo.*

s Intel. quæ ſunt pro. tui. *i. qualiter ſentit proximus tuus, de ſe eſſundentibus ſuper vinum.*

t Ex teipſo. *i. ſicut tu ebrioſus aliquando contempſiſti.*

u Vtere quaſi homo frugi. *i. cum diſcretione & temperatè. Eſt enim frugi nomen communis generis & indeclinabile, & ſignat idem quod tẽperatus & modeſtus.*

x His quæ ti. appo. *Et modum debitum non excedas.*

y Odio ha. *Sicut guloſus canis.*

z Ceſſa prior. *i. ſicut dictum eſt, ꝙ non debes primus comedere, ſimiliter nec vltimus continuare.*

-vino

a Cauſa di. *i. vt appareas diſciplinatus & moderatus. Cætera patent ex dictis vſq; ibi.*

b Et in dor. non. *Vinum enim potatũ exceſſiuè impedit opus naturę, & ſimiliter exceſſus cibi. ideo ſubditur,*

c Vigi. *ideſt priuatio ſomni ſuauis & quietis.*

d Et cho. *In pectore, & gutture.*

H

e Et tor. *i. torſiones ventris.*

f Viro infruni. *i. guloſè ſuper cibum & potum effuſo.*

g Somnus ſan. *Quia natura non grauatur in digerendo.*

h Dor. vſq; m. *i. pacificè & quiete.*

i Et ani. il. cum ipſo de. *Nam ex indigeſtione non grauabitur.*

K Et ſi coact. *Hic dat quoddam remedium contra cibi & potus exceſſum. di. Et ſi coactus fueris in edendo. Sicut fit in aliquibus terris more barbarico, vbi homines inuitant commenſales ſuos ad comedẽdum, & bibendum, vltra menſuram & modũ.*

l Surge è medio & vome. *Extra ſocietatem illam, ne fortè nimis inter illos ſedendo, tibi contingat talis paſſio: & cum hoc corporis mala diſpoſitio.*

m Audi me fi. *Diligẽter, & attẽte.*

n Et ne ſpe. me. *i. doctrinã meam.*

o Et in nouiſſi. &c. *Fuiſſe vera.*

p In om. ope. tu. eſto. ve. *ſecũdum enim Philoſophum libro Ethi. Conſiliari debemus moroſè, ſed exequi velociter bene conſiliata.*

Philoſophus

q Et om. in. *i. defectus operis.*

r Non occurret tibi. *Qui frequenter ſuperuenit, quando differtur executio boni conſilij, vnde Poeta: Nocuit differre paratis.*

Lucanus

## NIC. DE LY.

a Qui pro. eſt in il. *ſcilicet auro.*

b Et per. in. eſt. *In operibus liberalitatis & miſericordiæ.*

c Et erit il. glo. *Matt. 25. c. Venite benedicti patris mei &c. Et ſubditur: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare.*

d Qui po. tranſ. *Nam diuitiæ dant opportunitatem, & occaſionem malè faciendi.*

e Et non eſt tranſ. *Per ſtabilitatem voluntatis eius in bono.*

f Ideo ſta. ſunt bo. il. in do. *Nam pro temporalibus recepit æterna.*

g Et elee. *Ad informationem aliorum.*

h Supra men. *Hic reuertitur ad propoſitum, tractãs diffuſius de ſobrietate. Et primo circa cibum & potum generaliter. Secundò circa potum ſpecialiter, ibi: Diligentes in vino. Prima in duas, quia primò facit propoſitum: ſecundò dat remedium contra exceſſum, ibi: Et ſic coactus. Circa primum dicit: Supra men. ma. ſe. i. cum vocatus fueris ad menſam magnæ perſonæ, non incipias primus comedere.*

i Non

s Splendidum in panibus. *Sibi bona imprecantium pro ſua liberalitate & miſericordia.*

t Et teſtimo. ve. il. *ſ. veritatis vitæ.*

u Fide. *ideſt verax.*

x In nequiſſimo pane. *i. nequiter acquiſito, & malè dato.*

y Mur. ciui. *Quæ in hoc grauatur.*

z Diligentes. *Hic ſpecialiter agit de ſobrietate circa potum. di. Diligentes. Quærendo & potando,*

a Noli prouoca. ad biben. *Nam ſine hoc ſunt ad hoc nimis proni, vel: Noli prouocare ad iracundiam, quia citò prouocantur ad homicidium. ideo ſubditur: Multos enim &c.*

b Ignis probat ferrum du. &c. *Ipſum mollificando.*

c Sic vinum corda ſuperborum arguit. *Totaliter eos ſopiendo & deijciendo: ſicut patet de Holoferne, Iudit. 13.*

a Æqua



a *Aequa vi.* Vinum ſobriè potatum vitam æquitatis non tollit, ſed ſobrietatem, & cætera virtutum ornamenta adducit.

A

b *Vinum.* Patet irritationẽ, iram: & ruinas multas ebrietate naſci, & amaritudinẽ animæ, & animorum offenſionem, virtutes minorari, ſcelerum vulnera multiplicari.

## GLOS. ORDINAR. CAP. XXXII.

c Recto. te po. Qui dignitate præeſt non debet ſuperbire: Qui maior eſt veſtrum, fiat ſicut minor &c.

d *Gem. car.* Ardentium gemmarum principatum tenet carbunculus, ſic dictus, qa ignitus vt carbo, cuius nec nocte vincitur fulgor. Lucet. n. in tenebris adeò, vt flãmas vibret ad oculos. Hunc cõparat auro, & muſicum melos conuiuio. Sicut. n. carbunculus duplicat ſplendorem auri, ita melodia iucunditatem cõuiuij. Myſticè aũt aurum ſignificat diuinã ſapiẽtiã. Carbunculus, virtutum gloriã. Vinũ gratiam ſpiritualem. Muſica, euangelij pdicationem. Conuenit. n. diuinę ſapientiæ fulgor virtutũ, & ſpirituali gratiæ pdicatio verbi. Smaragdus virore herbas frondesq; ſuperat, aerẽ circa ſe viriditate inficiens, qui mero & viridi proficit oleo. Cuius genera plurima. Primi ſunt Scythici, ſecundi Bactriani, tertij Aegyptij: hic ſignificat animas immarceſſibili fide virentes. Sicut ergo in fabricatione auri decorem auget ſplendor ſmaragdi, ſic eruditionem viri amplificat charitas rectæ fidei, quæ per dilectionem operatur, & myſteria dñicæ paſſionis digno veneratur ſacramento.

B

e *Ante grandi.* Fulgor coruſcationis præibit pondus grandinis, ſic nitor gratiæ verecundiam.

a *Hora*

Matt. 20. d — †cordis — Carbunculus — Myſticè. — Smaragdus

## NIC. DE LYRA.

a Æqua vi. ho. *i. vita in æqualitate humorum conſeruata.*

b Vinum in ſo. *ſupple potatum.*

c Quæ eſt vi. *humana.*

d Quæ mi. vi. *q. d. non eſt vita humana, ſed porcina & beſtialis.*

e Quid de. vi. mor. *Nam mors naturæ defraudat vitam naturæ, mors culpæ vitã gratiæ, mors gehennæ vitam gloriæ.*

f Vi. in iu. *moderata ratione.*

g Crea. eſt. *nam lætificat cor hoĩs, Pſ. 103. b*

Pſal. 103. b

h Exul. ani. & cor. *ideſt appetitus ſenſitiui, & intellectiui.*

i Vinum mo. po. *quia confert virtuti mentis & ſanitati corporis. ideo ſubditur: Sanitas eſt &c. Vinum mul. po. i. in magna quantitate, vel multa fortitudine.*

l Irrita. *i. euacuationem ſenſus.*

m Et iram. *i. appetitum vindictæ.*

n Et rui. mul. fa. *corporales, & ſpirituales. Ex dictis patet quod ſequitur vſq; ibi.*

o In con. vi. non ar. pr. *ideſt quando eſt bene potatus, tunc enim non eſt correctionis ſuſceptiuus.*

p Et non de. eum in iucun. il. *ideſt in ebrietate ſua, eadem ratione.*

q Verba im. non di. il. *nam inſurgeret contra te.*

r Et non præ. *ſ. debitum aſperè, quia exaſperaretur contra te. & redderet tibi malum pro bono &c.*

†In medio magnatorum loqui

## NICOL. DE LYRA. CAP. XXXII.

Rectorem te po. *Superius à ca. 25. & citra actum eſt de ſtatu actiuorum, hic conſequenter agitur de ſtatu prælatorum. Et diuiditur in duas partes. nam primò agitur de eorum officio. Secundò, de honore ſibi impendendo, ca. 38. Circa primum ſciendum, ꝙ ſicut dicit Greg. in paſtorali. Prælatus debet eſſe in actione præcipuus, & præ cæteris in contemplatione ſuſpenſus, ideo primò agitur de eius actione. ſecundò de eius contemplatione, cap. 35. Prima adhuc in duas. nã primò agitur de eius actione tempore pacis. Secundò, tempore tribulationis. cap. ſeq. Prima adhuc in duas, nã primò agitur de actione prælati. Secundò de modo agendi, ibi: Fili ſine conſilio. Prima adhuc in duas: Nam primò informatur prælatus. Secundò, ſubditur, ibi: Audi tacens, Circa primum dicitur,*

Diuiſio. — Greg. in paſtorali. — †ſumptum

a ¶Senſum minuendo ægritudinem ingerendo.
ebrietate potatũ. Æqua vita hominibus, vinũ in ſobrietate, ſi bibas illud moderatè, eris ſobrius. Quæ eſt
vita quæ minuitur vino? Quid de-
a ¶Ebrietas. b ¶Terreni fructus ad alimentũ hominis conditi ſunt, non ad detrimentum.
fraudat vitam? Mors. Vinum in iucunditatẽ creatũ eſt, & non in ebrie
a ¶Sæpe idem repetit, vt fortius memoriæ infigat.
tatem ab initio. Exultatio animę & † corporis vinum moderatè † potatum. Sanitas eſt animæ & corpori, ſobrius potus: Vinum multum potatum, irritationem & irã & ruinas multas facit. Amaritudo animæ, vinum multum potatum. Ebrietatis animoſitas imprudẽtis offenſio, minorans virtutem & faciens vulnera.
a ¶Alter al. o. pot. & eſt adim. legem Chriſti.
In conuiuio vini non arguas proxi-
a ¶Sicut Cham patrem ſuum.
mum, & non deſpicias eum in iucũditate illius. Verba improperij non dicas illi, & non premas illum in repetendo.

## CAP. XXXII.

Rectorem te poſuerunt, noli extolli: eſto in illis quaſi
a ¶Verbo inſtruendo & exemplo.
vnus ex ipſis. Curam illorum habe, & ſic conſidera, & omni cura tua † explicita recumbe, vt læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignitatem cõſequaris † corroga-
a ¶Maturior ſcientia.
tionis. Loquere maior natu, decet
¶Dei.
enim te: primum verbum diligẽti
a ¶Dei. b ¶Non per inanem fauorem canoram eloquentiam fundas.
ſcientiam, & nõ impedias † muſicã.
a ¶Auditor ſcilicet qui proficiat. b ¶Felix qui loquitur cauſam in aurem prudentis.
Vbi auditus non eſt, nõ effundas
¶Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi facit iniuriam.
ſermonẽ, & importunè noli extolli in ſapientia tua. Gẽmula carbunculi in ornamẽto auri, & cõparatio muſicorũ, in cõuiuio vini. Sicut in fabricatiõe auri ſignũ eſt ſmaragdi, ſic numerus muſicorũ in iucundo & mo
a ¶In conuiuio. b ¶Audi Iſrael, & tace.
derato vino. Audi tacens, & pro re-
a ¶Modeſtiam quoque vocis commendat.
uerentia accedet tibi bona gratia.
a ¶Oportet magiſtrum loqui & docere, diſcipulum autem tacere & audire.
Adoleſcẽs loquere in tua cauſa, vix cum neceſſe fuerit. Si bis interroga
¶Principium.
tus fueris, habeat caput reſponſum tuũ. In multis eſto quaſi ĩſcius, & audi tacens ſimul & quærẽs. In medio † magnatorũ loqui nõ præſumas, & vbi ſunt ſenes, non multũ loquaris. Ante grandinẽ præibit coruſcatio,

C

s Recto. te po. no. *ex honore tibi impenſo, ſed magis humiliare, ſaluo tñ honore officij.*

t Curam il. *ſicut pater bonus ſuæ familiæ.*

u Et ſic con. *quæ ſunt ſubditis vtilia.*

x Et om. cu. tu. ex. *quantum ad officium tuum ſpectat.*

y Recum. *Recreationem tuam accipiendo modeſtè.*

z Vel læte. pro il. *i. propter illorum bonam diſpoſitionem: profectus enim ſubditorum, eſt gloria prælatorum.*

a Et or. gra. ac. co. *ſ. gloriæ, quę eſt gratia cõſummata, & per cõſequẽs gratiæ ornamẽtũ.*

b Et dig. con. cor. *i. congregationis per te bene diſpoſitę. Vnde verſus de compoſitis huius verbi rogo. Si rogat addideris, con, congregat: e, dat. in, infert, De minuit: ſub ſuſtituit. pro, protrahit. inter Quærit, præ ſuperat, ab deſtruit, adq; ſuperbit.*

c Loque. ma. na. *i. tu prælate qui debes eſſe maturus moribus, & ſenex venerabili ſenectute. vt habetur in Sapien. Aetas ſenectutis vita immaculata.*

Sap. 4. b

d Decet enim te pri. *i. principaliter.*

e Verbum di. ſc. *i. verbum Dei qui diligit ſcientes, & ſcientiam.*

D

f Et non im. mu. *i. conſonantiam verbi ad vitam: quia cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prędicatio contemnatur. Greg. hom. 37. Et ſic accipitur hic muſica metaphoricè. Et quia doctrina bona propter malitiam auditorum eſt dimittenda, ſubditur,*

†explicata — Gregor. Homil. 37. — †cõgregationis

g Vbi au. non eſt ef. ſer. *quia magis eſſet verbi Dei contemptus quam profectus.*

h Et im. no. *arroganter te iactando de ipſa.*

i Gemmula carbun. &c. *i. ſicut in corporalibus gemma optimè coniungitur auro in ornamento.*

K Et con. mu. in con. *ideſt ſic eſt melodia in conuiuio, quia ſicut cibus reficit corpus, ita melodia ſenſus.*

l Sicut in fa. *Repetitio eſt prędictę ſententiæ. Et eſt ſenſus: ꝙ ſicut iſta gratioſè coniunguntur, ſic bona vita, & ſana doctrina in doctore, vel prælato.*

m Audi ta. *Hic conſequenter inſtruitur ſubditus, & primò ad audiendum reuerenter doctrinam doctoris, & prælati, di. Audi tacẽs: non garrulans, nec contradicens.*

n Et pro re. bo. gra. ac. *Dei. ſ. & hominum.*

o Ado. loque. *non in aliena.*

p Vix. *ideſt tardè.*

q Cum neceſſe fue. *& non ante.*

r Si bis in. fu. ha. *i. tunc incipias reſpondere.*

s In mul. eſto qua. in. *i. non loquens.*

t Et audi ta. ſi. & quæ. *ad melius intelligendum. Sicut enim legitur de Chriſto, cum eſſet annorum 12. Luc. 2. g. Inuenerunt illum in templo in medio doctorum audientem illos & interrogantem. Non tamen interrogabat, vt per hoc melius intelligeret: quia ab inſtanti conceptionis anima Chriſti fuit repleta omnibus ſcientijs, & virtutibus, ſed vt iuuenibus exemplum quærendi daret, & vt aſſiſtentes magis intelligerent.*

Diuiſio.

u Et vbi ſunt ſenes, non multum loqua. *ideſt ſi oportet te loqui, breuiter te expedias.*

x Ante gran. præ. coruſ. *Sic videmus frequenter accidere, ꝙ in tonitruo aliquando cadit grando, & ſonitum tonitrui præcedit coruſcatio.*

a Et

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Hora ſur.Ra.* Admonet. ne ſimus triſtes, vel tardi in diſciplina & meditatione ſapientiæ, ſed in domum conſcientiæ nos recipiamus, & ibi ſobriè ventilemus verba ſcripturæ, & caueamus ne ſuperba cogitatio ſurripiat nobis, quaſi ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis: ſed ipſum benedicamus, qui per gratiam nos fecit, & bonis † omnibus repleuit. [† operibus]

b *Vir con.* Quantò quis prudentior, tantò vtitur proximorum conſilio, vt addat ſibi intelligentiam.

c *Fili ſi con.* Poſſunt hæc de catholico & hæretico accipi. Catholicus enim Deum timens, omnia agit doctorum conſilio & ſcripturarum documento. Hæreticus verò propria confidens ſapientia, & proprijs inſtat inuentionibus: ſed cum ſtultitia eius apparuerit, per ſanctos prædicatores diuinis arguetur ſententijs. [† aduocate]

c Vir con. *ideſt acquieſcens conſilio bono.*
d Non diſperdet intelligentiam. *conſilij ſibi dati, ſed ponet ad executionem.*
e Alienus. *à Deo.*
f Et ſuperbus. *contemnens conſilium alterius.*

a ¶Bonum gratiæ ſpiritualis.
& ante verecundiã prçibit gratia, & pro reuerentia accedet tibi bona gra
a ¶Non ſis piger: vel, non ſis effœminatus, quando ſtrenue debes operari.
tia. Et hora ſurgendi non te † trices. Præcurre autem prior in domũ tuã, & illic † aduocare, & illic lude, & age conceptionès tuas, & non in delictis & verbo ſuperbo. Super his omnibus benedicito dominũ, qui fecit te, & inebriantem te ab omnibus bonis
a ¶Beatus vir qui timet dominum in man &c.
ſuis. Qui timet Deũ, excipiet doctri-
a ¶Dominum, vel timorem.
nam eius, & qui vigilauerint ad illũ,
a ¶Remunerationem. b ¶Bona voluntate.
inuenient benedictionem. Qui quę rit legem, replebitur ab ea: & qui inſi
a ¶Doloſe peruertendo legem. b ¶Vt qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.
dioſè agit, ſcãdalizabitur † ab ea. Qui
a ¶Quia pro benefactis recipiens præmium.
timent Deum, inueniẽt iudicium iu
a ¶Sibi vel alijs.
ſtum: & iuſtitias quaſi lumen accendent. Peccator homo vitabit corre-
a ¶Salubrem.
ctionem, & ſecundũ voluntatẽ ſuam
a ¶Ideſt remunerationem.
inueniet comparationem. Vir conſi
a ¶A conſilio bonorum.
lij non diſperdet intelligentiam, alienus & ſuperbus nõ pertimeſcit timo
a ¶Deum qui timor eſt. & amor fidelium.
rem ✻. Etiam poſtq̃ fecit cũ eo ſine
a ¶Sancto ſcilicet vel impio vel iniquo.
conſilio, & ſuis † inſectationibus ar-
a ¶Reprehenſibilis iuuentus. b ¶Diſcretione & ratione. vnde: Palpebræ ſuæ, ideſt conſilia præcedent greſſus tuos.
guetur. Fili ſine cõſilio nihil facias, &
a ¶Hæreticæ doctrinæ.
poſt factum nõ pęnitebis. In via ruinæ non eas, & non offendas in lapi-
a ¶Scelerum offenſiones.
a ¶Nimijs quæſtionibus.
des, nec credas te uiæ laborioſæ, ne
a ¶Ideſt incidas in errores. b ¶Quos in doctrina eccleſiaſtica genuiſti.
ponas animæ tuæ ſcandalum. Et à fi-
a ¶Falſis fratribus.
lijs tuis caue, & à domeſticis tuis at-
a ¶Quicquid agimus, ſecundum regulam fidei temperare debemus, ſecundum cuſtodiam mandatorum Dei.
tende. In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ: hæc eſt enim † conſeruatio mandatorũ. Qui credit Deo,
a ¶Qui confidunt in domino ſicut mons Sion &c. Omnis qui credit in illum, non confundetur.
attendit mandatis: & qui confidit in illo, non † minoratus erit.

g Non pertime.ti. *ideſt flagellorum Dei comminationem.*
h Etiam poſt.fe.cum eo. *i. cum timore diuino. ſ. aliquid boni. Alienus enim à Deo & ſuperbus in periculo mortis poſitus, aliquando facit aliquid boni de genere ex illo timore.*
i Sine con. *ideſt ſine habitu mentis, nam hoc facit ex paſſione timoris tranſeuntis. ideo ſubditur,* [† tetrices]
K Et ſuis in.ar. *Quia timore tranſeunte, ad conſuetudinem priſtinam malam reuertitur & ſic arguendus efficitur.*
l Fili ſine con. *Poſtquàm egit de actione prælati, hic conſequenter agit de modo agendi, qui debet eſſe per conſilium bonum. Vnde principes quantuncunq; ſapientes, & prælati quantuncunq; literati, debent habere ſecum aliquos ſapientes, cum quibus conferant de agendis. ideo dicit: Fili ſine con. Debent etiam vitare periculoſa. ideo ſubditur,* [Nota principes nõ eſſe ſine doctis.]
m In via rui.non eas. *i. occaſionibus peccandi non te exponas.*
n Et non of.in la. *i. Grauiter non peccabis. ſ. mortaliter. Nam talis ſic offendens in lapides grauiter læditur: ſecus eſt de peccato veniali, quod non euitatur totaliter in vita præſenti.*
o Nec cre.te viæ labo. *Confidens de tuo ingenio, ipſum altioribus te applicando, quorũ inquiſitio eſt inutilis & laborioſa, & frequenter noxia. ideo ſubditur,*
p Ne ponas. *Quia frequenter per talem inquiſitioni homo cadit in errorem.*
q Et à filijs tuis. *Ne illorum amore tractus acquiras malè bona alterius.*
r Et à domeſti.tuis. *ideſt ſeruis.*
s Attende. *Vt non tractent infideliter bona tua.*
t In om.ope.tuo.cre. *ideſt fidei fundamentum ſuppone, ſine qua nullum opus Deo placet, Heb. 11. a. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.* [Heb. 11. a]
u Ex fide.ani.tuæ. *i. cordis tui, & non tantum oris, Ro. 10. c. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* [Rom. 10. c]
x Hæc eſt enim con.man. *ſ. fides operans per dilectionem.*
y Qui cre.Deo. *Fide formata charitate.*
z Attendit man. *Ne tranſgrediatur ea.*
a Et qui con.in il. *Per ſpem firmam, quæ eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis proueniens.*
b Non mi.erit. *ideſt non deficiet à præmio expectato.*

## GLOS. ORDINAR. CAP. XXXIII.

T*imenti Deum.* Sequitur, a *Præcordia fatui.*

## NIC. DE LY.

a Et an.ve. *Quæ procedit ex reuerẽtia.*
b Præi.gra. *Diuina, quæ eſt principium illius reuerentiæ.*
c Et pro re.ac.ti. *Gratia enim ſicut & charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici: igitur gratia in minori gradu præcedit actum meritorium reuerentiæ, & illum actum ſequitur gratia in gradu maiori.*
d Et ho.ſur. *Hic ſecundò ſubditus inſtruitur de diligentia circa ſeipſum, cum dicitur, Et ho.ſur. de lecto.*
e Non te tri. *i. non protrahas moram in compenſatione, aliàs compoſitione capillorum, vel huiuſmodi, ſicut faciunt mulieres. Vnde dicit Poeta: Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina compti.*
f Præcur.au.pri.in do.tuam. *Recurrendo ad propriam conſcientiam.*
g Et il. *quaſi reſponſurus de factis tuis coram ſummo iudice.*
h Et il.lu. *ideſt reſponſione facta per hoc, quòd non es conſcius de mortali culpa, lude cũ ſapientia bonis meditationibus, quæ ſunt delectabiles.*
i Et age con.tu. *i. bonum propoſitum ibidem conceptum deduc ad effectum.*
K Et non in de.& ver.ſu. *Occupes te. Et quoniam iſta procedunt de gratia Dei, ſubditur,*
l Super his om. *Tanquam de beneficijs eius gratus. Et quia debet homo ſemper tendere ad profectum, ſequitur,*
m Qui ti.Deum. *Quia timor domini principium eſt ſapientiæ, vt dictum eſt ſupra cap. 1.*
n Et qui vi.ad il. *Orando & legendo.*
o Inue.bene. *Illius gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.*
p Qui quæ.le. *Humiliter à ſciẽtibus ipſã.*
q Replebi.ab ea. *Notitia ſancta quæ non inflat, ſed ædificat.*
r Et qui in.agit. *quærens capere doctorem in verbo ſicut Pharisæi faciebant Chriſto.*
s Scanda.ab ea. *Tales enim inſidiæ ſunt ſibi cauſa ruinæ.*
t Qui timet Deum. *timore filiali.*
u Inue.iu.iu. *i. p̃mium recipiẽt in iudicio.*
x Et iuſti. *ideſt opera iuſtitiæ.*
y Quaſi lu.ac. *Alios in viam iuſtitiæ dirigendo.*
z Peccator ho. *i. obſtinatus in peccato.*
a Vita.cor. *Tanquam ſibi abominabilem.*
b Et e.vo.ſuam. *Malam. Inuene.com. i. aliquem ſibi ſimilem vel peiorem, ipſum allegando ad ſui excuſationem & defenſionẽ.*

[† dominicis obſcenis conſiliationibus] [† minorabitur]

## CAP. XXXIII.

Timenti dñm, non occurrent
a ¶Æterna. b ¶Nouit Deus pios de tentatione eripere.
malã, ſed in tentatione Deus
a ¶Peccatis, ſubiectionibus diaboli.
illũ conſeruabit, & liberabit à malis.
a ¶Imo amat & ſeruat.
Sapiẽs non odit mãdata & iuſtitias,

## NICO. DE LYRA. CAP. XXXIII.

T*imen. Deum. Poſtquam actum eſt de actione prælati in pace, hic conſequenter agitur de ea in tribulatione, & primo in tribulatione ab extraneis. ſecundò ab intraneis, ibi: Et ego. Prima in tres, quia primò ponitur in tribulatione conſtantia boni prælati. Secũdò, per oppoſitum, vt propoſitum magis appareat inconſtantia mali, ibi: Pręcordia fatui. Tertiò, ſolutio conſurgẽtis dubij, ibi: Quare dies. Circa primum dicitur,* [Diuiſio.] [† conſummatio]
c Ti.Deũ. *i. p̃lato timenti Deũ timore caſto.*
d Non oc.ma. *ſ. culpę, licèt occurrãt mala pęnę in tribulatione, propter quod ſubditur*
e Sed in tentatione. *tribulationis.*
f Deus il.con. *In virtute patientię.*
g Et liberabit à malis. *Culpę, & aliquando cum hoc à malis pęnę, eripiens eum à tribulatione.*
h Sapiens. *Prelatus.*
i Non odit mandata, & iuſtitias. *Sed magis diligit & implet ea.*

a Et



a *Præcordia fatui.* Sicut rota carri & axis verſatilis, inſtabili motu à ſummis ad ima, ab imis ad ſupiora vertitur: ſic ſtultorum præcordia, hęreticorum cogitatio ſemper inſtabilis, & aliqñ hoc, aliqñ illud cogitant. Vnde: Stultus vt luna mutatur. Et alibi: Cor ſtultorum diſſimile erit. [Eccl. 27. b.] [Prou. 15. a.]

b *Equus emiſſarius.* Sicut iumento nulla eſt rõ, ita in falſo amico nullus ęquitatis ordo. Sicut enim equus laſciuus hinnitu ſuo dñm ſuum non diſcernit vel alienum, ſic ſtultus & deriſor non diſcernit hypocritam & fidelem amicum: ſed per oris officia ęqualiter vtrique pandit ſecreta.

c *Quare ſu.* Quia ſuperius ſtultum vituperauit, quia nullam in rebus diſtãtiã habuit, oſtẽdit in oĩbus rebus ordinẽ eſſe decẽtiſſimum. Dies ergo diem ſuperat propter aſcẽdẽtis ſolis curſum, qui gyrat ad meridiem, & flectitur ad aquilonem. In ęſtate longiores dies & clariores reddit. & annũ lunæ & aliorum planetarũ facit ordinabiliter differre: quia ad hoc creatus eſt cum alijs ſyderibus, vt ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos. [Dierũ inæqualitas vnde proueniat] [Gen. 1. b.]

d *Facto ſole.* præcepit Deus in lege, dierum, menſium, & annorũ obſeruãtiã ſ̃m ſolis & lunæ curſum. vnde ſabbathũ, neomenia, phaſe, pẽtecoſtes, menſis ſeptim⁹, & annus ſeptim⁹, & quinquageſimus, ritu ſuo celebrant, vt intelligamus oĩa à Deo eſſe ordinata, & maximè placere qđ ordine & rõne fit. [Feſta Iudæorum.] [† ſol ſole] [Leu. 14. g.]

e *Ex ipſis exal.* quia ſua diſcretione illos diſtinxit, quos p̃ benefactis remunerauit, & quibus pro malefactis dignam mercedem retribuit.

f *Et omnes homines.* Poſt diſpoſitionem ſyderum & ordinem temporũ, de hominũ cõditione agit, vt intelligamus oĩa ordinata eſſe. Omnes homines de ſolo & ex terra facit, quia Adã de terra formauit, vnde oĩs homo originem trahit. Sed poſtq̃ multiplicari cępit, & qdã varijs erroribus ſe † obligauerunt, ſeparauit iuſtos & benedixit: impios verò æterna maledictione damnauit. [† applicanetur ſtaminus]

g *Quaſi lutum figuli in manu &c.* In manu ſua habet conditor maſſam humani generis, & ſecundum voluntatem ſuã vaſa fingit, nec eſt qui reſiſtat voluntati eius, tñ oĩa iuſtè & ordinatè facit. Scit. n. cui debeat miſereri ſ̃m p̃ſcientiã & prædeſtinationẽ ſuam, & quem debeat indurare ſecundum iuſtitiam. [tertio]

a Contra

*eſt malus prælatus, qui debet Deum diligere, vſque ad mortem ſe exponendo pro populi ſalute: & tamen Deum deridet accipiens officium vicariæ ipſius, & non curans de honore eius.*
p Sub omni ſupra ſedente. *ſcilicet Deo & angelis eius.*
q Hinnit. *per inſolentiam vitiorum.*

a ¶Turbine tentationum.
& non illidetur quaſi in procella
a ¶Eccleſiæ. b ¶Qui enim non credit legi ſtultus eſt.
nauis. Homo ſenſatus credit legi
a ¶Verax in promiſſis. b ¶Doctor ſ. qui ad interrogata nouit reſpondere.
dei, & lex illi fidelis. Qui iterrogationẽ manifeſtat parabit verbũ:
a ¶Præmeditando. b Reſponſionis.
a ¶Dominum ſcilicet, vt intelligat veritatem.
& ſic deprecatus exaudiet, & cõ-
a ¶In operatione. b ¶Domini.
ſeruabit diſciplinam, & tunc re-
a ¶Meditando, orando, operando.
ſpondebit. † Pręcordia fatui quaſi rota carri, & quaſi axis verſatilis cogitat⁹ illius. Equus emiſſarius, ſic & amicus ſubſannator ſub oĩ
¶Quæritur.
ſupra ſedente hinnit. Quare dies diẽ ſuperat, & iterum lux lucem,
¶Alias in.
& annus annũ † à ſole? A domini
¶Reſponſio.
ſciẽtia ſeparati ſunt: facto ſole, & pręceptum cuſtodiẽte, per Dei ſapientiam diuiduntur. Et immutauit tempora & dies feſtos ipſorũ, & in illis dies feſtos celebrauerunt ad horam. Ex ipſis exaltauit & magnificauit Deus, & ex ipſis poſuit in numerũ dierum, & oẽs homines de ſolo, & ex terra, vnde creatus eſt Adam. In multitudine diſciplinæ † dñi ſeparauit eos, & immutauit vias eorum. Et ex ipſis benedixit & exaltauit, & ex ipſis ſanctificauit, & ad ſe applicauit: & ex ipſis maledixit, & humiliauit, & † cõuertit illos ad ſeparationẽ ipſorũ. Quaſi lutum figuli in manu ipſius, plaſmare illud & diſponere. Oẽs viæ eius ſecun-

r Quare dies. *Hic cõſequẽter ponitur ſolutio dubij. Quia poſſet aliquis admirari & quærere, qualiter Deus permittit malos doctores & prælatos ad eccleſiæ regimen promoueri? Ad cuius ſolutionem, primò prętnittitur exemplum in naturalibus. Secundò applicatur ad propoſitum in hominibus, ibi: Et omnes homines. Tertiò confirmatur per ſimile in artificialibus, ibi: Quaſi lutum. & quartò ſoluitur dubium de malis prçlatis & doctoribus ibi: Contra malum. Circa primum dicitur: Quare dies diem ſuperat. in longitudine, ſicut dies æſtatis ſunt longiores quàm dies hyemis.* [Diuiſio]
s Et iterum lux lucem &c. *Lux enim ſolis maior eſt quàm lux lunæ, & aliarum ſtellarũ.*
t Et annus annum. *Nam annus ſolaris excedit annum lunarem in 11. diebus.* [† ſup. 21. c.]
u A ſole &c. *non quia ſint plures ſoles, ſed quia idem ſol excedit ſeipſum in cauſando calorem: nam in æſtate cauſat maiorem calorem in habitatione noſtra, quàm in hyeme: quia tunc magis appropinquat ad tropicum æſtiualem. Et reſpõdet vnde talis variatio ſurgat, di.*
x A domini ſcientia ſeparati ſunt: *id eſt diſpoſiti effectus dicti.*
y Facto ſole & præce. *i. ordinationem Dei.*
z Cuſtodiente. *nam per ipſum illuminantur cæteræ ſtellæ, & per motum eius in obliquo circulo fit dicta variatio dierum, annorum, & caloris. Quod autem ſubditur in aliquibus libris.*
a Per Dei ſapientiam diuiduntur. *non eſt in textu: ſed immediatè ſubditur:*
b Et immutabit tempora. *ſcilicet ſol, per cuius motum diſtinguuntur quatuor anni tempora. ſ. æſtas, hyems, ver, & autumnus.*
c Et dies feſtos ipſorum. *ſ. temporum.*
d Et in illis. *ſ. temporibus.*
e Dies feſtos celebrauerunt. *ſ. Hebræi, de quibus loquitur autor iſte qui fuit Hebræus, & aduentum Chriſti longo tempore præceſſit.*
f Ad horam. *in lege determinatam Leuitic. 23. e. A veſpere in veſperũ celebrabitis ſabbatha veſtra.*
g Ex ipſis. *diebus feſtiuis.*
h Exaltauit & magnificauit de. *præcipiẽdo maiorem ſolennitatem, & maiora ſacrificia fieri in aliquibus quàm in alijs, ſicut in paſchate, & pentecoſte, & ſimilibus, quæ celebrãtur ſemel in anno tantum, quàm in neomenijs, quę celebrabantur quolibet mẽſe & ſabbathis in quamlibet hebdomada.*
i Et ex ipſis. *ſcilicet diebus anni.*

## NICO. DE LYRA.

a Et non illidetur &c. *id eſt non frangetur per impatientiam.*
b Quaſi in procella na.&c. *frangitur quando eſt fragilis.*
c Homo ſenſatus cre.le. *quæ pro merito patientiæ promittit bona gloriæ, Matt. 5. a. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.*
d Et lex illi fidelis &c. *quia veraciter ei reddit quod promittit.*
e Qui interrogationem manifeſtat &c. *id eſt prælatus qui à ſubditis interrogatur de lege, debet veritatem manifeſtare, Mach. 2. b. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex ore eius requirent &c.*
f Parabit verbum &c. *ſecundum capacitatem auditorum.*
g Et ſic deprecatus. *dominum vt illuminet eum ad reſpondendum veritatem.*
h Exaudietur &c. *à domino.*
i Et conſeruabit diſcipli. *i. aptum modum docendi diſcipulos.*
K Et tunc reſpondebit. *ad interrogata de moribus & fide: Et ex hoc habetur documentum, quòd doctor & prælatus de talibus reſponſurus, vel prædicaturus, debet primò dominum deprecari.*
l Præcordia. *Hic conſequenter agitur de inconſtantia mali prçlati, qui ſecundum dictum ſaluatoris Ioh. 10. c. videns lupum venientem dimittit oues & fugit. & hoc eſt quod dicitur: Præcordia fatui. id eſt intellectus & affectus mali prælati.*
m Quaſi rota carri &c. *quia non habet ſtabilitatem in bono. ideo ſubditur:*
n Et quaſi Axis ver.&c. *qui voluuntur de vno ad aliud per inconſtantiam mentis.*
o Equus emiſſarius ſic & amicus ſubſannator. *id eſt deriſor: & iſte eſt malus*

K Po.in nu.di. *i. dimiſit ſine tali ſolẽnitate, in qua homines vacarent operibus ſuis: quod ſubditur in aliquibus libris, & annos, nõ eſt de textu.*
l Et omnes. *Hic magis applicat ad propoſitum in hominibus, dicens: Et omnes homines de ſolo &c. idem ſignant. Sed dicitur ſolum à ſoliditate, & terra. quia teritur pedibus hominum & animalium, ſupple fecit Deus.*
m Vnde creatus eſt Adam. *id eſt formatus quãtum ad corpus, Gen. 1.*
n In multitu. &c. eos. *ſ. homines ſuper terram multiplicatos poſt diluuium, & vnitos in ædificatione turris Babel contra Deum: propter quod Deus reprimens eos à tali temeritate confudit linguas eorũ, Gen. 11. b. & ſic diuiſi ſunt per diuerſas terras; ideo ſubditur:*
o Et immu.vi. *ſecundum diſtinctionem linguarum.*
p Et ex ip.be. *ſ. Abraham, Iſaac, & Iacob, & qui deſcenderũt ex illis.*
q Et exaltauit. *educendo populum Iſrael de Aegypto in ſignis & mirabilibus, vt patet in Exo.*
r Et ex his ſan.ad ſe.ap. *ſ. tribum Leui, quæ deputata fuit ad cultum domini & potiſſimè Aaron & filios eius.*
s Et ex ipſis. *ſ. Core cum eius complicibus, Nu. 16.*
t Et humiliauit. *eorum rebellionem & ſuperbiam deijciendo.*
u Et con.il. *in infernũ, terrã ſubuertendo, vt illos viuentes abſorberet.*
x Ad ſe.ip. *id eſt ſtatim cum fuerunt ab alijs ſeparati. Moyſes enim videns pœnam eorum imminentem dixit alijs: Recedite à tabernaculis hominum impiorum &c. & ſubditur ibidem: Confeſtim igitur vt ceſſauit loqui, dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit illos.*
y Quaſi lu. *Hic conſequenter confirmat per exemplũ in artificialibus,*

 ſicut enim

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Contra malum*. Inueſtigator operum Dei inuenit in ipſis
E quãdam contrarietatem, ſed mirabiliter à Deo ordinatam. Non eſt ergo mali cõditor Deus, qui fecit omnia bona val de: nec mortem fecit, nec lętatur in perditione mortuorũ, ſed vniuerſitatis eſt mirabilis ordinator. Naturæ ergo bonę ſunt, & à Deo ſunt: vitia verò non ex Deo.

b *Reſpicite*. Omnes cõiter admonet, vt iuris ſui rationem non omittant, quia non aliter poteſt habere pacẽ & quietem. Qui enim primatus ſui autoritatem perdit, in deſpectionem & anguſtiam ſe mittit. Qui autem locum ſuũ ſapienter cuſtodit, ſe & ſuos ad profectum virtutis dirigit.

c *Audite me ma*. Ad literam patres docet, vt filios regant, & cum diſciplina nutriant, donec veniant ad ætatẽ perfectã, vt digni hæredes patrum ſuorũ poſſint eſſe. Spiritualiter verò inſtruit rectores eccleſiæ, vt dignitatem ſuam vſque ad finem teneant, & diſcipulos ſuos bene nutritos hæredes ſui laboris relinquant. Tenere debẽt rectores exterius quod pro aliorum vtilitate ſuſcipiunt.

d *Cibaria & virga & onus*. Neceſſe eſt vt iniqui ſerui ſeueritate dominorũ ſuorum cõprimantur, ne illicita fraudentur libertate. In quibus nõ natura deſpicienda, ſed improbitas coercenda, vt ſciant ſe ſubditos eſſe. (Allegoricè) Rectè autem ſerui ſunt, qui vitijs ſeruiunt. Qui verò iuſtitiæ obediunt, verè liberi ſunt. Vnde: Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. (Iohan.8.e.) Nulla enim melior maiorve poteſtas, quàm ſeruire Deo, cui bene ſeruit amor. deſcribitur ergo qualis debeat eſſe ſeruilis nutritura & diſciplina, vt habeat, ſcilicet victum & veſtitum, non vagandi otium.

F

a Si eſt

## NICO. DE LYRA.

¶ *Sicut enim figulus ſecundum voluntatẽ ſuã format vaſa de luto, aliqua in honorem vt in illis ſeruiatur in menſa, & alia in contumeliam, vt illis vtantur homines ad vrinam, & egeſtiones & conſimilia:*

a Sic homo in ma. *Nam electos præparat ad gloriam, & reprobos reſeruat ad pœnam. ideo ſubditur:*

b Et reddet illi ſecundum iudi.ſu. *id eſt ſecundum regulam diuinæ iuſtitiæ, ſecundum quam redditur bonis gloria, malis gehennæ pœna.*

c Contra malum. *Hic ex præcedentibus ſoluitur prædictum dubium. ſ. qualiter Deus permittit aliquos malos doctores & prælatos cũ bonis in regimine populi.* (Quare deus mala permittit) *Ad cuius intellectũ ſciendum, quòd diuerſitates & inęqualitates inductæ de naturalibus & artificialibus nõ ſunt omnino ſimiles diſtinctioni & inęqualitati, quæ eſt in bonis & malis hominibus: nam inæqualitas in rebus naturalibus eſt per ſe intenta & facta à Deo, vt ex diuerſis gradibus creaturarum conſurgat admirabilis pulchritudo vniuerſi. Similiter ex intentione figuli per ſe & directè eſt, quòd faciat aliqua vaſa in contumeliam, & aliqua in honorem, ad diuerſas neceſſitates hominum ſupplendas: ad quod ordinatur directè ars fictilis, ſed quòd aliqui homines ſunt mali per culpam, non eſt ex ordinatione diuina, cum Deus nullo modo ſit autor mali culpę, vt declaratum eſt diffuſius ſupra 15. cap. nec per conſequens ex eius intentione & voluntate omnino prima eſt, quòd aliqui reſeruentur ad gehennam. Nam voluntate eius prima ſiue antecedente vult omnes homines ſaluos fieri. 1.Timo.2.b. ſed voluntate conſequente præuiſionem peccatorum in malitia perſeuerantium vult ipſos damnari. Sic enim malum culpę reducitur ad ordinem iuſtitiæ, propter quod, licèt Deus nullo modo ſit cauſa efficiens malorum, ſed tantùm bonorum, eſt tamen autor ordinationis tam bonorum quàm malorum, quia dedecus culpæ punit per decorem iuſtitiæ. & ſecundum quod dicit beatus Aug. in Enchiridion: Deus eſt adeo omnipotens & bonus, quòd non ſineret mala fieri, niſi ex eis eliceret maiora bona: & ſic permittit malos cum bonis tam in ſubditis quàm in prælatis vſque ad iudicium in quo ſeparabuntur hi totaliter ab illis. Et ſic patet ſolutio quæſtionis. Dicit igitur: Cõtra malum bonum eſt &c.* † tormēta

dum diſpoſitionẽ eius, ſic homo a
in manu illius qui ſe fecit, & red- b
det illi ſecundũ iudicium ſuum.
a Contra malum bonũ eſt, & con- c
tra vitam mors: ſic & contra virũ d e
iuſtum peccator. Et ſic intuere in f g
omnia opera altiſſimi. Duo con- h
tra duo, & vnum cõtra vnum. Et i
a ¶Arrogantiam vitat, ſed veritatem non tacet. b ¶Sacrorum librorum ſcriptor.
egõ nouiſſimus euigilaui, & qua- k
a ¶Racemos. ¶Spiritualis viui.
ſi qui colligit ácinos poſt vinde-
miatores. In benedictione Dei & l
ipſe ſperaui, & quaſi qui vinde- m
a ¶Qui diuinam gratiam ſicut cęteri patres habui & fructum ſcientiæ protuli.
b miat rẽpleui torcular. † Reſpicite n
a ¶Quærendo meditando lucem ſapientiæ.
quoniam nõ mihi ſoli laboraui,
ſed & omnibus exquirentibus di o
a ¶Quibus correctionem vitæ & modeſtiam diſciplinæ exhibui.
c ſciplinã. Audite me magnates, & p q
omnes populi & rectores eccle- r s
ſiæ auribus percipite. Filio & mu t u
lieri, fratri & amico non des pote
ſtatem ſuper te in vita tua, & non x
dederis alij poſſeſſionẽ tuam, ne y
fortè pęniteat te, & depreceris pro
illis. Dum adhuc ſuperes & aſpi- z
ras, non immutabit te oĩs caro.
Melius eſt enim vt filij tui te ro- a
gẽt, q̃ te reſpicere in manus filio- b
rum tuorũ. In omnibus operibus c
tuis pręcellẽs eſto. Ne dederis ma d
culam in gloriã tuam. In die con- e
ſummationis dierũ vitę tuę, & in
tẽpore exitus tui diſtribue hęredi f
d tatem tuam. Cibaria & virga & g
onus aſino, panis & diſciplina & h i
opus ſeruo, Operatur in diſcipli- k l
na, & quærit requieſcere, laxa ma m n
nus illi, & quęrit libertatem. Iu- o p
gum & lorum curuant collum q
durum, & ſeruum inclinãt opera r
tiones aſſiduæ. Seruo maleuolo s t
†tortura et cõpedes: mitte illũ in u x

*eſt &c. quia contra malum naturæ, eſt bonum naturæ: & contra malum culpæ, bonum gratiæ: & contra malum gehennæ, bonum gloriæ.* G

d Et contra virum &c. *quia contra triplicem vitã ſcilicet naturæ, gratiæ, & gloriæ, eſt triplex mors, ſ. naturæ, culpæ, & gehennæ.*

e Sic & contra &c. *ſubditum vel prælatum.*

f Peccator. *ſubditus vel prælatus.*

g Et ſic in omnia ope.al. *i. ſi conſideres opera Dei, in omnibus inuenies quandam oppoſitionem, diuerſimodè tamen modo prædicto.*

h Duo contra duo. *i. duo mala contra duo bona, & vnum contra vnum. Sequitur:*

i Et ego. *Hic conſequenter agit autor de actione boni prælati in tribulatione à domeſticis. Circa quod primò præmittit breuem prologũ, ſecundò proſequitur propoſitum, ibi: Audite me. Circa primum dicit: Et ego nouiſ. ſcilicet ad intelligendum, & ſcribendum ſapientiam poſt doctores & ſcriptores præcedentes. Scriptor enim huius libri fuit tempore Ptolomæi Euergetis, qui regnauit in Aegypto poſt tempora Alexandri magni.* (Diuiſio)

K Et quaſi qui col.aci. *id eſt remanentes racemos. & in hoc ſe humiliat, præponens ſibi alios doctores & ſcriptores non ſolum tempore, ſed etiam ſcientia & autoritate.*

l In bene.Dei & ipſe. *i. confidens de eius adiutorio ſcribere cœpi.*

m Et quaſi quæ vin. *id eſt ego ex adiutorio Dei deſcripſi ſapientiam abundanter, ſicut etiam præcedentes ſcriptores.* († Reſpiciens ſupra 24.d)

n Reſpicite quoniam non. *acquirendo meritum per hanc ſcripturam.*

o Sed & omni exqui. *quia poſſunt proficere in ſtudio huius doctrinæ.*

p Audite me. *Hic conſequenter proſequitur propoſitum. Circa quod ſciendum, quòd homo dupliciter à domeſticis tribulatur. Vno modo ab vxore filijs & propinquis, qui aliquando nimis volunt dominari. & ideo primò oſtendit quid circa hoc ſit agendũ, dicens: Audite me.*

q Magnates. *id eſt principes.*

r Et omnes populi. *inferiores.*

s Et recto.eccleſiæ. *i. prælati doctores.* H

t Auribus perci. *id eſt aure corporis & aure mentis.*

u Filio & mu.fratri.&c. *ſed magis à tali tribulatione tua ipſos reprime.*

x Et non de.alijs poſ.tuam. *vnde debes viuere.*

y Ne for. pęni. te & depre. *ſcilicet pro neceſſitatibus tuæ vitæ.*

z Dum adhuc &c. *i. quandiu viuis nullus homo te moueat ab hoc propoſito. Et ſubditur ratio:*

a Melius eſt enim. *tanquam inferiores, quia naturaliter tibi debent ſubeſſe.*

b Quod te reſpi. *tanquam ad ſuperiores.*

c In omnibus operibus tuis præcel. *perſonis prædictis.*

d Ne dederis &c. *ſupponendo te illis quibus debes præeſſe.*

e In die &c. *i. tempore mortis.*

f Diſtribue hæreditatem tuam. *hæredibus tuis, ita quòd non poſſideant illam te viuente.*

g Cibaria. *Secundò tribulatur paterfamilias à ſeruis ſuis rebellibus malis & infidelibus: propter quod hic oſtenditur quid agẽdum ſit cum eis, cum dicitur: Cibaria et vir. &c. Et ſicut iſta conueniunt ad bonum regimen aſini, ſ. pabulum, pro eius ſuſtentatione: & virga, pro pigritiæ ſuæ excitatione: & onus, pro domini neceſſitate: ſic ſunt tria quæ ſequuntur ad bonum ſerui regimen.*

h Panis &c. *id victus, vt viuat.*

i Et diſ. *ne ſuperbiat.*

K Et opus &c. *ne per otium tepeſcat.*

l Operatur &c. *conuenienter.*

m In diſci.&c. *id eſt quandiu ſub diſciplina tenetur.*

n Et quærit &c. *i. ſi quærat requiem à laboribus ſine cauſa rationabili.*

o Laxa ma. *ſcilicet requiem ei concedendo.*

p Et quærit &c. *ſcilicet à te totaliter liberari.* (Miſticè)

q Iugum & lo.&c. *equi vel bubali.*

r Et ſer. *id eſt humiliant.*

s Opera.aſ. *quia tunc non habent tempus machinandi ad rebellionem.*

t Seruo maleuo. *id eſt rebelli & infideli.*

u Tortura &c. *vt eius infidelitas reueletur.*

x Et compe.&c. *ne fugiat & euagetur.*

¶ a Multam



a *Si eſt tibi fideli*. Boni ſerui legem tra-
A didit, dicens: Non lædas ſeruum bene operantem &c. In quo oſtenditur, quòd ſi beneuoli ſint & obediẽtes, vt fratres habendi ſunt. Si autem duri & ſuperbi ſunt, ſub diſciplina coercẽdi. († illi)

b *Quaſi fratrem*. quia in eo communẽ naturam debemus diligere, & ſi neceſſe fuerit, pro eo animam ponere. Non eſt enim homo perſequendus, ſed vitia.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Multam enim ma. *machinandi contra dominos.*

b Docuit otioſitas. *ſeruorum. Cætera patent vſque ibi:*

c Et non amplifices. *id eſt non des ei poteſtatem ſuper aliquem hominem, quia non debet præeſſe, ſed ſubeſſe. Et hoc eſt contra aliquos principes Chriſtianos, qui Iudæos faciũt bailiuos & præpoſitos ſuper Chriſtianos, cùm tamen inter Chriſtianos debeant eſſe ſerui.* C (Contra præficientes Iudæos Chriſtianis)

d Verum ſine iudicio. *debitæ diſcretionis.*

e Nihil facias graue. *ſeruis tuis: propter quod ſubditur de bonis:*

f Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua. *ipſum ex corde diligendo.*

g Quaſi fratrem ſic eum tra. *dulciter & manſuetè.*

h Quoniam in ſanguine animæ compa. *id eſt emiſti eum pro neceſſitate vitæ tuæ: quia vita conſiſtit in ſanguine, Leui. 17.c. Anima omnis carnis in ſanguine eſt.*

i Si læſeris eum iniuſte, in fugam con. *& ſic carebis tua neceſſitate.*

k Et ſi extollens diſceſ. *id eſt ſecum exportans aliquid de domo tua, fugiet ad locum remotum & occultum, & ſic eum non poteris inuenire.*

operationem, ne vacet. Multam a
enim malitiam docuit otioſitas. b
In opera conſtitue eum, ſic enim
condecet †illũ. Quòd ſi non obau
dierit, curua illum cõpedibus, & c
nõ amplifices ſuper omnẽ carnẽ.
Verũ ſine iudicio nihil facias gra d e
a ue. Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi f
b quaſi aĩa tua. Quaſi fratrẽ ſic eũ g
tracta, qm̃ in ſanguine animę cõ- h
paraſti eũ. Si lęſeris eum iniuſtè, i
in fugam conuertetur: & ſi extol- k
lens diſceſſerit, quem quæras & in
qua via quæras illum, neſcis.

## GLOS. ORDINARIA. CAP. XXXIIII.

V*Ana ſpes & mẽdaciũ viro inſenſato, & ſomnia &c.* Sequitur:
a *Quaſi qui ap.* ſignificat ſomnia fallacia demonũ, hoĩes ſępe ludere & in errores trahere, niſi cautè diſcernantur. vnde: Ab immun. quid munda. & à men. quid ve. dicetur? Inde in lege præcipitur: Non obſeruabitis ſomnia neq; diuinationes: Aliqñ autẽ reuelationes per ſomnia fiũt. vnde. in dialogo Greg. Sciendum prẽterea, quia ſex modis tangũt animum imagines ſomniorũ. Aliqñ enim vẽtris plenitudine vel inanitate, aliqñ illuſione, aliquãdo cogitatione ſimul & illuſione, aliqñ reuelatione, aliqñ cogitatione ſimul & reuelatione. Duo prima oẽs experimento cognoſcimus, cętera in ſcripturis inuenimus. Niſi enim ſomnia per illuſionẽ diaboli fierẽt, nequaquã diceret vir ſapiens: Multos errare fecerunt ſomnia &c. Et alibi: Nõ augurabimini, nõ obſeruabitis ſomnia. valde enĩ deteſtabilia ſomnia oſtẽduntur, quæ augurijs cõiungunt. Quia verò cogitatione ſimul & illuſione ſomnia fiunt, ſcriptum eſt: Multas curas ſequuntur ſomnia. Per reuelationẽ verò Ioſeph ſe fratribus prẽferendũ ſomnio vidit. Et Ioſeph monetur, vt tollat in Aegyptum puerũ & matrẽ eius. Et quia aliqñ ſomnia cogitatione & reuelatione fiunt: Daniel Nabuchodonoſor viſionẽ ediſſerens à radice cogitationis inchoauit: Tu rex cępiſti cogitare in ſtratu tuo quid eſſet futurum poſt hęc &c. Difficile ergo ſõnijs credendũ eſt: quia quo impulſu veniant, facilè non elucet. Sancti verò illuſiones & reuelationes quodam intimo ſapore diſcernunt: vt ſciant quid à bono ſpiritu percipiant, vel quid ab illuſione patiantur. (Leui.19.f. — Sexta quot & quibus modis veniunt — B — Leui.19.f. — Eccle.5.a. Gen.37.c. Math.2.c. — Dan.2.a. — † complanabit)

b *Sine mendacio conſumabitur verbum legis*. Abiectis ſomnijs hortatur credendum eſſe doctrinæ ſapientiæ, quæ in ore fidelis viri complantata ſine mendatio conſumat verbum.

c *Enarrabit intellectum*. alijs inſtruendis. vnde: Benedictus Deus, qui cõſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus conſolari eos qui in omni preſſura ſunt. (1Cor.1.a.)

d *Qui autem in multis fa.eſt*. Mutabilis, ſcilicet mente, inſtabilis eſt actione. Vel, qui fidei vnitate perdita multiplices ſequitur hæreticorum ſectas, multis impietatibus ſeruit.

a Plurimas

## CAP. XXXIIII.

VAna ſpes & mendacium a
viro inſenſato, & ſomnia b
extollunt imprudentes.
a Quaſi qui apprehẽdit vmbram, c
& perſequitur ventum, ſic & qui d e f
attendit ad viſa mẽdacia. Secun-
dum hoc viſio ſomniorum. Ante g
faciem hominis ſimilitudo alte-
rius hominis. Ab immũdo quid h
mũdabitur? Et à mẽdace quid ve i
rum dicetur? Diuinatio erroris, &
auguria, mendacia, & sõnia male
facientiũ, vanitas eſt. Et ſicut par- k
turientis cor tuum phantaſias pa l m
titur, niſi ab altiſſimo fuerit emiſ
ſa viſitatio, ne dederis in illis cor
tuum. Multos enim errare fece-
runt ſomnia, & exciderunt ſperã-
b tes in illis. Sine mẽdacio conſum n
mabitur verbũ legis, & ſapientia
in ore fidelis †cõplanabitur. Qui o p
non eſt tentatus quid ſcit? Vir in q r s
a ¶Tribulationibus.
multis expertus cogitabit multa, t
a ¶Scripturarum myſteria.
c & qui multã didicit, enarrabit in u x
a ¶Tribulationem.
tellectum. Qui non eſt expertus, y
d pauca † recognoſcit: Qui autẽ in z a
multis † fatuus eſt, multiplicabit b

## NICO. DE LYRA. CAP. XXXIIII.

VAna ſpes. *Poſtquam actum eſt de prælatorum actione, hic conſequenter agitur de eorum contemplatione, quę conſiſtit in duobus, ſcilicet in meditatione ſacræ ſcripturæ, de qua agitur primò, & in cultu latriæ, de quo agitur ſecundò, ibi: Immolãtis. Prima in duas: quia primò ponitur remotio impedimenti, ſecundò executio propoſiti, ibi: Sine mendacio. Illud autem quod impedit maximè meditationem veritatis ſacræ ſcripturæ, eſt intendere ſomnijs, diuinationibus, & augurijs quæ ſunt plena mendacijs. ideo dicit:*

a Vana

a Vana ſpes &c. *quia non habet ſenſum diſcernendi quæ ſperanda ſunt, & quæ non.*

b Et ſomnia extollunt impru. *quia ſomnia de proſperis credunt eſſe reuelationes. ideo ſequitur:*

c Quaſi qui ap.vm. *quæ non eſt palpabilis.*

d Et perſequi.ven. *qui nõ eſt cõprehẽſibilis.*

e Sic & qui atten.&c. *in vanis ſomnijs.*

f Secundum hoc. *quod ſequitur:* (Diuiſio)

g Viſio ſom.an.fa.horum. *Nã in ſomniando apparet aliquando ſimilitudo alterius hominis, qui non eſt homo verus, ſed tantũ phantaſticus. ideo nõ poteſt aliquid docere. Et ſi aliquando dæmon ibi appareat, in ſimilitudine illa non docet veritatem, ſed falſitatem: quia mendax eſt. ideo ſubditur:*

h Ab immun. quid mundabitur? *q.d. nihil; ſed magis inquinabitur.*

i Et à mendace &c. *q.d. nihil. Nam & ſi diabolus aliquando vera dicat, hoc eſt vt poſtea magis decipiat: & ſic illud verum ex fine poteſt dici mendacium. Nam vbi vnum propter alterum, vtrobique vnum tantum: ideo ſubditur: Diuinatio erroris & c. & patet.* D

K Et ſicut parturientis. *id eſt ſicut parturiens dolet.*

l Cor tu.&c. *in ſomnijs terribilibus quæ frequenter ingerunt magnam paſſionem, & maximè quando fiunt per artem magicam.*

m Niſi ab altiſſimo &c. *diuinæ conſolationis & repreſſionis talium. ideo concluditur: Ne dederis in illis cor tuum. & patet:*

n Sine mendacio. *Hic conſequenter ponitur executio propoſiti. Circa quod ſciendum, quòd veritas ſacræ ſcripturæ aliquando cognoſcitur per ſtudij exercitationem, aliquando per hominis intelligẽtis inſtructionem, & aliquando per diuinam illuminationem: igitur primò ponitur primũ cũ dicitur: Sine mendacio &c. & prophetarum: nam habitum eſt per diuinam reuelationem, cui non poteſt ſubeſſe falſum, cum Deus ſit prima veritas: Q. dicat autor hic, prælatus debet applicare ſuum intellectum per ſtudij diligentis exercitium.* (Scripturæ ſacræ veritas varijs modis cognoſcitur)

o Et ſapien. *Hic ponitur ſecũdum. ſ. cognitio per inſtructionem, cum dicitur: Et ſapientia. in ſacra ſcriptura contenta.* († cognoſcit)

p In ore fidelis. *doctoris.* († factus)

q Complanabit. *i. planè docebit. nã occulta ſcripturarum ſcit aperire & explanare: quia in talibus eſt exercitatus. ideo ſubditur:*

r Qui non eſt &c. *id eſt expertus: quod patet ex hoc quod ſequitur:*

s Vir in multis expertus. *i. in multis ſcripturis exercitatus.*

t Cogitabit multa &c. *nam per vnum paſſum ſcripturæ ſibi notum declarat alium magis occultum, ideo ſubditur:*

u Et qui multa didicit &c. *per ſtudij exercitium.*

x Enarrabit intellectum &c. *ſcripturæ verum.*

y Qui non eſt expertus &c. *in ſcripturis.*

z Pauca recognoſcit &c. *quia pauca per ſe poteſt inuenire: propter quod qui aliorum dicta ſtudere dedignantur, vacui veritate reperiuntur.*

a Qui autem in multis fatuus eſt &c. *intellectum ſuum applicando multis vanis & curioſis.*

b Multiplicabit malitiam &c. *nam frequenter fabricat erroneam doctrinam. Aliqui libri habent: Qui autẽ in multis factus eſt diſcurrens per multa cognoſcẽda, ſicut gallus ambulat ſuper blada, & nõ figit intellectũ ſuum in aliquo ſufficienter exquirendo. Multiplicabit ma. nam in nullo*



¶ habet

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Plurimas verborum.* ſcripturam ſignificat, quia qui intentè E ſcripturam meditatur, & humiliter dominum deprecatur, & rerum & verborum ſcientiam adipiſcitur.

b *Dona.ini.* Valde deteſtabile eſt ſacrificium, quod orbati patris dolori comparatur. Quidam penſant quanta tribuunt, & non quanta rapiunt. Et cōgregant mercedes, & mittunt eas in ſaccū pertuſum. In ſacco pertuſo videtur, quādo pecunia mittitur, ſed non quando amittitur. Qui ergo quāta largiuntur aſpiciunt, ſed non quanta rapiūt, in ſacculo pertuſo mercedes mittunt, quia eas in ſpem fiducię ſuę intuētes congerunt, ſed non ſe intuentes perdunt.

*Auari ſacrum perſuſum conſeruat*

†implantatus

c *Qui aufert.* In ſudore vultus ſui pauper acquirit panem. Qui hunc violēter tollit, quaſi qui occidit proximum ſuū.

d *Vnus ædificans.* Hoc eſt quod ſupra dixit, ſacrificium de rapina non eſſe acceptabile. Qui offert de rapina, videtur ſibi ædificium virtutum præparare, non crimen auaritiæ attendit & rapinæ.

†.quis

a *Qui ha-*

malitiā. Qui tentatus non eſt, qualia ſcit? Qui †implantatus eſt, abūdabit nequitia. Multa vidi enarrādo, & plurimas verborum conſuetu-

a ¶Virtus in infirmitate perficitur, & dominus electos ſuos ab omni anguſtia liberat.

dines. Aliquotiēs vſq; ad mortem periclitatus

a ¶Non derelinquit Deus ſperantes in ſe.

ſum horū cā, & liberatus ſum gratia Dei. Spi-

a ¶Voluntas. b ¶Oculi domini ſuper iuſtos. c ¶Dei.

ritus timētiū Deū quęrit, & in reſpectu illius

a ¶Æterna benedictione b ¶Qui ſperat in dño non confundetur. c ¶Deum.

benedicetur. Spes.n.illorum in ſaluantē illos,

a ¶Reſpectus miſericordiæ. b ¶Cuſtodit dñs omnes diligentes ſe. c ¶Hinc Petrus ait: Timorem eorum ne timueritis. vt non conturbemini.

& oculi Dei in diligētes ſe. Qui timet †dñm nihil trepidabit, & non pauebit, qm̄ ipſe eſt ſpes

¶Qui ſaluat ſperantes in ſe.

eius. Timētis dñm beata eſt aīa eius. Ad quē re-

a ¶Reſpondet interrogationi ſuę. ¶Id eſt intuitus miſericordię eius.

ſpicit, & †qui eſt fortitudo eius? Oculi domini

a ¶Ab omni.ſ.aduerſitate proteges.

ſuper timentes eum, protector potentię, firma-

a ¶Confortans ſcilicet illos. b ¶Qui protegit ab ardore tentationis.

mentum virtutis, tegimē ardoris, & vmbracu-

a ¶Contra ęſtum. b ¶Id eſt perſecutionis. c ¶Propitiatio pro peccatis noſtris.

lum meridiani, deprecatio offenſionis, & adiu-

a ¶Ne cadam ſcilicet in peccatis. b ¶Ad perfectionem virtutum. c ¶Mentis prębendo gratiam contemplationis.

torium caſus: exaltās animā, & illuminās oculos, dans ſanitatem, & vitam, & benedictionē.

a ¶Incorruptionis. b ¶Immortalitatis. c ¶Aeternę hereditatis.

¶Venite benedicti patris mei. ¶Lucro.

a ¶Coram oculis Dei.

†Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata,

a ¶Quia quod malum eſt, Deo gratum eſſe putatur.

& nō sūt bn̄placitę ſubſannationes iniuſtorū.

a ¶Adeſt ſcilicet.

Dominus ſolus ſuſtinētibus ſe in via veritatis

a ¶Obſeruationes.ſ.Iudęorum poſt aduentum Chriſti.

& iuſtitię. †Dona iniquorum nō probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum,

a ¶Qui offerunt, nec peccata dimittunt.

nec in multitudine ſacrificiorū eorum propitiabitur peccatis. Qui offert ſacrificiū ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium

a ¶Quia non diuitias congregat, ſed victui neceſſaria. Qui ergo hęc tollit, quaſi qui ſanguinem fundit.

in cōſpectu patris ſui. Panis egentium vita pauperis eſt: qui defraudat illū, homo ſanguinis

¶Victimę impiorum abominabiles offeruntur ex ſcelere.

eſt. Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum ſuum. Qui effundit ſanguinē,

a ¶Maximum peccatum eſt quod homicidio comparatur.

¶Scelerum vnione.

& qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt. Vnus ædificans, & vnus deſtruens, quid

a ¶Qui pro facto ſuo Deum benedicens.

prodeſt illis, niſi labor? Vnus orans, & vnus

a ¶Querimoniam ad Deum dirigens.

maledicens, cuius vocem exaudiet Deus?

x Et adiutorium caſus.*i.ne homo cadat ſuſtentans.*
y Exaltans animam. *per donum charitatis, quod eſt excellentius cęteris. 1. Cor. 13.d. Maior autem horum eſt charitas.*
z Et illumi.oc.*mentis per donum ſapientiæ.*
a Dans ſanita.*corporis & animæ.&c.*
b Et vitā.*naturæ, gratiæ & glorię.*
c Benedi.*ſ.multiplicationem bonorum temporalium & ſpiritualium, ſupple Deus eſt.*
d Immo. *Hic ponitur ſecūdū, quod pertinet ad contemplationem prælati.ſ.cultus latriæ debitus. Qui cōſiſtit in duobus, in ſacrificij oblatione, & debita oratione. Primò ponitur primum, & ſecundò ſecundū ca.ſe. ibi: Qui adorat Deum. Prima in duas: quia primò reprobatur ſacrificium indebitum, ſecundò approbatur debitum.ca.ſe. Prima adhuc in duas: quia primò ſacrificium indebitū reprobatur, ſecundò falſa cauillatio remouetur, ibi: Vnus ædificans. Circa primum dicitur: Immolantis.ſacrificium Deo.*

†Deum Diuiſio

e Et iniquo.*i.ex acquiſito in iuſtè.*
f Obla.eſt macu.*peccato iniuſtitię.*
g Et non ſunt. *id eſt oblationes eorum ex alieno, quibus derident Deū qui honorandus eſt de proprio. Prouer. 3.b. Honora dominum de tua ſubſtantia.*
h Dominus ſolus.*i. illi qui ſtant in via veritatis & iuſtitiæ habent ſolum verum Deum pro Deo, & illorum acceptat munera. raptores & auari habent aurum & pecuniā pro Deo, & guloſus delitias, luxurioſus voluptatem tactus & huiuſmodi, propter quod eorum ſacrificia non ſunt Deo accepta: ideo ſequitur:*

†24. q.5.c. imolans

i Dona iniquorum non pro.*ſed magis reprobat: ideo ſubditur:*
K Qui offert ſacrificium ex ſub. *ſubtrahens ei victum.*
l Quaſi qui victimat &c. *in conſpectu patris ſui. licèt enim Deus ſit pater omnium per creationem, tamen ſpeciali modo eſt pater pauperum per hæreditatis æternæ promiſſionem, Matth. 5.a. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.*
m Panis egent.*i.cibus qualiſcunq;.*
n Vita pauperis eſt. *id eſt ſuſtentatio vitæ ipſius.*

Prou.13.b

o Qui defraudat illum homo ſanguinis eſt. *Augu. Paſce fame morientem, ſi non paniſti occidiſti, & multò fortius ſi ſubtraxeris ei victū.*
p Qui aufert in ſudore.*id eſt panē acquiſitum in ſudore laborantium.*
q Quaſi occi.proxi. *qui aufert eis victum.*
r Qui effundit ſanguinem.*per homicidium.*
s Et non qui fraudem facit mer. *retinendo debitum ſalarium.*
t Fratres ſunt. *id eſt ſimiles in ſcelere, ſupradicta ratione.*
u Vnus ædifi.*Hic remouetur quædam falſa cauillatio, qua poſſet aliquis dicere, quod defraudans aliena recompenſat Deo per afflictiones ſui corporis in ieiunijs huiuſmodi, vel per orationes religioſorum quibus benefacit. Et vtrumque remouetur, & primò, cum dicitur. Vnus ædificans & alius deſtruens. quod ædificatum eſt ab alio.*
x Quid prodeſt il.*quia nullam reportant inde vtilitatem, ſed tantum afflictionem. Et applicat ad propoſitum, dicens:*
y Vnus, o.*pro raptore.ſ.ille cui benefacit.*
z Et vnus maledi.*raptori, eò quòd bona ſua abſtulit.*
a Cuius vocem exaudiet Deus? *quaſi diceret, nullius. Nam exauditio primi impeditur propter malitiam illius pro quo orat. Similiter ſecundo pro peccato proprio: nā maledicendo proximo peccat, propter quod dicit ſaluator Matthæi quinto.g. Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: tamen talis raptor pro malis ſuis à domino punietur. conſequenter remouet primum dicens:*

a Qui ba-

## NICO. DE LYRA.

¶ *habet ſufficientem notitiam: & falſam doctrinam.*
a Qui tem, non eſt. &c. *exponatur vt ſupra.*
b Qui implanta. eſt. *qui non fixit radicem intellectus & affectus in bono.*
c Abundabit nequitia. *multiplicando vitia. conſequenter ponit autor exemplum de ſeipſo, di.*
d Multa vidi. *id eſt intellexi.*
F e Enarrando, *ſcilicet per doctrinā aliorum.*
f Et plu. *conſuetudines ſupple cognoui. Alius eſt enim modus loquēdi in lingua Græca & Hebraica, & autor huius libri ſciuit vtranque & fuit Iudæus natione, & hunc librum ſcripſit Græcè.*

†12. q.5.c. ſcriptum

g Aliquoties vſque ad mor. pericli. *vt enim addiſceret linguas iſtas vt etiam ſcripturas, ad diuerſos magiſtros perrexit in diuerſis terris, in quibus fuit aliquando in periculo mortis, ſicut de Platone dicit Hiero. in epiſtola ad Paulinum de omnibus ſacræ hiſtoriæ libris. Denique cùm literas quaſi toto orbe fugientes perſequitur, captus à piratis & venundatus tyrāno crudeliſſimo paruit etc.*
h Et liberatus ſum &c. *Iſta dicit autor iſte, vt magis credatur ſuæ ſcripturæ, quia præmiſerat quod homo in ſcripturis exercitatus, poteſt alios veritatem docere.*
i Spiritus. *Hic ponitur tertiū, quod docet veritatem, ſcilicet illuſtratio diuina, cum dicitur: Spi.ti.de.timore filiali.*
k Quæritur a Deo. *ipſum perfectius illuminante: ideo ſubditur:*
l Et in conſpectu il.be.*ampliori dono gratiæ.*
m Spes enim. *& non in ſomnia & auguria mendacijs plena, vt prædictum eſt.*
n Qui timet domini. *De his quæ per ſomnia & auguria huiuſmodi poſſunt fieri.*
o Timentis do.beata eſt anima eius.*ſ.in ſpe, licèt non adhuc in re.*
p Ad quem reſpi.*q.d. ipſe Deus eſt ille ad quem dirigit intentionem ſuam, & à quo habet protectionem. ideo ſubditur:*
q Protector potentiæ.*timentis Deum.*
r Firmamentum virtutis.*ſtabiliens ipſum in bono.*
s Tegimen ardoris, *id eſt tentationum.*
t Et vmbraculum meridiani.*i.refrigerium incentiui libidinis.*
u Deprecatio offenſio.*i.deprecationem pro offenſionibus exaudiens.*

x Et adiuto,



a *Qui baptizatur.* Lauamini, mūdi eſtote &c. Poſt lauacrum mundus eſſe negligit, qui poſt lachrymas vitæ innocētiam non cuſtodit. Lauantur quidam & mundi non fiunt, quia commiſſa flere non deſinunt, & rurſum flenda committunt.

Eſaiæ.1.d.

## GLOS. ORDINARIA, CAP. XXXV.

QVi conſer. Bene orat qui mandata Dei ſeruat, & ſacrificium ſalutare offert, qui munus rectæ fidei Deo exhibet. Talis deprecatio coram oculis Dei inuenit gratiā, quia bene operando ſeruat iuſtitiam.

c *Propitiationem lita.* Inter litare & ſacrificare hoc diſtat. Nā ſacrificat qui ſacrificium facit, Litat qui ſacrificium facit, & qd̄ ſacrificio petit, impetrat.

*litare & ſacrificare quo modo differant*

d *Retribuet gratiam &c.* vtrunque.ſ.gratum Deo, & quod in altari in cōmemorationem Ieſu Chriſti offertur, & quod per charitatē proximo tribuitur.

e *Bono animo.* Quicquid bono animo non datur, apud Deum gratiam non meretur. Homo enim videt in facie, Deus autem in corde.

f *Et non mi.pri.* Myſticè. Primitiæ frugū vel primogenitorū, principia ſunt bonorum operum, vel ipſa volōtas quæ prior eſt opere. In decimis verò offerēdis denarius numerus perfectionē ſignificat, quia vſque ad ipſum numerus creſcit. In decimis ergo perfectionem operum noſtrorum ad dominū referre precipimur: à quo & boni operis initium & perfectio donatur.

*Myſticè*

g *Septies tantum.* perfectam.ſ. remunerationem. Septenarius enim, quia ſeptem dona ſpiritusſancti demōſtrat, perfectus eſt. Et quia interiorē & exteriorem hominis ſubſtantiam comprehendit, in ternario animam, in quaternario corpus. vnde: Dilige dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, & ex tota virtute tua &c. Corpus autem de quatuor elementis conſtat. Poteſt autē in ſeptenario, hominis renouatio figurari, quia corpore incorruptibilis, & anima immortalis erit. Per ſeptenarium quoque præſens vita deſignatur, ſicut per octonarium futura. vnde: Da partes ſeptem, necnon & octo: quia ſeptenario numero præſens tempus voluitur. Octauo verò die.i. dominico, Chriſtus reſurgens, vitam nobis perpetuam deſignauit. Perfectus quoq; dicitur ſeptenarius. quia ex primo pari & impari conficitur, ternario.ſ. & quaternario. Et quia ſpiritus ſeptiformis perficit quos repleuit: nec ſolùm trinitatis notitiam, ſed etiam quatuor principalium virtutum operationem præbet.

B

*Septenarij & octonarij myſticatur.*

Deut.6.a.

Eccl.11.a.

h *Noli offer.mune.&c.* Apud Deū non eſt quantitas muneris, nec perſona potentis aſpicitur, ſed dilectio & humilitas cordis: ideo non debet offerri ſacrificium de iniquitate, ſed de iuſto labore.

a *Et donec.*

¶Fletibus. a ¶Peccato. b ¶Rediens ad peccatum.

Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid †proficit lauatio illius? Sic homo qui

a ¶Quia non permanet mundatio illius.

a ¶Id eſt pro peccatis.

ieiunat in peccatis ſuis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando ſe? Orationem illius quis exaudiet?

## CAP. XXXV.

QVi conſeruat verbū, multiplicat orationem: Sacrificiū ſalutare eſt attēdere mandatis, & diſcedere ab oī iniquitate: & propitiationē litare ſacrificijs ſuper iniuſtitias, & deprecatio pro peccatis recedere ab iniuſtitia. Retribuet gratiam, qui offert ſimilaginē: & qui facit miſericordiam, offert ſacrificiū. Be-

a ¶Q.hic bene offert, qui a peccatis mundus eſt.

neplacitū eſt dño recedere ab iniquitate, & deprecatio pro pctīs re-

a ¶Hæreticorum.

a ¶Male operantium.

cedere ab iniuſtitia. †Nō apparebis ante cōſpectum †dñi vacuus.

¶Fructu boni operis. cętera enim omnia moriendo deſerimus.

Hęc em̄ oīa propter †mādata Dei

a ¶Quę ex charitatis deuotione offertur. b ¶Fidei.

fiunt. Oblatio iuſti impinguat altare, & odor ſuauitatis eſt in con-

a ¶Fragrans.ſ.miſericordia & veritate.

a ¶Munus bonorum operum.

ſpectu altiſſimi. Sacrificium iuſti acceptum eſt, & memoriam

a ¶In memoria ęterna erit iuſtus.

eius non obliuiſcetur dominus.

a ¶Bona voluntate interius.

Bono animo gloriam redde

a ¶Exterius bene operando, & intus non bene volendo. b ¶Frugum.

Deo, & nō minuas primitias manuum tuarum. † In omni dato

a ¶Hilarem enim datorem diligit Deus.

hilarem fac vultum tuum, & in

a ¶Cordis.

exultatione, ſanctifica decimas

a ¶Teipſum, quia ab ipſo es, & bona quę ab ipſo habes.

tuas. Da altiſſimo ſecundum

a ¶Intentione.

donatum eius, & in bono oculo

a ¶Nouę laudis. b ¶Pro bonis ſcilicet operibus tuis.

adinuentionem facito manuum tuarum, quoniam retribuens eſt dominus, & ſepties tantum reddet tibi. Noli offerre munera praua, non enim ſuſcipiet illa. Et noli inſpicere ſacrificiū iniuſtū,

a ¶Alias vindex. ¶Iuſtus non accipit perſonam diuitis, nec deſpicit perſonam pauperis.

quoniā dn̄s iudex eſt, † & non eſt

a ¶Quia iuſtus dominus & iuſtitias dilexit equitatem vidit vultus eius.

apud illū gloria pſonę. Non accipiet dominus perſonā in paupe-

*huiuſmodi q.d. iſta nihil faciunt ad remiſſionem culpæ perpetratæ.*

C

g Orationem illius quis exaudiet &c. *q.d. Deus non exaudiet.*

## NICO. DE LYRA. CAP. XXXV.

† prodeſt

QVi conſeruat ver.*alias legem. Hic conſequenter ſacrificium debitum approbatur. Et diuiditur in duas partes. Quia primò agitur de eius approbatione. Secundò reuertitur autor ad probationem oblationis iniuſtæ, ibi: Noli offerre. Circa primum dicitur:*

Diuiſio

b Qui conſeruat verbum.*alias legē, ſ.Dei.*
i Multiplicat orationem. *nam orat mente & ore. Quæ quidem oratio diſponit ad ſacrificandum debitè. ideo ſubditur:*
K Sacrificium ſalutare eſt attendere mandatis. *ſcilicet Dei, ne contingat circa illa tranſgreſſio.*
l Et diſ. ab omni iniqui. *cordis, oris, & operis.*
m Et propitiationem litare ſacrificiis ſuper iniuſtitias. *id eſt pro iniuſtitijs remittendis quæ factæ ſunt contra proximum.*
n Et deprecatio pro peccatis. *contra Deum perpetratis.*
o Recedere ab iniuſ. *per debitam contritionem, ſacrificium pro peccatis oblatū Deo acceptum facit, & ſimiliter orationem pro peccatis factam exaudiri.*
p Retribuet gratiam, *id eſt exhibebit Deo gratum obſequium.*
q Qui offert ſimilaginem.*i.puriſſimam tritici farinam: de qua fiebant panes propitiationis in templo tempore huius autoris.*
r Et qui facit miſericordiam.*proximo.*

†Exo.23.b Deu.16.

s Offert ſacrificium.*Deo.*
t Benepla.eſt do.*patet ex dictis.*
u Non apparebis.*in tēplo vbi colebatur Deus.*

† Dei † mandatū

x Vacuus. *ad oblationem.*

D

y Hęc enim oīa propter man.Dei.*implēda.*
z Fiunt. *Præcipitur enim Exo.23.c. quod omne maſculinum appareat coram domino ter in anno.ſ.in feſto paſchæ, pentecoſtes, & tabernaculorum. & ibidem dicitur: Non apparebis in conſpectu meo vacuus.*
a Oblatio iuſti.impin. altare &c. *Talis enī non ſolùm offert quod in lege præcipitur, ſed etiam vltrà. & ex hoc patet quod ſequitur:*
b Et odor ſuauitatis eſt in conſpectu. *nam oblationes illius temporis non erant acceptæ Deo, niſi ex fide & deuotione offerentium.*
c Bono animo.*i.mundo & deuoto.*
d Gloriā redde Deo. *munera ſibi offerendo.*
e Et non minuas primitias. *quæ ſacerdotibus debebantur.*
f In omni dato fac hilarem vultum tuum. *hoc enim eſt bonę voluntatis ſignū, ex qua munus eſt Deo gratum, vt dictum eſt.*
g Da altiſſimo ſecundum dona. eius.*i. ſecundum quantitatem bonorum tuorum, quæ habes ex Dei dono, Tobi.c.4.b. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi autem parum, etiam illud libenter impertiri ſtude.*

2.Cor.9.g.

h In bo.ocu.*id eſt intentione rectâ.*
i Adinuentionem facito manuum tua.*opera bona quæ facis ordinando ad laudem Dei, & non hominum.*
K Quoniam &c. *illis qui bona faciunt propter ipſum: qui autem faciunt propter homines iam receperunt mercedē ſuā, Matth.6.a.*
l Et ſepties tan.*i.multiplicis. Et ponitur hic numerus determinatus pro numero indeterminato.*
m Reddet ti.&c. *ſcilicet dominus.*
n Noli of. *Hic reuertitur autor ad reprobandum ſacrificium iniuſtum, di. Noli offer.mu. id eſt iniuſtè acquiſita.*

† Ro.2.b. Act.10.

o Non enim.ſu.*i.non acceptabit.*
p Et noli.inſpi.ſa.iniuſtum. *quod Deo ſit acceptum & remunerandum, cum tamen ſit magis puniendum. ideo ſubditur:*

## NICO. DE LYRA.

¶ a Qui baptizatur a mor. *id eſt emundatur à tactu mortui per aquam expiationis, de qua habetur Nume. 19.*
b Et iterum tangit eum. *ſcilicet mortuum.*
c Quid proficit lauatio eius? *Q.dicat: Nihil. nam immundus efficitur ſicut antè.*
d Sic homo qui ieiunat in pec. ſuis. *i. pro peccatis ſuis remittendis.*
e Et iterum eadem faciens. &c. *quia de peccatis præteritis non eſt verè pœnitens.*
f Quid proficit humiliando ſe. &c. *id eſt ſe affligendo per ieiunia & huiuſmodi.*

q Quo.do.iu. *aliàs vindex, dannificatorum iniuſtè.*
r Et non eſt apud il.glo.per. *id eſt acceptio.*
s Non accipiet do.per. *potentis.*
t In pauperem. *id eſt contra pauperem.*



a Et do-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Et donec.* ad ſuperiora reſpicit, affir-
E mans quia dominus orationem humilium miſericorditer exaudit, qui non ceſſant, donec conſolationem accipiant. †præcatio nem

## GLOS. ORDINARIA. CAP. XXXVI.

M*Iſerere mei*. Ex perſona fidelium dirigit orationem ad Deum, vt illos defendat & inimicos deprimat, vt dignè correcti Deum iterum agnoſcant, & idola deſerant.

## NICOL. DE LYRA.

¶ *a* Et deprecatio.læſi.*iniuſtè.*
*b* Exaudiet.*ipſum vindicando.*
*c* Non deſpiciet preces. *Pupillus enim & vidua deſtituti ſunt auxilio humano: ille patre, & iſta marito: propter quod magis indigent auxilio diuino: & Deus ſubuenit vnicuique ſecundum conditionem neceſſitatis ſuæ. Natura enim non deficit in neceſſariis: & multò minus autor naturæ.* †iudicabit
*d* Nonne lachrymæ viduæ.*fluentes ab oculis eius, quaſi diceret ſic.*
*e* Et excla.eius. *ad Deum pro oppreſſione ſibi facta.*
*f* Super dedu.e.i. *ſuper oppreſſorem, qui lachrymari facit eam*
*g* A maxil. enim aſcen. vſque ad cę. *per Angelum præſentantem eas ante Deum.*
*h* Et do.exau. *viduæ.*
*i* Non dele. *ſed magis concitabitur contra oppreſſorem, qui fecit viduam lachrymari.*
F k Qui adorat Deum. *Poſtquam actum eſt de ſacrificio prælati, hic conſequenter agitur de eius oratione, & primò in generali. ſecundò in ſpeciali.c.ſe. Circa primum dicitur: Qui ado.de.adoratione latrię, quod pertinet ad prę latos maximè.* Diuiſio
*l* In oblecta.&c. *id eſt in acceptatione.*
*m* Suſcipietur. *ſcilicet à Deo.*
*n* Et depreca. il. vſ. ad nub. propin. *id eſt vſque ad Deum, cui Angeli ſancti præſentant orationes ſanctorum, Tob. 12. & maximè prælatorum, qui medii ſunt inter Deum & populum.*
*o* Oratio humiliantis ſe nu.pene.i. *quantò humilior eſt oratio, tantò maiorem effectum habebit coram Deo.*
*p* Et donec propinquet. *ad Deum conſequendo effectum.*
*q* Non conſolabitur. *orans.*
*r* Et non diſcedet. *ab oratione.*
*s* Donec altiſſimus aſpiciat. *eum oculo miſericordiæ, præbens orationis ſuæ effectum. Semper enim oratio exauditur à Deo quando eſt pia, pro ſe, & perſeuerans, ideo ſubditur:*
*t* Et do.non elon. &c. *effectum differendo, niſi ad vtilitatem poſtulantis.*
*u* Sed vindicabit iuſtos. *de oppreſſoribus in præſenti vel in futuro, ſecundum rectitudinē ſui iudicij, nobis tamen occulti.*
*x* Et fortiſſimus non habebit in il. *ſcilicet opprimentibus iniuſtè.*
*y* Patientiam. *dimittēdo eorum iniuſtitiam ſine vitione.*
*z* Vt contribulet dorſum eorum. *affligendo eos in poſterum, ſicut dorſum eſt pars hominis poſterior.*
*a* Et gen. *id eſt gentiliter viuentibus.*
*b* Reddet vin. *id eſt punitionem.*
*c* Donec tol.ple.ſuper. *de præſenti vita.*
*d* Et ſceptra ini.contribulet. *ſicut alios tribulauerunt.*
*e* Donec reddat hominibus &c. *tam bonis quàm malis.*
*f* Secundum actus ſuos. *bonos præmiando, & malos puniendo.*
*g* Et ſecundum opera Adæ, *id eſt hominis. Adam enim eſt nomen commune apud Hebræos, ſignificans idem quod homo: ſed tractum eſt ad ſignificandum hominem primum. Scriptor autem huius libri fuit natione Hebræus, & poſuit hic nomen Adæ ſecundum primariam eius ſignificationem.* G
*h* Et ſecundum præſumptionem illius. *qua hominem ſibi ſimilem in ſpecie opprimit iniuſtè.*
*i* Donec iudicet iudicium plebis ſuæ &c. *à Gentilibus idololatris oppreſſæ. Tempore enim ſcriptoris huius libri, Iudæi, qui erant Dei veri cultores, fuerunt à Gentilibus multipliciter oppreſſi.*
*K* Et oblectabit iuſtos miſericordia ſua. *id eſt effectus ſuæ miſericordiæ.*
*l* Specioſa Dei miſericordia. *id eſt miſericordiæ ſuæ effectus.*
*m* In tempore tribulationis. *nam vnum contrarium iuxta aliud magis eluceſcit. Et ad hoc ſubditur exemplum ſenſibile, cum dicitur:*
*n* Quaſi nubes pluuiæ &c. *Poſt enim magnam ſiccitatem temporis ſuperueniens nubes pluuioſa eſt hominibus magis gratioſa.*

(a ¶Populum Chriſtianum, de quo dicitur; Tibi derelictus eſt pauper: pupillo tu eris adiutor.)
rem & †deprecationem læſi exau- a b
diet. Nō deſpiciet preces pupilli, c
(a ¶Viduam eius benedicens benedi. pau. eius.)
nec viduam, ſi effundat loquelā
(¶De perſecutione.)
gemitus. Nonne lachrymę viduę d
ad maxillā deſcendunt, & excla- e
matio eius ſuper deducētē eas? A f g
maxilla enim aſcendunt vſq; ad
cęlum, & dominus exauditor nō h i
delectabitur in illis. Qui adorat k l
Deum, in oblectatione ſuſcipie- m
tur, & deprecatio illius vſq; ad nu n
(¶Ad Deum.)
bes propinquabit. Oratio humi- o
a liantis ſe nubes penetrabit, & do- p
nec propinquet non cōſolabitur, q
& non diſcedet, donec altiſſimus r s
(¶Oculis miſericordiæ. ¶Auxilium.)
aſpiciat. Et dominus nō elonga- t
bit, ſed † vindicabit iuſtos & fa- u
(a ¶Iuſtum.)
ciet iudicium, & fortiſſimus non x
(¶Quos nunc tolerat.)
habebit in illis patientiam, vt cō- y z
(a ¶Qui ſupra dorſum iuſti fabricauerunt.)
tribulet dorſum ipſorum, & gen a
tibus reddet vindictam, donec b c
(a ¶De mundo. b ¶Omnes ſcilicet ſuperbientes.)
tollat plenitudinem ſuperborū,
& ſceptra iniquorum cōtribulet: d
(a ¶Quia reddit vnicuique ſecundum opera ſua.)
donec reddat hominibus ſecun- e f
(a ¶Proprios cuiuſque. b ¶Originale peccatum.)
dum actus ſuos, & ſecūdū opera g
Adæ, & ſecundum præſumptio- h
(a ¶Quia veniet iudicare viuos & mortuos.)
nem illius: donec iudicet iudiciū i
(a ¶In æterna beatitudine.)
plebis ſuæ: & oblectabit iuſtos k
(a ¶Vita æterna miſericorditer data. b ¶Sicut in ſiccitate pluuia neceſſaria, ſic in tribulatione Dei miſericordia.)
miſericordia ſua. Specioſa miſe- l
ricordia Dei in tempore tribula- m
tionis, quaſi nubes pluuiæ in tem n
pore ſiccitatis.

## CAP. XXXVI.

b MIſerere noſtri Deus om- o
nium, & reſpice nos, & p
oſtēde nobis lucem mi- q
ſerationum tuarum, & immitte r
timorem tuum ſuper gentes quę
non exquiſierunt te, vt cognoſcāt s
(¶Eorum miſeretur Deus qui miſericordes ſunt, & pro inimicis orant.)
quia non eſt Deus niſi tu, vt enar- t
rent magnalia tua. Alleua manū u
(a ¶Ethnicos qui à Chriſto alieni ſunt amici.)
tuam ſuper gentes alienas, vt vi-
(a ¶Vt viſis miraculis potentię tuę conuertantur ad fidem: & de inimicis fiant amici.)
deant potentiam tuā. Sicut enim x
in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis, ſic in conſpectu
noſtro magnificaberis in illis, vt y
cognoſcant te ſicut & nos co-

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXXVI.

M*Iſerere noſtri Deus. Hic conſequenter agitur de oratione prælati ſpecialiter. nam hic ponitur oratio ſcriptoris huius libri, qui inter Iudæos fuit doctor magnus & prælatus. nam apud eos doctores habentur pro patribus. Sic ergo proceditur. Nam hæc oratio primò ponitur. ſecundò correlarium infertur ibi: Omnem eſcam. Prima in duas: nam primò orat pro Iudæis & Gentilibus generaliter. ſecundò pro Iudæis ſpecialiter, ibi: Miſerere plebi tuæ. Prima adhuc in duas: quia primò orat pro Iudæis & Gentilibus conuertendis, ſecundò pro obſtinatis in idololatria puniendis, ibi: Innoua ſigna. Circa primum orat primò pro populo Iudaico, dicens:* Diuiſio H
*o* Miſerere noſtri Deus omnium. *id eſt tu qui es Deus omnium per creationem, miſerere noſtri, quorū es Deus ſpecialiter per latriam & legem datam.*
*p* Et reſpice nos. *oculo tuæ clementiæ.*
*q* Et oſtende nobis lucem miſerationum tuarum. *Erant enim tunc Iudæi in tenebris tribulationis, quia Ptolemæus Sother rex Aegypti ſub ſpecie ſacrificandi intrauit Ieruſalem in die ſabbathi, ſciens quia tunc non arriperent arma Iudæi. & multa milia Iudæorum captiuos duxit, quorum multi erant in carceribus tenebroſis: reliqui verò in tenebris tribulationis et grauis ſeruitutis, à quibus petit populum ſuum liberari.*
*r* Et immitte timorem tuum ſuper gentes, quæ non acquiſierunt te. *eos per pœnam reducendo ad tuæ deitatis cognitionem. & ideo ſubditur:*
*s* Vt cognoſcant quia non eſt Deus niſi tu. *ſed quia ſicut corde creditur ad iuſtitiam, ita fit ore confeſſio ad ſalutem, Rom. 10. b. Subditur:*
*t* Vt enarrent magnalia tua. *ſicut de Heliodoro dicitur. 2. Machab. 3. e. quòd flagellatus à Deo confitebatur omnibus opera magna Dei. Et ad idem facit quòd ſubditur:*
*u* Alleua manum tuam &c. Sicut enim in cōſpectu eorum ſanctifica.es in nobis &c. *nos ab idololatria reducens ad cultum tuum per flagella. nam ante captiuitatem Babylonicam Iudæi fuerunt multum idololatriæ dediti, vt patet quarto Regum et 2. Paralipome. ſed poſtea non fuerunt idololatræ, niſi aliqui pauci Machabæorum tempore, & adhuc plures eorum hoc faciebant mortis timore.*
*x* Sic in conſpectu noſtro magnificaberis &c. *i. magnus apparebis.*
*y* Vt cognoſcant te ſicut & nos co. &c. *per veram fidem & debitum cultum. Sicut & nos &c.*

¶ a Innoua



a *Glorifica manum &c.* Optat, vt diuina maieſtas per manum
A & dextrum brachium, id eſt per Chriſtum, per quem antiqua miracula facta ſunt, innouet tempore gratiæ, vt veteris legis & nouæ idem intelligatur eſſe Deus.
b *Extol.aduer.&c.* Significat per aduentum Chriſti auferendum eſſe diabolum de cordibus hominum. vnde: Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet. Luc. 11. c.
c *Miſerere plebi.* Expleta oratione contra peccatores & cōtra caput eorum diabolum, orat. ſ. ſapientia pro ſtatu eccleſię & fidelium ſalute.
d *Sion inenarrabi* Notitia ſcripturæ, in qua prædicatur inenarrabilis virtus Dei.
e *Et ſu cita.* Omnes prophetæ incarnationi Chriſti dant teſtimonium, quòd Deus homo factus eccleſiam ſibi deſponſaret.
f *Secundum benedictionem.* Ordinem ſcilicet & ritum ſacerdotij (quem dominus dedit populo ſuo) oſtendit, quoniam aduniuit eum Chriſto qui eſt ſacerdos magnus ſecundum ordinem Melchiſedech, qui nos fecit vnum regnum, & ſacerdotes Deo noſtro. Secūdum benedictionem Aaron datur populo ſuo, quando dirigitur in viam iuſtitię, vt quod Aaron figurauit in tēporalibus ſacrificijs, hoc impleat in ſpiritualibus euangelij. Pſal. 109. b.

a Omnem

## NICO. DE LYRA.

¶ *a* Innoua ſigna. *Hic conſequenter orat pro Gentilibus obſtinatis in idololatria diſperdendis, & per conſequens pro Iudæis detentis apud eos liberādis, & hoc orat non ex zelo vindictæ, ſed ex zelo diuinæ iuſtitiæ, dicens: Inno.ſi. quibus Aegyptios obſtinatos flagellaſti, eadem renoua ſuper obſtinatos in idololatria.* B
*b* Et immu.mira. *vnam plagam poſt aliam inducendo, ſicut feciſti in Aegypto.*
*c* Glorifica manum. *tuæ iuſtitiæ ſuper eos.*
*d* Et bra.dex. *id eſt dexteram clementiæ tuæ ſuper nos.*
*e* Excita fu. *in punitionis eorum grauitate.*
*f* Et ef.iram. *in eis multiplicatam, hoc enim importat nomen effuſionis.*
*g* Extolle aduer. *id eſt extra vitam iſtam tolle eum.*
*h* Feſtina tempus. *ſuæ punitionis & noſtræ liberationis.*
*i* Et me.finis. *qui apud Hebræos dicebatur, & adhuc dicitur apud modernos aduentus Meſſiæ. vnde dicit Ra.Sa. ſuper Zachariam, quòd vniuerſi prophetæ non ſunt locuti niſi ad dies Meſſiæ, ita quòd eorum verba ad aduentum Meſſiæ ſicut ad finem ordinata ſunt. Expectabant enim Iudæi, & adhuc expectāt moderni, in aduentu Meſſiæ à ſeruitute gentium liberari. Et ſi autor huius libri qui longo tempore præceſſit aduentum Chriſti idem ſenſit, non eſt mirabile: quia diſcipuli Chriſti poſt eius reſurrectionem quærebant ab eo: ſi tunc reſtitueret regnum Iudæorum, vt patet Act. 1.* Prophetarū omnium ſcripta Meſſiæ aduentū denotant
*K* Vt enar.mira. tua. *liberati ab idololatrarum potentia.*
*l* In ira flammæ. *gehennalis.*
*m* Deuoretur. *in futuro.*
*n* Qui ſaluatur. *id eſt non punitur in præſenti de idololatris.*
*o* Et qui peſſi. ple.tuam &c. *id eſt peſſimè tractant.*
*p* Inueniant perditio.&c. *æternam.*
*q* Contere cap. prin. & inimicorum. *id eſt populorum ſibi ſubditorum.*
*r* Dicentium. *ex magna ſuperbia & infidelitate.*
*s* Non eſt alius. *ſcilicet Deus.*
*t* Præter nos. *Sic enim dicebat Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum, qui præcepit omnes Deos terræ exterminari, vt ſolus ipſe Deus diceretur, Iudith 3. & Sennacherib conſimiliter loquebatur 4. Reg. 18. Vel aliter: Nonne eſt alius præter nos. ſ. populus alicuius valoris aut momenti?* C
*u* Congrega omnes tri. ia. *quæ ex tunc erant multum diſperſæ per terras & regna.*
*x* Et co. quia non eſt Deus, niſi tu. &c. *ſcilicet verus.*

gnouimus: quoniam nō eſt Deus
præter te domine. Innoua ſigna, a b
a & immuta mirabilia. Glorifica c
manum & brachium dexterum. d
Excita furorem, & effunde iram. e f
b Extolle aduerſarium, & affli ge g
(a ¶Vt cito veniat tempus.)
inimicum. Feſtina tempus, & h i
(a ¶Quia nouiſſima hora eſt & finis mundi propinquat.)
memento finis, vt enarrent mi- k
(a ¶Facta in aduentu filij. ¶Gehennæ.)
rabilia tua. In ira flammæ deuo- l m
(a ¶Id eſt qui amat animam ſuam, perdet eam. b ¶Id eſt peſſime tractant. ¶Qui pro Chriſto non vult ponere animam.)
retur qui ſaluatur, & qui peſſi- n o
mant plebem tuam, inueniant p
(a ¶Æternam. b ¶Diabolum.)
perditionem. Contere caput prin q
(a ¶Perſecutorum. ¶Dei & eccleſiæ.)
cipum & inimicorum dicentiū: r
(a ¶Quia ſe tantum in mundo putant dominari. b ¶In vnitate fidei.)
Nōn eſt alius præter nos. Con- s t
(a ¶Fideles de gentibus quos ſignificauit Iacob.)
grega omnes tribus Iacob, & co- u x
gnoſcant, quia non eſt Deus niſi
(¶Prædicent alijs.)
tu: vt enarrent magnalia tua, & y z
(a ¶Vſque in finem. b ¶Q dominus & hæres patris. c ¶Fidei-)
hæreditabis eos ſicut ab initio. a
(a ¶Eccleſię. b ¶Tuendam.)
c Miſerere plebi tuæ ſup quam in b c
uocatum eſt nomen tuum, & Iſ- d
(a ¶Fidelis ſcilicet populi Deum contemplantis. b ¶Cohęredem feciſti. c ¶Chriſto qui eſt primogenitus mortuorum, & princeps regum terrę.)
rael quem coæquaſti primoge-
(¶Quaſi tu exurgens domine miſereberis Sion, quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus)
nito tuo. Miſerere ciuitati ſancti- e
ficationis tuæ Ieruſalem, ciuita- f
(a ¶Eccleſiam, quę ſpeculatur gaudium regni cęleſtis.)
d ti requiei tuæ. Reple Siōn inenar- g
(a ¶Miraculorum, virtutum.)
rabilibus virtutibus tuis, & glo- h
ria tua populum tuum. Da te- i
(a ¶Eccleſię. ¶Ipſius ſumus factura creati in operibus bonis in Chriſto Ieſu.)
ſtimonium, quia ab initio creatu k l
(a ¶Prophetas aduentum Chriſti deprecantes.)
e ræ tuæ ſunt, & ſuſcita precatio- m
nes, quas locuti ſunt in nomine
(¶Æternę vitę.)
tuo prophetæ priores. Da mer- n
(a ¶Aduentum filij tui expectantibus.)
cedem domine ſuſtinentibus te,
(a ¶Qui hęc promiſerunt. ¶Multi enim reges & prophetę voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.)
vt prophetę tui fideles inuenian- o
(a ¶Adueniat regnum tuum: fiat vo. tua.)
tur, & exaudi orationes ſeruo-
f rum tuorum. Secundum benedi p
ctionem Aaron da populo tuo,

*y* Vt enar.mag.tua. &c. *de liberatione ſua.*
*z* Et hære.eos. *in Iudæa. i. hæredites. Hebręi enim non habent modum optatiuum, ſed pro eo vtuntur futuro indicatiui modi.*
*a* Sicut ab ini. *quando terram promiſſionis intrauerunt tempore Ioſue. Sciendum, quòd congregatio filiorum Iſrael in prophetis promiſſa intelligitur de vniuerſis ad fidem Chriſti conuertendis, ſecundum quod declarat beatus Iohannes in euangelio ſuo capitu. 11 quòd Chriſtus moriturus erat non ſolum pro gente, ſcilicet Iudæorum, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi per mundum ſub diuerſis culturis idolorum, cōgregaret in vnum, id eſt in vnā eccleſiā ex Iudęis & Gentilibus congregatā, ſicut dicit Saluator, Ioh. 10. c. Alias oues habeo, quę non ſunt ex hoc ouili, et illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus paſtor. Vtrum autem ſcriptor huius libri hoc propheticè cognouerit, vel nō, ignoro, ſaluo tamen meliori iudicio probabilius mihi videtur, quòd non cognouerit. Tum quia nec à Iudæis, nec à Gręcis, nec à Latinis reponitur inter prophetas: tū quia Iudæi credentes in Chriſtum poſt eius reſurrectionem, aſcenſionem ad cęlos, & ſpiritusſancti miſſionem in die pentecoſtes, mirabantur de hoc quod gratia ſpiritusſancti dabatur Gentibus ſicut & ipſis, vt habetur Actuū 10. & 11. Ex quo videtur, quod adhuc ignorabant vnam eccleſiā ex Iudæis & Gentilibus fore congregandam, propter quod magis videtur ſicut dixi, quod autor iſte orabat pro congregatione Iudęorū in Iudæa per redditum ipſorum de terris in quibus erant diſperſi, & in captiuitate detenti.* Cōgregatio filiorum Iſrael quid ſignificat.
*b* Miſerere. *Poſtquam orauit pro Iudæis & Gentilibus generaliter, hic conſequenter orat pro Iudæis ſpecialiter dicens: Miſerere plebi tuę quam elegiſti à cęteris in datione legis.* D
*c* Super quam inuoca.&c. *Licet enim diceretur Deus omnium, ſpeciali tamen modo Iudęorum, eò quod erat naſciturus ex eis ſecundum carnem. Vel aliter: Super quam. nam Gētiles idola inuocabant ad ſuum auxilium. Hebręi verò Deum verum.*
*d* Et Iſrael quem come.p.t. *vocans primogenitum tuum. Exod. 4.*
*e* Miſerere ciuita.&c. *quę dr̄ ciuitas ſanctificationis eius, eò qđ ibi vigebat cultus diuinus.*
*f* Ciuitati requiei tuæ. *nam ibi erat templū in quo dicebatur Deus habitare modo ſpali.*
*g* Reple. Sion &c. *quod fuit impletum de Chriſto ibi miracula faciente, vt habetur in euāgelio, & ſpiritum ſanctum mittente ſuper Apoſtolos alioſq; diſcipulos, vt dicit Hieron. in epiſtola ad Paulinum.*
*h* Et glo.t. reſumatur. Reple.po.t. *quod fuit impletum in oblatione Chriſti in tēplo, ſicut prędixerat Aggeus propheta. Veniet deſideratus cunctis gentibus, & replebo domum iſtam gloria. licèt enim autor iſte & alij Iudæi ignorarent modum implendi myſterium Chriſti, quātum ad conditiones particulares, tamē credebant in quodam generali, quod multa mirabilia in aduentu Meſſię fierent in Iudæa: & ſic orabat iſte de eorum impletione.*
*i* Da te. quia ab ini. *electionis populi Iſrael.*
*K* Crea. tuæ ſunt. *ſpeciales, filij Iſrael. Quod fuit impletum quando in humana natura inter eos exiſtens, & de ipſis natus ſecundum carnem faciebat miracula ſuam deitatem teſtificantia: & quòd erat Chriſtus verè promiſſus in lege & prophetis. Io. 5. f. Opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me.*
*l* Et ſuper.. *impletionem.*
*m* Preca. quas lo. ſunt &c. *qui aduentum Chriſti prænunciauerunt per modum deprecationis. Eſa. 16. a. Emitte agnum domine dominatorē terræ &c. & in multis alijs locis dicunt prophetæ ſimilia.*
*n* Da mer. ſu. ſ. *expectantibus tuam redemptionem in aduentu Meſſiæ.*
*o* Vt prophe.t.fi.in. *in impletione eorum quæ prædixerunt.*
*p* Secundum bene. Aaron da.po.&c. *quę benedictio continetur. Nu. 6. d.*

 ¶ vbi dici-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Omnem eſcam.* Poſtquam prædixit vocationem gētium ad fidem Chriſti, præmonet habere diſtantiam dogmatum, vt ſicut guttur diſcernit dulcem cibum & amarum, ſic veracē doctrinam diſcernamus & fallacem.

E

b *Species mul.* Chriſti gratia quæ per prædicationē animas curat, & carnis concupiſcentiam mitigat. Hæc in eccleſia abūdat, cuius deſiderium eſt ſuper omnem concupiſcētiam hominis, quia in ea decor virtutum & pulchritudo doctrinæ.

c *Super omnem.* Nulla concupiſcentia hominis huic deſiderio poteſt cōparari: quia, Fallax gratia & vana eſt pulchritudo: mulier timens Deum ipſa laudabitur. (Prou. 31.d.)

d *Non eſt v. r.* Chriſtus qui excedit humanam naturam. vnde: Specioſus forma præ filijs hominum. Hic enim peccatum non fecit, nec eſt inuentus dolus in ore eius. (Pſal. 44.a.) († ſenſatū)

e *Adiutorium.* Adiutorium eccleſię eſt ſecundum diſpēſationem Chriſti. vnde: Iuſtum adiutorium meum à domino &c. Ipſe eſt infirmitatis eius colūna, & laboris requies. (Eſaie. 53.) (Pſal. 7.c.)

f *Vbi non eſt mulier.* Q. Requiem & tutelam nō habet qui extra eccleſiam eſt. Vbicunque enim per dogmata hæreticorum vel philoſophorum deflectēs ſemper in errore erit, nec inueniet lumen veritatis.

g *Qui non ha. n.* id eſt eccleſiam, vbi electorum animæ filios bonorum operū nutriunt. vnde: Inuenit ſibi paſſer domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos. (Pſal. 83.a.)

(† Sic)

a ¶In ſalutem Chriſtiani populi.
& dirige nos in viam iuſtitiæ, vt
a ¶Gentes.
ſciant omnes qui habitant terrā,
a ¶Ante ſecula ſcilicet & poſt omnia ſecula: qui preteritis temporibus per gratiam Chriſti ſuperordinaſti futura.
quia tu es Deus conſpector ſeculorum. Omnem eſcam māducabit vēter, & eſt cibus cibo melior. Fauces contingunt cibum, & cor † inſenſatum verba mēdacia.
a ¶Hære icorum. b ¶Quia tota die meditatur iniuſtitiam. & lingua eius concinnat dolos.
Cor prauum dabit triſtitiam, &
a ¶Catholica eccleſia. b ¶Scuto fidei & gladio ſpiritus quod eſt verbum Dei.
homo peritus reſiſtet illi. Omnē
a ¶Sermonem diuinum, qui animum fęcundat.
maſculum excipiet mulier, & eſt
a ¶Sicut illi dicunt: ego Pauli, ego Apollo, ego vero Cephe ego autem Chriſti. b ¶Alias filię. c ¶Corporis fidei & boni operis.
filia melior filio. Species mulieris exhilarat faciem viri ſui, & ſuper omnem concupiſcētiam hominis ſuperducet deſiderium.
a ¶Delectat, quia confidit in ea cor viri ſui. b ¶Animę fidelis vel eccleſię.
† Si eſt lingua curationis, eſt & mitigationis, & miſericordiæ nō eſt vir illius ſecundum filios hominum. Qui poſſidet mulierem bonam, inchoat poſſeſſionem, adiutorium ſecundum illum eſt & columna vt requies. Vbi non eſt
a ¶Eccleſiam Chriſti, ſcilicet hereditatem. vnde: Poſtula a me & dabo tibi gen. here. tuam. b ¶Quia diſtantia eſt in profectu ſcientię & virtutum operatione. Differt enim ſtella a ſtella in claritate.
a ¶Firmamentum. b ¶Laboris.
a ¶Murus fidei qui ſanctorum prędicatione fundatur. b ¶A demonibus. c ¶Virtutum.
ſepes diripietur poſſeſſio: & vbi
a ¶Quicquid extra eccleſiam fit, perit. ¶Eccleſia vel ſoi ſpiritusſancti medela.
non eſt mulier, ingemiſcit egens. † Cui credit qui non habet nidum? Et deflectens vbicunq; obſcurauerit, quaſi ſuccinctus latro
a ¶Vagus ſcilicet & incertus.
exiliens de ciuitate in ciuitatem.

## NICO. DE LYRA.

¶ *vbi dicitur: Loquere. Aaron & filius eius. ſic benedicetis filijs Iſrael & dicetis ei: Benedicat tibi dominus & cuſtodiat te: oſtendat dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui, conuertat dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem.*

F

a Et dirige nos &c. *per lucem tuæ gratiæ.*

b Vt ſciant om. qui habi. ter. &c. *per effectū gratiæ tuæ circa nos.*

c Quia tu es Deus. *intuens præſentialiter nō ſolum præſentia, ſed etiam præterita & futura, nam æternitas quæ menſura eſt diuinæ cognitionis ambit omnia tempora.*

d Omnem eſcam. *Hic conſequenter circa prædicta infert quædam correlaria. nam ea quę prędicta ſunt de bono ſtatu actiuorum & prælatorum, indigent neceſſariò diſcretione, pp quod ponit hic quædam diſcretionis impeditiua, vt caueantur. Secundò quædam ipſius promotiua, vt teneantur. c. ſc. ibi: Sed cum viro ſancto. Impeditiua verò ſunt quinque, ſcilicet induſtrię defectus, amor vxoris exceſſiuus, vagus diſcurſus, amicus fictus, & malus conſiliarius. Et ſecundū hoc diuiditur in quinque partes, quæ patebunt proſequēdo. Circa primum primò ponitur induſtriæ defectus in viro cum dicitur: Omnem eſcā manducabit venter. ſ. famelicus propter paſſionem famis: non diſtinguens cibum vtilem à nociuo, quamuis ſit ibi diſtinctio, ideo ſubditur:* († Qui vel Quis) (Diuiſio)

G

e Et eſt cibus cibo melior. *quaſi dicat aliquis eſt aſſumendus, & alius reijciendus.*

f Fauces. *famelici.*

g Contingunt cibum. *ipſum aſſumendo, ſed non maſticant ſufficiēter, ſed tranſglutiunt ſine debita maſticatione & probatione.*

h Et cor inſenſatum verba mendacia. *ſtatim recipit ſine diſcretione verorum à falſis.*

i Cor prauum. *quod idem eſt quod inſenſatum.*

K Dabit triſtitiam. *id eſt occaſionem triſtitiæ bonis.*

l Et homo peritus reſiſtet illi. *per ſuam ſapientiam. Conſequenter oſtendit defectum induſtriæ in muliere, dicens:*

m Omnem maſculum excipiet mulier. *id eſt gratanter accipiet in partu, quia ſemper vellet parere maſculum: & tamen aliquando magis expediret ſibi parere fœmellam. ideo ſubditur: Et eſt filia melior filio.*

n Species. *Hic ponitur ſecundum impedimētum, quod eſt amor vxoris exceſſiuus, cum dicitur: Species mulieris exhilarat faciem viri ſui. & frequenter lætitia inconuenienti. ideo ſubditur:*

o Et ſuper omnem concupiſcentiam hominis ſuperdu. &c. *id eſt attrahit cor viri ad diligendum ipſam ſuper omnia, etiam aliquando ſupra Deum.*

p Si eſt lingua cu. *id eſt reprehenſionis in viro ornatum exceſſiuum vxoris ad leuem eius modum arguendo.*

q Et mitigationis. *ſi videat eam turbatam ſtatim ei blandiēdo, ſicut dicitur. 3. Eſdræ. 4. d. Si arriſerit ei ridet. nam ſi indignata fuerit ei, blanditur donec reconcilietur in gratiam.*

r Non eſt vir il. &c. *i. virilis & diſcretus, ſed mollis & infatuatus. 3. Eſdræ. 4. c. Multi dementes facti ſunt propter ſuas vxores. Et quia contrarium eſt de bona vxore, ſubditur:*

H

s Qui poſſidet. *tanquam dominus.*

t Mulierem bo. *i. humilem & modeſtam.*

u Inchoat poſ. *id eſt incipit eſſe diues, etiam ſi non haberet amplius.*

x Adiutorium ſecundum. *id eſt voluntatem viri ad bona procuranda.*

y Et co. *ad ſuſtentationem domus cum viro.*

z Vt requies. *Nam pacifica eſt cum viro & familia.*

a Vbi non eſt. *patet ad ſenſum.*

b Et vbi non eſt mu. *bona.*

c Ingemiſcit egens. *quia negatur ſibi eleemoſyna. Mulieres enim ſunt communiter viris miſericordiores.*

d Cui cre. *Hic ponitur tertiū diſcretionis impeditiuū, quod eſt diſcurſus vagus, cū dicitur. Cui cre. qui non ha. ni. i. ſtabilem manſionē, quaſi diceret: Non credit, alicui ſapienti: propter quod deficit in diſcretione boni & mali.*

e Et deflectens vbicunque obſcu. *i. diuertens vbi latere poterit.*

f Quaſi ſuccinctus la. *Idem paratus ad malefaciendum.*

g Exiliens de ciui. in ciuita. *i. vagus & profugus ſuper terram, ſicut Cain Gene. 4. & per conſequens maledictus à domino.*

## GLOS. ORDINARIA. CAP. XXXVII.

Omnis amicus. Superius diligentius expreſſit verum amicum & falſum, di. Et non permanebit in die tribulationis. (ſupra. 6.a.)

b *Sodalis autem.* Verus amicus toto animo diligit, & opere proficit. vnde: Nō diligamus verbo neq; lingua, ſed opere & veritate. (1. Ioh. 3.d.)

c *O præſumptio.* Deteſtatur hypocriſim, cùm malus ſe bonum eſſe ſimulat: cooperiendo aridam malitiam, in qua ſcilicet non eſt pinguedo charitatis vel miſericordiæ.

a *Cauſa*

## CAP. XXXVII.

¶Verus ſcilicet & falſus amicum ſe eſſe profitetur.
Omnis amicus dicet, & ego amicitiam copulaui, ſed eſt amicus ſolo nomine
a ¶Magnum malum eſt & dolendum, vbi ſperatur fides, inueniri malignitatem: & vbi amicitia ſperatur, reperiri peruerſitatem.
amicus. Nonne triſtitia ineſt vſq; ad mortem? Sodalis autē & amicus ad inimicitiam conuertētur. O prȩſumptio nequiſſima, vnde

## NICO. DE LYRA. CAP. XXXVII.

Omnis amicus &c. *Hic ponitur quartum impedimentum proueniens ex amicitiæ fictione, ex qua frequenter homines etiam diſcreti in factis ſuis impediūtur. Dicit igitur:*

a Omnis amicus &c. *tā verus quàm fictus.*

b Et ego amicitiam copulaui. *i. firmiter ſtatui. Hi magis dicuntur ficti quàm veri, qui diligunt facto. ficti verò verbo: ideo ſubditur;*

c Sed eſt amicus ſolo nomine amicus &c. *& non re.*

d Nonne triſtitia ineſt vſque mortem &c. *ex tali amicitia. quaſi di. ſic: quia nulla peſtis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus.*

e Sodalis. *id eſt ſocius menſæ. Et dicitur à ſede quaſi ſedalis: quia ſedet cū alio in menſa.* (Nota)

f Et amicus fictus.

g Ad ini. conuer. *Frequenter enim contingit, quod ſimul ſedentes in menſa antequam recedant abinuicem, rixantur & pugnant.*

h O præſumptio nequi. *q. d. à nullo, nam omnis creatura bona eſt à Deo.*



a *Cauſa ventris, & contra ho. acci.* Pro gula, non pro amicitia. Poſſunt in falſis amicis, hæretici intelligi, qui omnia rectè faciunt, quaſi animarum conſultores, cùm ſint proditores. vnde: Attendite à falſis prophetis, qui &c. (Mat. 7.a)

A

b *Cum ſocero tuo, & à zelantibus.* Socer qui à parte fœminea eſt cognatus, muliebrem & mutabilem oſtendit animum, ſimiliter & zelus qui præcipuè eſt animarum.

c *Omnis conſiliarius prodit conſi.* Adhuc docet cautelam omnem habendam in ſuſcipiendis amicis & conſiliarijs. Multi enim ſe amicos & conſiliarios fingunt, & inſidias tendunt. vnde Ieremias: Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat.

d *Non attendas his in omni conſilio.* Diuerſas ſpecies conſiliantium enumerauit, in quibus plures perſonas notauit, quæ à ueritate diſcordant. Vñ præcepit cum talibus non eſſe conſiliandum, quorum conſilium periclitatur. Præuidenda eſt ergo conſiliarij prudentia, fides, voluntas, & religio. (Iere. 9.b)

e *Anima ſancti viri enuntiat aliquando vera.* Conſiliariorum diuerſitate oſtenſa, adiungit, quantum humanæ ſapientiæ ſanctorum excellat ſciētia à ſpiritu ſancto infuſa. († vita)

a *Vir*

a ¶De mala ſcilicet voluntate. b ¶Alias malitiam.
creata es cooperire aridam nequitiam, & doloſitatem illius. Sodalis amico coniucundabitur in oblecta-
a ¶Qui decepti ſunt & ſeipſum. ¶Falſus.
¶Voluptatis. ¶Alias, die.
tionibus, & in tempore tribulationis aduerſarius erit. Sodalis amico
¶Comeſſationis.
condolet cauſa ventris, & cōtra hoſtem accipiet ſcutum. Non obliuiſcaris amici tui in animo tuo, & nō immemor ſis illius i operibus tuis. Noli conſiliari cum ſocero tuo, &
¶Inuidentibus.
à zelantibus te abſconde conſiliū.
a ¶Multi ſunt amici & conſiliarius vnus de mille.
Omnis conſiliarius prodit cōſiliū,
a ¶Qui eligit facere quod Deo placet, quod eſt conſilium vnicum a ſpiritusſancto infuſum.
ſed eſt conſiliarius in ſemetipſo. A cōſiliario malo ſerua animā tuam: Prius ſcito quæ ſit illius neceſſitas, & quid ipſe i animo ſuo cogitabit,
a ¶Amico. b ¶Id eſt perticam quę terræ infigitur acuta.
ne forte mittat ſudem in terram,
¶Vel palus.
& dicat tibi, bona eſt † via tua, & ſtet econtrario videre quid tibi eueniat. Cum viro irreligioſo, tracta de ſanctitate: & cum iniuſto, de iuſtitia: & cum muliere, de his quæ ęmulatur: cū timido, de bello: cum
a ¶Inflatur, vel inuidet, vel diligit.
a ¶Id eſt mercium tranſportatione.
negotiatore, de traiectione: cū emptore, de venditione: cum uiro liuido, de gratijs agendis: cum impio, de pietate: cum inhoneſto, de honeſtate: cum operario agrario de omni opere: cum operario annuali, de cōſummatione anni: cum ſeruo pigro, de multa operatione. Non attendas his in omni conſilio. Sed cū
a ¶Id eſt inuido.
a ¶Cum ſancto ſanctus eris &c.
viro ſancto aſſiduus eſto, quęcunq; cognoueris obſeruātem timorem Dei, cuius anima eſt ſecundum animam tuam. Quicunque titubauerit in tenebris, nōn condolebit tibi. Et cor boni conſilij ſtatue tecū.
a ¶Fidelem.
a ¶Relinquens timorem Dei.
a ¶Quia infidelis.
¶Ante omnia.
¶Vel alius fidelior.
Non eſt enim tibi aliud plus illo. Anima ſancti viri enuntiat aliquando vera, quàm ſeptem circumſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. Et in his oībus deprecare altiſſimū, vt dirigat in veritate viā
a ¶Philoſophi artium liberalium ſcientia præditi. b ¶Tanquam magiſtri. c ¶Tanquam ſpeculatores ſubditorum.
a ¶Cogitatio. ſ. ſecundum quam ſermo exterior & actio diſponitur. Ex abundantia enim cordis os loquitur.
tuā. Ante oīa opera verbum verax pcedat te, & ante oēm actū conſiliū
a ¶Omnia fac cum conſilio.
a ¶Conſilium malum. b † Pertractando mala. ¶Conſcientiam.
ſtabile. Verbū neq̃ immutabit cor,

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *Deo. Peccatum autem eſt boni defectus: nec habet cauſam per ſe poſitiuam. Dion. 4. capitu. de diui. no. Nullus intendens ad malum operatur.*

a Cooperire. *Amicitiæ ſimulatione.*

b Aridam ma. *i. ſine humore.*

c Sodalis amico. *i. proſperitatis tempore.*

B

d Et in tem. *Deficiente proſperitate propter quod fingebat ſe amare.*

e Sodalis ami. *id eſt ſimulat ſe condolere in eius infirmitate.*

f Cauſa uen. *i. comeſſationis.*

g Et contra ho. *Amici.*

h Accipiat ſcutum. *Quaſi cum defenſurus. i. ſi hoc aliquando faciat, hoc facit ex gula, & non ex vera amicitia, & contrarium inducit de vero amico, dicens:*

i Non ob. ami. *Veri.*

K In animo tuo. *Ita quòd non diligas eum tantum ore, ſed etiam corde & opere, propter quod ſubditur:*

l Et non immemor ſis illius. *Sed diligas eum in effectu.*

m Noli conſiliari. *Hic ponitur quintum impedimentum diſcretionis, quod eſt malū conſilium. & primò agit de conſilio malo, per fraudulentiam, ſecundò per ignorantiam uel cauſam aliam, ibi: Cum viro. Circa primum dr: Noli conſi. ſ. de his quæ pertinēt ad reſtrictionem vxoris tuæ, quia ſemper ſtabit pro filia ſua diuertens à veritate ex carnali affectione.* (Diuiſio)

n Et a zelante. *i. inuidentibus tibi.*

o Abſconde. *Nam illud reuelarent ex inuidia vel impedirent.*

p Omnis con. *Infidelis.*

q Prodit con. *i. proponit ſub ſpecie boni illius qui quærit conſilium.*

r Sed eſt con. in ſe. *i. intendens propriā vtilitatē, & non illius cui dat conſilium, & hoc frequenter contingit in conſiliarijs principum, & prælatorum. ideo ſubditur:*

s A conſiliario *ſ. infideli.*

t Serua ani. *i. caueas tibi.*

u Prius ſci. *per diligentem inquiſitionem.*

x Quæ ſit il. *Nam ſi ad illam dirigit ſuum conſilium, ſignum eſt, quòd non conſulit pro te ſed pro ſe. ideo ſubditur:*

y Et quid ipſe. *ſ. de ſubueniendo ſuæ neceſſitati, & non tibi. ideo ſubditur:*

C

z Ne forte mittat ſudem in terram. *Conſulens tibi aliquid perículoſum.*

a Et dicat tibi, bona eſt via tua. *Incitans te ad proſequendum ſuum conſiliū in opere.*

b Et ſtet econ. *Cordi.*

c Videre quid &c. *Vt per hoc habeat intentum, ſi poſſit.*

d Cum uiro. *Hic conſequenter agitur de conſilio malo per ignorantiam, & aliquas alias cauſas, di. Cum viro irreligioſo tracta de ſan. Ironicè loquitur. & eſt ſenſus per contrarium. q. d. malè conſulet tibi.*

e Et cum iniuſto. *Similis eſt locutio, vt patebit in fine huius partis.*

f Et cum muliere de his quæ ęmulatur. *id eſt odit. q. d. malè conſulet.*

g Cum timido de bel. *Qui nunquam vellet bellum videre.*

h Cum negotiato. *i. de merciū tranſportatione ad forū, qui vellet qd nullus ibi haberet merces niſi ipſe, vt ſuas carius venderet.*

i Cum empt. *id eſt de pretio rei vendendæ, qui ſemper quantùm poteſt minuit pretium iuſtum.*

K Cum uiro liuido. *i. inuido.*

l De gratijs agendis. *id eſt de dando alijs gratis, qui ſemper hoc impedit. Et ſimiliter quod ſequitur:*

m Cum impio de pie. *vſque ibi.*

n Cum operario agrario. *Qui nihil ſcit niſi de opere rurali.*

o De o. op. *Vt de militiæ ſtudio, & huiuſ.*

p Cum operario annuali. *id eſt conducto ad annum.*

q De conſummatione. *i. de opere conſummando infrà annum, qui dicit infra duos annos hoc non poſſe fieri, quod tamen in medietate anni poſſet fieri.*

r Cum ſeruo pigro. *Ad operandum.*

s De multa operatione. *Quam ſemper refugit, & ſic malè conſulit. ideo de omnibus prædictis concluditur: Non atten. &c.*

D

t Sed cum viro ſan. *Remotis impedimentis diſcretionis, hic conſequenter ponuntur eius promotiua. Et ponuntur hic quatuor, ſcilicet conſilij ſanitas, verbi veritas, ſapientiæ claritas, & repreſſa ſeuitas. Inter quæ primò ponitur conſilij ſanitas, vt ſiat quædam continuatio ad immediatè prædicta, cùm dicitur: Sed cum viro ſan. id eſt in bonitate ſtabili & firma.*

u Aſſiduus eſto. *Cum eo morando, & de tuis ſecretis tractando.*

x Quemcunque cognoueris. *Per opera.*

y Obſeruantem timorem Dei. *Ne tranſgrediatur eius mandata.*

z Cuius anima eſt ſecundum animam tuam. *id eſt qui diligit te ſicut ſeipſum & econtrario. de talibus enim dicitur, quòd ſunt vnum cor & vna anima.*

a Quicunque titubauerit in tene. *Ignorantiæ & culpæ.*

b Non condolebit tibi. *Veraciter ex corde, nec tibi per conſequens bene conſulet in tua neceſſitate.*

c Et cor boni con. *id eſt voluntatem ipſum ſequendi.*

d Statue tecum. *Firmiter.*

e Non eſt enim tibi aliud plus illo. *id eſt melius. Et quis poſſit tale conſilium dare, ſubditur:*

f Anima uiri ſan. enun. *Eſt.* *in Deum eleuata, & per conſequens ab eo illuminata ad enuntiandum veritatem, veruntamen quia Deus eſt principalis autor directionis humanæ, ſubditur: Et in his om. de. al.*

g Ante om. *Hic ponitur ſcdm diſcretionis promotiuum, quod eſt verbi veritas cum dicitur: Ante omnia opera verbis verax &c. in promiſſis & reſponſis.*

h Et ante omnem actum conſi. ſta. *ſcilicet ſapientum, & ſacræ ſcripturæ.*

i Verbum ne. *quod eſt verbum mendax.*

K Immu. cor. *De bono ad malum.*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Vir peritus multos.* Quia de lingua prędixerat, de bonis malisque doctoribus continuat.

b *Vita viri.* Præſens vita hominum in incerto non eſt apud Deum. vnde: Breues dies hominis ſunt, numerus menſium apud te eſt.

c *Noli aui. in.* Iuxta hiſtoriam, parcimoniam laudat, crapulam vituperat, quę ad infirmitatem perducit deuorãtem. Myſticè verò admonet vt in temporalibus ſimus temperantes. vnde: Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi &c. Et alibi: Non plus ſapere, quàm oportet.

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. XXXVIII.

H*Onora medicum.* Diſcretos vult nos eſſe in omnibus, quia opera Dei bona ſunt valde. vnde non debemus ea ſpernere, quę conſtat creatorem ad vtilitatem noſtram feciſſe. Sunt corporales medici, ſunt & ſpirituales. Corporales medici corpora, ſpirituales curant animas. Vtrique ergo honorandi, ſed ſpirituales præferendi.

e *Nomne à ligno indul.* Antiquam tangit hiſtoriam, quia in deſerto Sur inuenerũt filij Iſrael aquam amarã, ſed Deus oſtendit Moyſi lignum q̃d immiſſum aquam indulcauit, vbi iuxta hiſtoriam demõſtratur ligni medicina indulcari aquas. Myſticè autem aqua amara ſigni-

## NICOLAVS DE LYRA.

a Ex quo. *ſ. corde.*
b Partes quatuor oriuntur. *Sicut riuuli à fonte.*
c Bonum & malum. *De genere.*
d Vita. *Gratiæ.*
e Et mors, *culpæ. Vita tamen gratiæ non procedit ab eo, niſi diſpoſitiuè, ſed à Deo eſt effectiuè. Mors verò culpæ econtrario ſic procedit à corde humano, quod nullo modo eſt effectiuè à Deo, vt dictum eſt. ſup. 15. capi.*
f Et dominatrix illorum eſt aſſidua lin. *i. aſſiduitas bonæ monitionis, quæ reprimit malum ex genere, & amouet mortem culpæ. promouet autem bonum de genere, & vitam gratiæ. ideo ſubditur:*
g Vir perit. *In ſacra ſcriptura.*
h Multos erudiuit. *Ad bonum.*
i Et animæ ſuæ ſuauis eſt. *Per augmentum meriti.*
K Qui ſophiſtice lo. *i. deceptoriè.*
l Odibilis eſt. *Deo & hominibus.*
m In omni re defrau. *Quia ſibi plus nocet, quàm alijs hominibus.*
n Non eſt enim illi data a domino gratia. *Veraciter & vtiliter loquendi.*
o Omni enim ſa. *Vera.*
p Defraudatus eſt. *Licèt aliquando ab inſipientibus ſapiens videatur.*
q Eſt ſapiens. *Hic ponit tertium diſcretionis promotiuum, quòd eſt ſapientiæ claritas, cùm dicitur: Eſt ſapiens &c. id eſt ille verè ſapiens eſt, qui primò cogitat de ſalute animæ ſuæ, quia charitas eſt ordinata.*
r Et fructus ſenſus illius. *id eſt ſapientiæ ſuæ.*
s Laudabilis. *Coram Deo & Angelis. Et quia bonum eſt ſui ipſius diffuſiuum, ſubditur:*
t Vir ſapiens ple. &c. *De ſalute animæ ſuæ.*
u Et fructus ſen. il. *i. doctrinæ eius.*
x Fideles ſunt. *i. digni fide. Tum quia à veritate prima procedunt: tum quia ad ipſam finaliter dirigunt.*
y Vir ſapiens imple. be. *Dei & hominum, nam Deus multiplicat illi dona ſua, & homines*

¶Verba cordis.
ex quo partes quatuor oriuntur,
¶Conſilium & remuneratio. ¶Aeterna. ¶Stipendium peccati mors.
bonum & malum, vita & mors: & dominatrix illorũ eſt aſſidua
¶Quia per linguam ſecreta cordis panduntur, mors enim & vita in manibus linguæ. ¶In ſcriptura ſancta.
lingua. Vir peritus multos erudi-
¶Quia inde mercedem accipiet æternam.
uit, & animæ ſuæ ſuauis eſt. Qui
¶Verſutam locutionem & hereticam nequitiam. ¶Ad oſtentionem, & deceptionem. Sed ſpiritusſanctus diſciplinę effugiet fictum.
ſophiſticè loquitur, odibilis eſt, in omni re defraudabitur. Nõ eſt
¶Diſputandi, loquendi.
enim illi data à domino gratia,
¶Dei. ¶Quia fraudulentus.
omni enim ſapiẽtia defraudatus
¶In Deo. ¶Remunerandę.
eſt. Eſt ſapiens animę ſuæ ſapiẽs,
¶Quia quę Deo ſunt placita mente tractat, & quod profert lingua, ore explicat.
& fructus ſẽſus illius laudabilis.
¶Eccleſiaſticus. ¶Doctor. ¶Sibi commiſſam. ¶Verbo & exemplo.
Vir ſapiẽns plebem ſuam erudit,
¶Scriptura & predicatio.
& fructus ſẽſus illius †fideles ſũt. Vir ſapiens implebitur benedi-
¶Cęleſtis mercedis. ¶Angeli vel animę ſanctorũ. ¶Remuneratum. ¶Cui dicetur: Euge ſerue bone &c.
ctiõnibus & videntes illum lau-
¶Cęleſtis mercedis.
dabunt. Vita viri in numero die-
¶Sanctorũ. ¶Quia ſine fine cum dño regnabũt.
rum, dies autẽ Iſrael innumera-
¶Prędicator. ¶Subiecto.
biles ſunt. Sapiens in populo hæ-
¶Aeternam ſcilicet remunerationem accipiet.
reditabit honorẽ, & nomẽ illius erit viuens in ęternum. Fili in vita
¶Proba voluntatem animę tuę. Omnia autem probate, quod bonum eſt tenete.
tua tẽta animã tuã, & ſi fuerit nequã, non des illi poteſtatẽ. †Non
¶Caute ſerua, ne vitijs diffluat.
eñ omnia omnibus expediunt,
¶Voluntatis ſcilicet vel actionis vtile eſt.
& nõ omni animæ omne genus placet. Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam. In multis eñ eſcis erit infirmitas, & auiditas ap-
¶Ad fellis effuſionem.
propinquabit vſque ad cholerã. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam.

## CAP. XXXVIII.

HOnora medicum propter neceſſitatem, etẽm creauit illum altiſſimus. A Deo eſt enim omnis medela, et à rege accipiet donationem. Di-
¶Corporalis vel ſpiritualis. ¶In mundo vel in cęlo.
ſciplinã medici exaltabit caput illius, & in cõſpectu magnatorũ
¶Angelorum vel ſanctorum. ¶A domino.
collaudabitur. Altiſſimus de ter-
¶Ad ſalutem hominum.
ra creauit medicinam, & vir prudẽs nõ abhorrebit †illã. †Nõne à
¶Suauis facta eſt.
ligno ĩdulcata ẽ aqua amara? Ad

nes imprecantur ſibi bona. ideo ſubditur:
z Et uidentes illum laudabunt. *Et quoniam hæc laus non eſt horaria ſed diuturna, ideo ſubditur:*
a Vita uiri in numero dierum. *i. breuis eſt, quia dies eius poſſunt numerari faciliter.*
b Dies autem Iſrael. *i. populi Iſrael.*
c Innumerabiles ſunt. *i. diuturni, licèt enim perſonæ ſingulares moriantur, & naſcantur ſibi ſuccedentes, remanet tamen vnitas populi, ſicut in fluuio aquæ ſunt in continuo fluxu: remanet tamen identitas fluuij, laus verò ſapientis non ſolùm durat ſuo tempore, ſed tranſit ad poſteros, propter quod eſt diuturna, & maximè in populo ſuo, qui magis nouit eius opera, ideo ſubditur:*
d Sapiens in populo &c. *Et patet.*
e Fili in uita. *Hic ponitur quartum diſcretionis promotiuum, quod eſt repreſſa ſenſualitas, vnde dicit Philoſophus. 7. Phyſi. Sedendo & quieſcendo fit anima ſciens & prudens: quia ſedatis & quietatis paſſionibus fit clarè vidẽs. Sic ergo dicitur: Fili in vita tua tenta animam tuam. i. diligenter conſidera eius pronitatem ex appetitu ſenſitiuo procedentem.*
f Et ſi fuerit nequam. *id eſt inclinans ad malum.*
g Non des il. po. *Laxando ſibi habenas, ſed magis eam reprime per orationem.*
h Non enim in om. o. *Etiam ſi eſſent licita de ſe: nam magis proni ad malum, indigẽt maiori reſtrictione, etiam ab aliquibus licitis, ne ad illicita procedant ex illis.* † laudabiles
i Et non om. ani. *Delectationis.*
K Placet. *Sed ſecundum diuerſitatem pronitatis. Prono ad auaritiam placet conſeruatio pecuniæ, prono ad prodigalitatem, placet eius effuſio, & ſic de alijs. Et quoniam multi valde ſunt proni ad concupiſcentiam cibi, quo quotidie indigemus, ſubditur: Noli aui. eſ. & patet. Et ratio ſubditur: In mul. enim eſ. etiam ſanis.*
l Erit infir. *Ratione ſuperfluitatis.*
m Et auiditas appro. uſ. ad cho. *Ipſam cauſando.*
n Propter cra. mul. *Quia ſuffocat naturæ virtutem.*
o Qui au. &c. ad. ui. *i. prolongabit. nam abſtinentia eſt ſumma medicina.*

†1. Cor. 6. c & 10. f

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXXVIII.

HOnora medi. *Poſtquàm actum eſt de prælatorum officio, hic conſequenter agitur de honore eis exhibendo, quia medij ſunt inter populum & Deum. Et quoniam ex ſenſibilibus & magis notis procedendum eſt ad ſpiritualia quæ ſunt minus nota. & prælatus eſt ſpiritualis medicus, ideo primò agitur de honore medici corporalis, ſecundò ſpiritualis, ibi: Fili in tua infirmitate. Circa primum dicitur:* Diuiſio
p Honora me. *Corporalem.*
q Propter ne. *Corporis tui.*
r Et enim il. crea. *Non ſolum inquantum eſt homo, ſed etiam inquantum medicus. nam Deus eſt autor principalis artis medicinæ, ideo ſubditur:*
s A Deo eſt e. o. m. *Hic tñ non accipitur creatio propriè q̃ eſt de nihilo, ſed largè, ſicut rex dr̃ creari, quãdo promouetur ad dignitatẽ regni.*
t Et a re. ac do. *Nam potentes huius ſeculi communiter ſunt magis ſoliciti de ſanitate corporali, quàm ſpirituali. ideo ſubditur:*
u Diſci. me. *i. eius ars: Exal. ca. il.*
x Altiſſi. *Quia de terrę naſcentibus. ſ. herbis & radicibus & huiuſmodi conficiuntur medicinæ. Et ad hoc inducit exemplum, di.*
y Nonne ali. *id eſt per lignum.*
z Indulcata eſt aqua ama. *q. d. ſic, vt patet Exod. 15. vbi dicitur, q̃ dominus oſtendit lignum Moyſi, quod cùm miſiſſet in aquas amaras in dulcedinem verſæ ſunt.* † in illis †Exo. 15. d
a Ad agnitionem hominum uir. illo. *Peruenit per experientiam. Ex hoc enim, q̃ talis herba*



ſignificat legem, cui ſi confeſſio crucis & ſacramentum iungatur, potabilis efficitur.

a *In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & n. &c.* Contra diuerſas infirmitates, diuerſa opponunt medici, cibos. ſ. & potus, emplaſtra, & vnguẽta, vt morbis conueniant medicamenta. Similiter faciunt medici ſpirituales.

b *Auerte.* Simile eſt illud: Declina à malo, & fac bonum.

c *Et ab omni delicto munda cor tuum.* Et non tantùm corpus, ſed vt ſis innocens manibus & mundo corde.

d *Da ſuauitatem.* Panis & vini ſacrificium in memoriam dominicę paſſionis oblatum, pręcipuè curat vulnera animarum, nec ſolùm viuis, ſed & mortuis valde neceſſarium eſt. Da ſuauitatem. Ægritudinis & moleſtię, quæ diſpoſitione Dei immittitur ad probationem, vel emendationem iuſtorum, vel ad damnationem reproborum, qui ſ. delinquit in conſpectũ eius, qui fecit eum, incidet in manus medici. Iuſtum eſt enim vt qui mandata Dei contemnit, caſtigatus humilietur, & opem quæret quam negligebat. Spirituales quoque medici tempus quærunt medicandi, & inſtanter dominum deprecantur, vt dirigat opera eorum, & refrigerium præſtet infirmantibus.

e *Fili in mortuum produc lachrymas, &c.* Quia de infirmitatibus, & medicorum curationibus diſputauit, de mortuorum exequijs adiungit.

f *Memento &c.* Admonitio bonorum patrum, vt filij præparent ſibi viaticum bonorum operum.

g *Neque enim eſt conuerſio, & huic nihil.* Quaſi dicat: Ergo cautus eſto in omnibus, ne fortè in obitu proximi plus ęquo doleas.

a *In*

## NICOLAVS DE LYRA.

†ſup. 22. b

*herba ſanauit Socratem & Platonem, & plures alios. accipitur vna propoſitio vniuerſalis, quæ eſt principium artis & ſcientiæ, vt dicitur. 1. Metaphy.*
a Et dedit hominibus ſcientiam. *Nam aliquando reuelat virtutes herbarum, & radicum ſine tali experientia, ſicut factum fuit Salomoni. 3. Reg. 4. d. Et di. putauit ſuper lignis à cedro quæ in Libano eſt, vſque ad hyſſopum quæ egreditur de pariete.*
b Honorari in mirabilibus. *i. vt honoretur ab hominibus propter virtutes mirabiles, quas dedit creaturis.* †iuſtitiam
c In his cu. *Medicus.*
d Mitiga. dolo. *Infirmi.*
e Et unguen. *i. apothecarius.*
f Faciet. *Ex terræ naſcentibus.*
g Pigmenta ſuaui. *In talibus ſpecies aromaticæ frequenter ponuntur.*
h Et un. con. *i. ad conferendum & conſeruandum ſanitatem.*
i Et non con. ope. eius. *i. non habebunt intentum effectum per ipſum medicũ vel apothecarium: nam ad hoc requiritur actio Dei, qui eſt medicus principalis. ideo ſequitur:*
K Pax. n. Dei ſu. fa. *i. requies à dolore infirmitatis, eſt à Deo in hominibus, qui habitant ſuper terram.*
l Fili. *Hic conſequenter agitur de honore impendendo medico ſpirituali. Et diuiditur in tres partes ſecundum tres cauſas ipſum honorandi. ſecunda ponitur ibi: Sapientiã ſcribe. tertia ibi: Qui tenet aratrum. Prima in duas, ſcilicet in partem principalem & incidentalem, quæ incipit ibi: Fili in mor. Prima cauſa honorandi medicum ſpiritualem, eſt ſanitas animæ, quæ melior eſt corporis ſanitate,* Diuiſio

¶Peruenit.
agnitionẽ hominũ virtus illorum. Et dedit hominibus ſcientiam al-
¶Se.
tiſſimus, honorari in mirabilibus
¶Quæ creauit. ¶Hominum.
ſuis. In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & vnctiones conficiet ſanitatis, & non conſumma-
¶Vſque ad finem mundi, cùm mortale hoc induet immortalitatem. ¶Medicamenta. ¶Veri medici. ¶Quia in fo. ſ. abſorbetur mors in victoria.
buntur opera eius: Pax enim Dei
¶Quia aſſidue ora pro peccatis tuis.
ſuper faciem terræ. Fili in tua in-
¶Quia in futuro & in infer. nul. eſt re.
firmitate nõ deſpicias teipſum, ſed
¶Noli deſperare. ¶Ab infirmitate peccati.
orã dominum, & ipſe curabit te.
¶Mentem. ¶Ad bona opera.
Auerte à delicto & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuú. Da ſuauitatem & memoriam ſimi-
¶Id eſt ſimile. ¶Deuotione charitatis.
laginis, & impingua oblationem,
¶Obediendo. ¶Doctori tuo.
& da locum medico. Etenim illum
¶In vſus tuos.
dominus creauit, & non diſcedat
¶Offenſus inobedientia.
à te: quia opera eius ſunt neceſſa-
¶Tibi.
ria. Eſt enim tempus quando in manibus illorum incurras, ipſi verò dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum, & ſanitatem propter conuerſationem illorum. Qui delinquit in cõſpectu eius qui fecit illum, incidet in manus medici. †Fili in mortuum produc lachrymas, & quaſi †dira paſſus incipe plorare, & ſecũdum iudicium
¶Sepultura.
contege corpus illius, & non deſpi-
¶Scilicet ſeparationem proximi.
cias ſepulturam illius. Propter dela-
¶Modum plorandi deſcribit.
turam autem amare fer luctum il-
¶Paruo tempore ne nimia triſtitia auferat meritum.
lius vno die, & conſolare propter † triſtitiam. Et fac luctum ſecundum meritũ eius vno die vel duobus propter detractionem. A tri-
¶Animæ deſperanti. ¶Obſcurat.
ſtitia enim feſtinat mors, & cooperit virtutem, & triſtitia cordis fle-
¶Fortitudinem. ¶Refutatione ſcilicet conſolationis.
ctit ceruicem. In abductione per-
¶Quia hic incipit & in futura pęna durabit propter diffidentiam ſupernæ conſolationis.
manet triſtitia, & ſubſtantia inopis ſecundum cor eius. Ne dederis in
¶Seculi, quæ mortem animæ operatur. ¶Quia quantum deeſt illi fidei & ſpei, tantum creſcit mæror in anguſtia.
triſtitia cor tuum, ſed repelle eam à te, & memẽto nouiſſimorũ, & no-
¶Nouiſſimorum. ¶Id eſt non huc reuerteris vt poſſis operari.
li obliuiſci. Neq; eñ eſt conuerſio, & huic nihil proderis, & teipſum,

*tate, & per conſequens prælatus magis honorandus eſt quam medicus corporalis. ideo dicitur. Fili in tua infir. ſpirituali:*
m Non de. te. *Negligendo quærere remedium, ſicut negligunt aliqui.*
n Sed ora domi. *Deuotè.*
o Et ipſe cura. *Vnguento ſuæ gratiæ.*
p Auerte a delicto. *Cor tuum.*
q Et dirige ma. tu. *i. opera tua ad Deum.*
r Et ab omni de. munda cor tuum. *Per veram & puram contritionem.*
s Da ſuauitatem. *i. fac oblationem Deo de ſpeciebus aromatici, quibus conficiebatur thymiama ſuauis odoris.*
t Et memo. ſimi. *i. oblationem farinæ tritici delicatiſſimæ.*
u Et im. ob. *offerendo oleũ de lignis oliuarum puriſſimum, ad continuandas lucernas.*
x Et da lo. me. *Honorando ſacerdotẽ pro te orantẽ. vñ in Leui. ubi agitur de oblationibus varijs pro peccato, ſemper additur in fine: Et orabit pro eo ſacerdos, & dimittetur ei.*
y Et enim illum dominus. *i. ad officium ſacerdotij promouit.*
z Et non di. *i. à corde tuo, quia ſemper debes eum diligere & venerari.*
a Quia op. eius ſunt ne. *ſ. offerre ſacrificia, & orare pro peccatis populi.*
b Eſt enim tempus. *Quia ſine peccatis non tranſitur præſens vita.*
c Ipſi uerò dominum de. *Ex hoc apparet, quod non loquitur hic de medicis corporis, qui non curant infirmos per orationes, ſed de ſacerdotibus.*
d Vt diri. re. eo. *Non requiem corporis, ſed requiem cordis ipſorum, quia gaudent de curatione peccatorum.*
e Et ſani. *ſ. animæ tuæ.*
f Pro. con. eo. *propter bonã vitã ipſorum. propter quam orationes eorum exaudiuntur.*
g Qui de. *Incidet in manus medici. ſ. ſpiritualis, ad quem pertinet cura delicti.* Diuiſio
h Fili in mor. *Hæc eſt pars incidentalis: in qua primò ex hoc quod induxit ad honorem prælati propter eius excellentem ſtatũ, hoc occaſionaliter, & quaſi per oppoſitum inducit ad fletum mortui propter vitæ præſentis defectum. Et ſecundò, in perſona mortui loquens inducit ad bonum, ibi: Memor eſto. Circa primum dicit: Fili in mor. i. ſup mortuum.*
i Produc lachry. *Compaſſionis.* † dura
K Et ſecundum iu. con. corpus. *i. diſcretè & honeſtè ſecundum morem patriæ & merita defuncti corpus illius ſepeli.*
l Pro. de. *i. propter detractionem vitandã, ne dicatur contra te, quòd odiſti viuentem, ſi non lugeas defunctum.*
m Et con. pro. tri. *Ne nimia triſtitia tibi noceat. ideo ſequitur:*
n A triſtitia enim &c. *Eſt enim triſtitia paſſio mortificatiua.*
o Et coo. uir. *i. ſuffocat virtutem naturę.*
p Et triſtitia cordis flectit ceruicẽ. *Nam debilitata virtute naturæ, caput flectitur, ſicut per fortitudinem eius erigitur.*
q In abdu. *i. deuiatione à bono.*
r Permanet tri. *Ita q̃ nocet non ſolum corpori, ſed etiam animę inducens aliquando ad deſperationem & alia mala.*
s Et ſub. ino. *Quia ſi hẽt cor gaudens & virile, dicitur diues, & diues languidus & triſtis, dicitur pauper, Pro. 14. a. Et eſt quaſi diues cùm nihil habeat, & eſt quaſi pauper, cum in multis diuitijs ſit, ideo ſequitur:*
t Ne de. in triſti. *ſcilicet nimia.*
u Cor tu. *pp mortuũ. Et ſubditur cã, cũ dr̃:*
x Et m. *i. mortis tuæ, & omniũ aliorũ, à qua nullus reuertitur ad vitã pſentẽ. iõ ſubditur:*
y Neque enim eſt con. & huic nihil pro. *id eſt per afflictionem tuã ipſum mortuum non reuocabis.*
z Et teipſum peſſimabis. *Nimio dolore affectus, propter quod dolor de morte amici debet eſſe moderatus. Sic enim fecit Dauid. 2. Reg. 12. f. Audita enim morte filij ſui ſurrexit ab afflictione, & luctu, di. Cùm adhuc*
viueret

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

E a *In requie &c.* Q. Morituri memoriam continuò conſerua, & confide, & ſpe conforta, ne in vltimo articulo deficiat.

*Prædicatores aratri … 1.Cor.3.b Gal.4.c*

b *Qui tenet aratrum.* Prædicatores ſanctos ſignificat, qui omni tempore docendo, exhortando auditores ſuos inſtruũt, vt interioris hominis virtutem eliciant, & animam humanam ad imaginem Dei reforment. vnde: Vt ſapiens architectus fundamentum poſui. Item ibi: Filioli mei quos iterũ parturio, do.ſi.ſo. Chriſtus. Quot ſpecies virtutum ſunt, tot operationes & documenta mẽtibus electorum doctores imprimunt.

*Prædicantium diſcretio in verbi Dei ſatione.*

c *Sic faber &c.* Ordo prædicatorum, qui per diuerſa officia miniſterium ſuum agunt, doctrinam ſecundum auditores temperant, qui fragiles & infirmos verbis & exemplo formant, vt vaſa in honorem faciant.

d *Cor ſuum da.* Cùm præſentis vitæ volubilem conuerſationem, per veſtigia bonorũ operum ſubiectis oſtẽdit immutabilem.

e *In brachio.* Quia multis exẽplis & catholicæ doctrinę verbis infirmos roborat. quibus humilitatis & mãſuetudinis præbet exempla, & cordis intentionem apponit, vt quod aſperum eſt minoribus ſubditorum, lenitatis ſuæ leniat documento, & ad hoc vigilat, vt in fornace cordis operationem diſcipulorum igne ſolidet charitatis.

*eſt ſapientia. Vel aliter, tempore vacuitatis, id eſt paupertatis. vnde dicit Secundus Philoſophus, quòd paupertas eſt ſcientiæ repertrix. Vnde videmus quòd à longo tempore religioſi mendicantes plura ſcripſerunt in Theologia, quæ eſt vera ſapientia quam alij: & aliquando concurrunt iſtæ tres conditiones in eodem ſcriptore.* G

*Theologizantes qui & quare … inueniantur.*

a ¶Male tractabis. ¶Nimio dolore. b ¶Tranſitus ſcilicet de hoc mundo, quia nemo eſt qui viuat, & videat mortem.

peſſimabis. Memor eſto iudicij mei, ſic enĩ erit

¶Q In me iam completum eſt tibi inſtat.

& tuum: Mihi heri, & tibi hodie. In requie mortui requieſcere fac memoriam eius, & conſola-

a ¶Quia qualis exis, talis ante iudicem ſtabis, vt recipias ſecundum opera tua. ¶Diuinam. b ¶Dicę.

re illum in exitu ſpiritus ſui. Sapientiam ſcribe

a ¶In tabulis cordis. ¶Otij. b ¶Quia pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.

in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu, ſa-

a Qui hæc ſciunt, non penitus a ſapientia alieni ſunt.

pientiam percipiet, quia ſapientia replebitur.

a ¶Doctoris officium, & vomere Euangelij excolit corda hominum. b ¶Diuinorum teſtimoniorum.

Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo,

a ¶Exhortationis. b ¶Bruta. c ¶Scilicet ne ſegniter viuant. d ¶Bonis.

ſtimulo boues agitat, & conuerſatur in operibus eorum, & enarratio eius in filijs taurorum.

a ¶Prædicatio. b ¶Superborum.

a ¶Vt extirpet vitia, plantet virtutes.

Cor ſuum dabit ad verſandos ſulcos, & vigilia

a ¶Pinguedine. b ¶Fœminarum, quia vtriuſque ſexus curam ſuſcepit.

eius in ſaginã vaccarum. Sic omnis faber & architectus, qui noctem tanq̃ diem tranſigit, qui ſculpit ſignacula ſculptilia, & aſſiduitas eius variat picturã. Cor ſuum dabit in ſimilitudinem

a ¶Qui anima ſpiritualia fabricat.

picturæ, & vigilia ſua perficit opus. Sic faber fer-

a ¶Ordo prædicantium. b ¶Durum præſentis vitę laborem.

rarius ſedens iuxta incudem, & conſiderans

a ¶Tribulatio & perſecutio mundi.

opus ferri. Vapor ignis vrit carnes eius, & in

a ¶Edicta principum incutiunt ſcilicet terrorem tormentorum.

calore fornacis concertatur. Vox mallei innouat aurem eius, & contra ſimilitudinem vaſis

¶Electarum animarum.

oculus eius. Cor ſuum dabit in conſummatio-

¶Animarum.

nem operum, & vigilia ſua ornabit imperfectionem. Sic figulus ſedens ad opus ſuum, conuer-

¶Commiſſi officij.

tens pedibus ſuis rotam, qui in † ſolicitudine poſitus eſt ſemper propter opus ſuum, & innumera eſt omnis operatio eius. In brachio ſuo formabit lutum, & ante pedes ſuos curuabit virtutem ſuam. Cor ſuum dabit, vt cõſummet lini-

a ¶Doctores eccleſię.

tionem, & vigilia ſua mundauit fornacẽ. Omnes

a ¶Operibus bonis.

hi in manibus ſuis ſperauerunt, & vnuſquiſ-

a ¶Spiritusſancti diſtributione qui diuidit ſingulis prout vult. b ¶Donis ſpiritualibus.

que in arte ſua ſapiens eſt. Sine his omnibus

a ¶Eccleſia. b ¶Fideles in ea.

non ædificatur ciuitas. Et non inhabitabunt,

† ſolicitudine.

## NICOLAVS DE LY.

¶ *vineret puer, ieiunaui & fleui, dicebam enim, quis ſcit ſi fortè donet mihi eum Deus & viuat, nunc autem quia mortuus eſt, quare ieiuno? nunquid potero eum reuocare amplius: ego vadam magis ad eum.* F

a Memor eſto. *Hic ponitur ſecundum incidẽs occaſione dictorum ex perſona mortui exhortans ad bonum. Memor eſto iudicij mei. id eſt mortis meæ, quæ dicitur hominis iudicium, quia qualis in morte reperitur, talis in iudicio præſentabitur.*

b Sic enim erit & tuum. *quaſi dicat: feſtines operari bonum dum viuis. quia poſt mortem non poteris.*

c Mihi heri. *i. de præterito.*

d Et tibi hodie. *id eſt in præſenti, quia nullus habet aliquid certum de futuro.*

e In requie mortui, *id eſt in ſepulchro eius, vbi requieſcit corpus ſuum.*

f Requieſcere fac memoriam eius. *id eſt pone quid ſtabile ad memoriam eius. vnde, 1. Machab. 13. d. dicitur, quod Simon Machabæus ſuper ſepulchrum patris ſui & fratrum ſuorum fecit ædificium altum viſu, & circumpoſuit columnas magnas, & ſuper columnas arma ad memoriam ſempiternam, ſcilicet quòd pater, & fratres ſui fuiſſent mortui in exercitio armorum pro defenſione populi ſui.*

g Et conſolare illum in exi. ſpiritus ſui. *Dicendo ei bona verba de futura vita, ad quam tranſeunt morientes.*

h Sapientiam. *Hic ponitur ſecunda cauſa honorandi prælatum ſiue doctorem. nam ad eius officium non ſolùm pertinet docere præſentes verbo, ſed etiam abſentes & futuros ſcripto, propter quod ei dicitur: Sapientiam ſcribe, i. libros ſapientiam continentes.*

*Studio vacandum … quando … cogitat.*

i In tempore vacuitatis. *id eſt in tempore quo vacas ab alijs operibus neceſſitatis. Alio modo tempore vacuitatis, id eſt ieiunus à cibo & potu, quia tunc magis viget intellectus ad ſcribendum ardua, de quibus*

*eſt*

K Et qui mi. *i. ſe retrahit quantùm poteſt bono modo ab exterioribus actibus.*

l Sapientiam percipiet, quia ſapientia reple. *Et ſic poterit eam docere verbo & ſcripto.*

m Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo. *Hic ponitur tertia cauſa honorandi prælatum, quæ eſt ſolicitudo ipſius circa regimen populi. Ad bonum enim ſtatum ciuitatis requiritur ſolicitudo diuerſorum artificum in artibus ſuis, ſine quarum vſu non poßet ciuitas bene ſtare, vt carpentariorum, latomorum, pannificum, & huiuſmodi, & multò fortius requiritur diligentia regentis ciuitatem in temporalibus vel ſpiritualibus. Primò igitur ponitur exemplum de artificibus, incipiendo ab agricolis, di. Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo. id eſt in virga longa, in cuius extremitate eſt ſtimulus ad pungendum boues.*

n Et nar. eius in fi. tau. *i. in bobus. quos frequenter nominat excitando ad opus.*

o Cor ſuum da. *Solicitudinem apponendo.*

p Ad verſandos ſulcos. *Quia fiunt per euerſionem terræ cum ferro aratri.*

q Et vigilia eius in ſagina. *Solicitus eſt enim, vt impinguentur bene.*

r Sic om. fa. *id eſt carpentator vel latomus, & huiuſmodi, qui dicuntur generaliter fabri, ſed diſtinguuntur per materiam circa quam operantur, vt faber ferrarius, faber lignarius, & ſic de alijs.* H

s Et archi. *i. principalis operarius, ab archos quod eſt princeps.*

t Qui no. tan. di. *Meditando. de nocte quæ operaturus eſt in die.*

u Qui ſcul. ſi. *i. imagines aliquid ſignificantes vel repræſentantes.*

x Et aſſi. e. *In opere.*

y Variat pic. *Apponendo diuerſos colores.*

z Cor ſuum. *i. ſolicitus erit, quòd pictura imaginis aſſimiletur bene ei qui repræſentat.*

a Sic fa. &c. *Dum ferrum caleſit.*

b Et conſiderans opus fer. *Qualiter debeat fieri.*

c Vapor ig. *Et tamen ex hoc non dimittit opus.*

d Et in ca. for. *Carbones apponendo, & folles mouendo, vt ignis fortiter accendatur.*

e Vox mal. *i. martelli.*

f Inno. au. eius. *i. immutat.*

g Et contra ſi. va. oc. eius. *Attendens ad exemplar, ne deficiat.*

h Cor ſuum dabit in conſum. *Propter lucrum.*

i Et vi. ſua or. *i. materiam, quam deducit ad formæ perfectionem.*

K Sic figu. *Et patet litera vſque ibi.*

l Et innumera eſt om. op. eius. *i. multiplex valde innumero & figura.*

m In brachio ſuo formabit lu. *i. manu propria, à brachio mota.*

n Et ante pe. ſu. cur. vir. *i. fortiter curuabit ſe ad mouendum rotam.*

o Cor ſuum dabit ut con. li. *Quæ fit de plumbo ſuper lutum appoſito.*

p Et vi. ſu. mun. *à lapillis, cineribus, & huiuſmodi.*

q Omnes hi. *Artifices.*

r In manibus ſuis ſperauerunt & vnuſquiſque. *Conſequi victum & veſtitum per opera manuum ſuarum.*

s Sine his omnibus non ędificabitur ciuitas. *Nam eorum artes ſunt neceſſariæ ciuitati.*

t Et non inha. *Hic conſequenter oſtenditur ſolicitudo prælati vel rectoris magis neceſſaria prædictis. Et non inhabitabunt. prædicti artifices inter principes & conſules ciuitatis.*

¶ a Nec



## GLOSSA ORDINARIA. CAP. XXXIX.

A

S *Apientiam omnium antiquorum exquiret.* Sequitur:

a *Si permanſerit nomen eius* Chriſti, cuius ſunt membra, à quo habent omnia, qui eſt virtus & ſapientia patris.

b *Obaudi. me.* Intelligite doctrinam meam mẽtes electorum per baptiſmum generatæ, & fructũ martyrij faciet in decurſu mortalis vitæ.

## NICO. DE LYRA.

¶ a Nec inam. *Ad conſilia inter eos.*

b Et in ec. *i. ſapientum conuocationem.*

c Non tran. *Quia non ſunt ad hoc apti.*

d Super ſellam. *Ad iudicandum.*

e Et teſtamen. *id eſt ſententiam diffinitiuam.*

f Et in parabo. *i. neſciunt occulta declarare.*

g Sed creaturam æui conſumma. *aliàs* confirma. *Non accipitur hic æuum propriè, prout eſt menſura eſſe incorruptibilium, quæ ad ſui conſeruationem non indigent artibus prædictis, ſed accipitur pro ætate hominis, quæ conſeruatur per opera artium prædictarum, quæ neceſſaria ſunt ad conſeruationem humanæ vitæ.*

h Et depre. il. *Deum enim orant, vt operationes ſuæ bene procedant.*

i Accommo. *Cura ſacerdotum & prælatorum.*

B K Et conqui. *Quia quærunt ab eis de modo ſuæ ſalutis, ex quo patet, quòd ſunt ab omnibus prædictis honorandi.*

## NICOLAVS DE LY.

## CAP. XXXIX.

S Apientiam &c. *Superius actũ eſt de ſtatu actiuorum & prælatorum, hic conſequenter agitur de ſtatu contemplatiuorum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponuntur quædam ad contemplationẽ præparantia. Secundò, ſubditur contemplationis materia, ſe. ca. Ad cõtemplationem verò quatuor inter cætera diſponunt. ſ. acquiſitio ſapientiæ, conſeruatio munditiæ, humiliatio intelligentiæ, & conſideratio remunerationis diuinæ. Secundum ponitur ibi: Adhuc conſiliabor. Tertium ibi: Date nomini. Quartum ibi: Benedictio illius. Prima in duas. nam ſapientia dupliciter acquiritur. ſ. per viam humanam, & diuinam. ſecunda ponitur ibi: Cor ſuum tradet. Circa primum dicitur:*

l Sapien. om. an. *Eorum dicta diligenter ſtudendo, & quæ non intelligit, ab alijs quærendo.*

m Et in prophe. *Eorum dicta conſiderando.*

n Narrationem vi. *In ſcientijs & virtutibus.*

o Conſeruabit. *Memoriter retinendo.*

p Et in uer. *i. varias & occultas ſententias earum.*

q Si. iu. *Ad intelligendum cum illis qui eas protulerunt.*

r Occul. p. *i. ſenſus myſticos & latentes.*

s Et in ab. *id eſt ſenſibus figuratiuis.*

t In me. *id eſt prælatorum eccleſiæ.*

a ¶De virtute in virtutem. b ¶Cęleſtem aulam.

nec inambulabunt, & in eccleſiam non † tranſi-

a ¶Cum ſine his cathedram honoris prædicatores non habent nec legis intellectum, nec digne docere poteſt, aut aliquid boni agere.

lient. Super ſellam † iudicis non ſedebunt, & teſtamentum iudicij nõ intelligent, neque palam

a ¶Sed aperte.

facient diſciplinam & iudicium, & in parabolis

a ¶Corporalem ſcilicet. b ¶Vel conſummabunt.

non inuenientur, ſed creaturam æui confirma-

a ¶Cum operibus ſcilicet virtutum accepta eſt Deo. b ¶Pro fratribus.

bunt, & deprecatio illorum in operatione artis,

a ¶Meditantes die ac nocte.

accommodantes animas ſuas, & conquerentes in lege altiſſimi.

### CAP. XXXIX.

a Patriarcharum & prophetarum.

S Apientiam omnium antiquorum exquiret

a ¶Eccleſiaſticus. b ¶Intelligendis.

ſapiens, & in prophetis vacabit. Narrationẽ

a ¶Apoſtolorum & Euangeliſtarum.

virorum nominatorum conſeruabit, & in verſu-

a ¶Credendo, operando. b ¶Euangeliſtarum. c ¶Diligenter perſcrutando.

tias parabolarum ſimul introibit. Occulta pro-

a ¶Myſticum ſenſum. ¶Allegorijs.

uerbiorum exquiret, & in abſconditis parabolarum conuerſabitur. In medio magnatorum mi-

a ¶Catholicorum doctorum.

a ¶Diuina officia. b ¶Deo ſcilicet non homini placens. c ¶Dominatoris vniuerſæ terræ.

niſtrabit, & in conſpectu præſidis apparebit. In

a ¶A Deo.

terram alienigenarum gentium † pertranſiet, Bo-

a ¶Prædicando. b ¶Qui ſcilicet audiant verbum Dei, vel contemnant.

nã enim & mala in omnibus tentabit. Cor ſuũ

a ¶Bonos doctoris mores explicat, qui fidei regulam ſeruans, tam verbo quàm exemplo inceſſanter prædicat. b ¶Corporis ſcilicet ſegnitiem repellens, initium & perfectionem verborum ſuorum Deo commendat.

tradet ad vigilandum, diluculo ad dominũ qui

a ¶Beneplacito. b ¶Qui dirigit omnia opera noſtra.

fecit illum, & in conſpectu altiſſimi deprecabi-

a ¶Cordis. b ¶Pro bonis habendis. c ¶Pro malis remouendis.

tur. Aperiet os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis deprecabitur. Si enim dñs magnus voluerit,

a ¶Vt ſciant quando & vbi, & quomodo diuina eloquia proferat.

† ſpiritus intelligentiæ replebit illũ, & ipſe tanq̃ imbres mittet eloquia ſapientię ſuę, & in orõne

a ¶Bonæ voluntatis.

cõfitebitur dño, & ipſe diriget cõſilium eius &

a ¶Rectæ conuerſationis. b ¶In æterna aſpiratione.

diſciplinam, & in abſconditis ſuis cõſiliabitur.

a ¶Laborabit ſcilicet vt Dei præcepta fiducialiter prædicet.

Ipſe faciet palam diſciplinam doctrinæ ſuæ, & in lege teſtamẽti dñi gloriabitur. Collaudabunt

a ¶Doctrinæ. ¶A Deo.

multi ſapientiam eius, & vſq; in ſeculũ nõ dele-

¶Operum ſcilicet eius.

bitur. Non recedet memoria eius, & nomẽ eius requiretur à generatione in generationẽ. Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudẽ eius enun-

a ¶Longiore vita. b ¶Honorabilis vita & doctrina. c ¶Poſt ſe. d ¶Multos. ſ. quos lucrabitur domino.

tiabit eccleſiã. Si pmãſerit nomen eius, derelin-

a ¶In morte. b ¶Qui ad vitam æternam tranſibit.

quet pluſquàm mille, & ſi requieuerit, pderit il-

a ¶Apud me. b ¶Adiutoribus. ¶Vtilia. ¶Mirabilia Dei quomodo ſcilicet reddet vnicuique ſecundum opera ſua. b Actu ſpiritusſancti.

illi. Adhuc conſiliabor ut enarrem, vt furore enim repletus ſum. Et in voce dicit: obaudite

† tranſilient.

† iudices

† tranſibit.

n Mini. *Deo ſicut vnus ex illis.*

x Et in con. *Ad ipſum dirigendum. nam temporalia per ſpiritualia ſunt regenda.*

y In ter. *Ad augmentum ſuæ ſapientiæ. ſicut dicit Hier. in epiſtola ad Pauli. de Pythagora & Platone, qui cum eßent magni philoſophi, multas terras peragrauerunt, vt doctrinam aliorum addiſcerent, ideo ſubditur:*

z Bona enim & ma. in. *i. probabit doctrinam veram & falſam, verã accipiendo, & falſam reijciendo.*

a Cor ſu. *Hic conſequẽter ponitur ſecunda via acquirendi ſapientiã. ſ. per diuinam infuſionem, cum dicitur: Cor ſuum tradet. voluntariè.*

b Ad vigilan. &c. *i. à iuuentute.*

c Ad dominum qui fe. il. &c. *ad ipſum intentionem dirigens deuotè & attentè.*

d Et in conſpe. al. de. *Pro ſapientiæ impetratione. Et quia ſicut Sap. 1. dicitur. a. In maleuolam animã non introibit ſapientia. ſubditur:*

e Et pro delictis ſu. *Emendandis, alias emundandis.*

f Deprecabitur. *Vt ſic ad receptionem diuinæ ſapientiæ diſponatur.*

g Si. n. do. &c. *Hic ponitur ſi pro quia: nã oratio ſemper exauditur, quũ eſt pia, pro ſe, & perſeuerã. Sic autem eſt in propoſito, vt patet.*

h Et ipſe. *Repletus ſpũ ſapientiæ.*

i Tanquam im. *i. abundanter.*

K Mit. elo. *Ad docendũ ignorãtes.*

l Et in oratione &c. *Totum profectum attribuens honori diuino.*

m Et ip. *ſcilicet Deus.*

n Diriget con. *Eius in agendis.*

o Et diſciplinam &c. *in docendis.*

p Et in ab. &c. *Obſcura ſibi clarius reuelando.*

q Ipſe a Deo. *Illuminatus.*

r Palam faciet. *Sibi reuelatam propalando.* D

s Et in le. te. &c. *Hæc eſt enim gloria ſapientis in lege dñi meditari.*

t Collaudabunt multi ſapientiã. *Nõ dicit omnes. nam homines mundani ipſum reputant imprudẽtẽ, eò quod non quærit ſcientiam lucratiuã.*

u Et uſ. *Doctrina ſapiẽtiæ. Matth. 24. c. Cęlum & terra tranſibunt. Verba autem mea non tranſibunt.*

x Non re. *ſ. ſapiẽtis, quia per doctrinã ab eo ſcriptã remanebit inter hoĩes & per redditionẽ pmij apud Deum.*

y Et no. e. *Sicut iã à multis generationibus quæſitus eſt Au. de tri. et Au. de ci. Dei. & ſic de alijs libris ab eo denotatis, in quibus quæritur nomẽ eius.*

z Sa. e. *auditã ab eis per prædicatores.*

a Et lau. *i. cõgregatio iuſtorũ intimabit de aliquibus ſic in eccleſia feſtis.*

b Si per. *i. ſi diu vixerit.*

c Dere. pl. *ſ. diſcipulos edoctos, qui poſt ipſum poterunt docere.*

d Et ſi re. *i. morte præuẽtus fuerit.*

e Proderit illi. *quia citius trãſibit ad gloriam paradiſi, propter quod etiam Paulus deſiderabat diſſolui & eße cum Chriſto. Phil. 1. c.*

f Adhuc con. *Hic ponit ſecundum ad contemplationem diſpoſitiuum, quod eſt conſeruatio munditiæ, præmittitur tamẽ prologus dicens: Adhuc conſ. id eſt meditabor.*

g Vt e. *Vtilia ad cõtemplationem.*

h Vt fu. *i. feruore loquendi qui nõ põt retineri. Ier. 20. b. Factus eſt ſermo domini in corde meo, quaſi ignis æſtuans &c. Et Act. 4. d. Non enim poßumus, quæ vidimus & audiuimus, non loqui.*

i Et in voce. *Exteriori.*

K Dixit. *Spiritus meus interior, ex cuius virtute vox exterior formatur.*

l Obaudite me. *id eſt diſcipuli volentes Deo fructificare, per opera vitæ contemplatiuæ.*

n Mini.

¶ a Et

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Et citharis.* vnde: Confitemini dño in cithara. Cithara eſt ligni vētris in imo concauitas, quę ſurſum chordarum fila trāſmittens, percuſſa dulciſſimè ſonat. Cithara dicta, quaſi iteratione cita percuſſa. Huic comparātur opera, quæ de terrenis rebus ad ſupernā gratiam extenduntur, vt eſurientē paſcere, nudum veſtire, & cætera quæ Dei amore fiunt. Pſalteriū verò decachordum, eſt quod aluum in ſuperioribus habet, vnde ad inferiora deſcendūt ſila canora, cui præcepta decalogi aptātur, quæ ſm formā pſalterij de ſupernis ad nos conueniunt.

b *In verbo.* Quādo congregauit aquas & apparuit arida, & fecit firmamentum in medio aquarū, ne laberentur extra ordinē ſuum. Vel quia aquæ maris rubri fuere quaſi ꝓ muro à dextris, & à ſiniſtris. Vel aqua perſecutionis, Dei diſpenſatione reſtringitur.

c *Opera omnis carnis.* Præſentia Dei antecedit omnia, & quicquid fit temporaliter ei ſine tempore præſens eſt. Nihil ergo nouum, neque mutabile eſt in conſpectu eius. *Act.1.a.*

† Gen.1.d. d *Non eſt dicere quid eſt hoc.* Prohibet nos eſſe curioſos, & perſcrutari quæ ſcire non conuenit. Omnia enim in tpe ſuo manifeſtabuntur, cùm illuminabit dñs abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. *1.Cor.4.a.*

*Gene.8.a.* e *Benedictio illius, &c.* Sicut poſt diluuij effuſionē aquæ redibant, vt appareret arida & germinaret. ſic poſt extinctionem impiorum, datur electis facultas fructificandi. † placator

f *Initium neceſſariæ.* Ante diluuiū, fructu terræ

E

me diuini fructus, & quaſi † roſa
a ¶Sanctorum meritum, quæ auditum ſupernæ vocis audiunt.
plātata ſuper riuos aquārum fru-
a ¶Odorem martyrij, quia pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.
ctificate. Quaſi libanus odorem
a ¶Caſtitatis. cuius odor ſpargitur in exemplum per mundum fidelium.
ſuauitatis habete. Florete flores
quaſi lilium, & date odorem, &
a ¶Sic. b ¶Dicite canticum laudis.
frondete in gratiam, et collauda
te canticum, & benedicite domi-
a ¶Bene conuerſantes prædicate eius potentiam, vt luceant opera veſtra coram hominibus.
num in operibus ſuis. Date no-
mini eius magnificentiam, & cō-
¶Laudando.
fitemini illi in voce labiorum ve
a ¶Q verbis & factis benedicite dominum.
ſtrorum, & in canticis labiorum
a ¶Confitemini domino in cithara.
& citharis, & ſic dicetis in confeſ
a ¶Corporalia & ſpiritualia. b ¶Vidit Deus cuncta quę fecerat, & erant valde bona.
ſione. † Opera domini vniuerſa
a ¶In filio.
bona valde. In verbo enim eius
a ¶Ipſe dixit, & facta ſunt.
ſtetit aqua ſicut congeries, & in
a ¶Id eſt quæ excipiuntur vel debent excipi. ab excipio dicitur.
ſermone oris illius ſicut excepto-
ria aquarum, quoniam in præce-
a ¶Pax eccleſiæ.
pto ipſius † placor fit, & non eſt
a ¶Perfectam dat ſalutem.
minoratio in ſalute illius. Opera
omnis carnis coram illo, & non
eſt quicq̄ abſconditum ab oculis
eius. A ſeculo vſq; in ſeculū reſpi-
cit, & nihil eſt mirabile in conſpe
ctu eius. Non eſt dicere quid eſt
hoc, aut quid eſt illud, omnia em̄
in tempore ſuo quærentur. Bene-
a ¶Aquæ viuæ. a ¶Super timentes ſe vnde eis flumina fluant aquæ viuæ.
dictio illius quaſi fluuius inunda
a ¶Diluuium. b ¶Terram.
bit, † & quomodo cataclyſmus a-
a ¶In diebus Noe.
ridā inebriauit, ſic ira ipſius gen-
a ¶Incredulas. b ¶Legem eius & mandata perſcrutando.
tēs quæ nō exquiſierunt eum hæ
reditabit. † Quomodo conuertit
aquas in ſiccitatem, & ſiccata eſt
a ¶Domini. b ¶Quia retribuit eis ſecundum opera eorum, vię enim domini iudicia, vię illorum opera.
c ¶Vitę æternę.
terra, & viæ illius ū ijs illorum di-
rectæ ſunt, ſic peccatoribus offen
a ¶Vitę æternę.
ſiones in ira eius. Bona bonis crea
ta ſunt ab † initio, ſic nequiſſimis
a ¶Vitę æternæ. ¶Si pęnituerint. b ¶Si perſeuerauerit. c ¶Prodigos & luxurioſos ſuggillat.
bona & mala. † Initium neceſſa-
a ¶Quibus maximè corporalis vita nutritur.
riæ rei vitę hominum, aqua, ignis
a ¶Quia eſt inſtrumentum diuerſarum artium. b ¶Quo ſi condiuntur, putredo arcetur.
& ferrum, ſal, lac & panis ſimila-
gineus, & mel & botrus uuæ, &
a ¶Quibus bene & licitè vtuntur.
oleū et veſtimentū: Hęc oīa ſan-

F

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et quaſi roſa &c. *Quæ eſt pulchra, & munda, ſic vita contemplatiua purior & pulchrior eſt, quàm vita actiua: ideo ſignata eſt per Rachel, quæ erat decora facie, & venuſto aſpectu. Actiua verò per Liam, quæ erat lippis oculis, Gene.29.d.*

b Quaſi libanus odorem ſuauitatis habete. *i. deuotionem coram Deo odoriferam.*

c Florete flores. *Per obſeruantiam continentię.* † Gen.7.b.

d Date odorem. *Bonæ famæ.*

e Et frondete in gratiam. *Per meliorationem vitæ.*

f Et collaudate canticum. *i. ipſum corde & ore pronunciate.*

g Et benedicite do. *i. ipſum dicite bonum.*

† Exo.14.e. h In operibus ſuis. *Creationis, recreationis, & conſeruationis.*

i Date nomini eius. *Hic ponitur tertium ad contemplationem diſpoſitiuum, quod eſt humiliatio intelligentiæ: nam præſumētes de ſuo ingenio ibi deficiunt, & humiles proficiunt, Matth.11.d. Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, ideo ſubditur: Date nomini eius magni. cogitantes, quòd excellit in infinitum omnes creaturas, & etiam creatas intelligentias: & non ſolùm hoc cogitate, ſed etiam confitemini ore, ideo ſubditur, & confitemini illi &c.* † æterno

† ſup.29.d. K Opera Domini &c. *Plus quàm homo poſſit intelligere, qui minimæ rei non poteſt omnes proprietates comprehendere. & hoc multum facit ad repreſſionem præſumptionis humanæ, quæ credit omnia quantumcunque ardua poſſe attingere. Et ſi Dei effectus naturales non poteſt homo ad plenum comprehendere, multò minus poteſt effectus ſupernaturales comprehendere, de quibus ſubditur:*

l In verbo enim eius ſtetit. &c. *Lapidum in muro. In tranſitu enim rubri maris, aquæ erant filijs Iſrael quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris, Exo.14.c.* G † roſa tate

m Et in ſermone, &c. *In Iordane, vbi aquæ ſteterunt recipientes aquas deſuper venientes, ita quòd vlterius non tranſibant, Ioſ.3.d.*

n Quoniam in præcepto ipſius &c. *ſ. tempeſtas in mari, cùm ſibi placuerit, vt patet Ionæ 1.*

o Et non eſt minoratio. *i. defectus.*

p In ſalute ipſius. *id eſt in ſaluatione per ipſum facta. vt patet in ipſo Ioſue.*

q Opera omnis car. cor. illo. *omnia enim occulta præterita & præſentia reſpicit clarè & præſentialiter, nam eius cognitio menſuratur nunc æternitatis, quod complectitur omne tempus.*

r Et nihil eſt mi. in con. *i. difficile ſibi.*

s Non eſt dicere. *id eſt non expedit quærere.*

t Quid eſt hoc, &c. *id eſt ad quid valet hoc vel illud, quaſi dicat ad nihil. ſicut hic dicunt homines fatui de animalibus venenoſis & conſimilibus, eò quòd aliquando nocent homini. Simile enim eſt acſi aliquis offendat ad ſecurim artificis, & ex ſua plagatione dicat eā non ſolùm eſſe inutilem, ſed etiam malam, cùm tamen ſit ad bonum ordinata, & ſic vtitur ea carpentator: Deus autem omnia bona inſtituit, & ad bonum vtitur oībus creaturis.*

u Omnia enim. *ſicut ſerpens aliquando quęritur a medico, vt eius carnibus vtatur ad curationem leproſi, & buſo vt habeatur lapis pretioſus in ipſo nutritus.*

x Benedictio illius. *hic ponitur quartum ad contemplationem diſpoſitiuum, & ſecundò, declarat quoddam dictum ibi: Sunt ſpiritus. tertiò infert correlarium, ibi: Propterea ab initio. Quartum diſpoſitiuum ad contemplationem eſt cōſideratio remunerationis diuinę, quæ accedentibus ad Deum, per contemplationem reddit præmium, & recedentibus pęnam. nam illi bene vtuntur creaturis, & iſti abutuntur: & hoc eſt quod dicitur: Benedictio illius. ſcilicet Dei.* Diuiſio H

y Quaſi fluuius inundabit. *ſuper quærentes eum in contemplatione.*

z Et quomodo cataclyſmus. *i. diluuium.*

a Aridam inebriauit. *i. ſuper menſuram repleuit, Gene.4.*

b Sic ira ipſius. *id eſt punitio eius.*

c Gentes quæ non exquiſierunt eum. *id eſt perpetuò tenebit.*

d Quomodo conuertit aquas in ſicci. *Exodo 14.g. vbi dicitur: Filij autem Iſrael perrexerunt per medium ſicci maris &c.*

e Et uię illius. *id eſt ab eo factæ.*

f Vijs lorum directę ſunt. *nam per illas filij Iſrael tranſierunt directè.*

g Sic peccatoribus offenſiones in ira eius. *nam aquæ occurrerunt Aegyptijs ſubmergentes eos, vt dicitur ibidem.*

h Bona bonis creata ſunt ab initio. *quia bene vtuntur eis.*

i Sic nequiſſimis bona & mala. *id eſt illa quæ ſunt bona de natura ſua, facta ſunt eis nociua, propter ſuum abuſum. Et quæ ſint illa, ſubditur:*

K Initium neceſſarię rei uitæ hominum. *tamen poſt lapſum.*

l Aqua. *ad ſe lauandum & ad farinam commiſcendum, & cætera neceſſaria.*

m Ignis. *ad coquendum cibum.*

n Et ferrum. *ad habendum inſtrumenta diuerſarum artium.*

o Sal. *pro condimento ciborum.*

p Lac. *pro nutritione paruulorum.*

q Et panis ſimilagineus. *id eſt de ſimila factus, pro ſuſtentatione adultorum.*

r Et mel. *pro confectione medicinarum.*

s Et botrus vuæ. *ad exprimendū inde potū.*

t Et oleum. *pro lucernis & condimento potagiorum.*

u Et veſtimentum. *contra intemperiem aeris, & turpitudinem contegendam.*

x Hæc omnia ſanctis &c. *quia boni bene vtuntur, & mali malè.*

a Sunt



terræ naturali cibo nutriebantur homines, necdum erant A conceſſæ carnes.

*Eminus mi ſint vnde præuenerit.* a *Ignis, grando.* Omnia homini ante peccatem obediebant, poſt peccatum verò pugnat contra eum orbis terrarum. inde fames & mors & mille pericula mortis, beſtiæ quoq; contra eum ſæuiunt, & romphæa cęleſtis vindictæ.

b *In mandatis.* Quia iuxta ſupernam ſententiam in tempore opportuno digna vltio peccatores vaſtabit. Vñ: Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes. *Deu.32.f*

c *Propterea ab initio &c.* Ad ſuperiora reſpicit, vbi ait: Non eſt dicere, quid eſt hoc, aut quid eſt iſtud &c. Videt enim incomprehenſibilia Dei iudicia, & inueſtigabiles vias, nec audet inde aliquid temere loqui vel ſcribere, ſed temperatè de his diſputans, non cauſam, ſed modum diuino conſilio manifeſtum dimiſit. vnde addit: Omnia opera domi. *Iacob. Rom.11.d*

d *Non eſt dicere.* Vtile dat conſilium, vt opera Dei non incautè diſcutiamus, ſed creatorem in omnibus laudemus & benedicamus.

e *Et nunc i. om.* Q Ne dicas priora tēpora meliora fuere quàm nunc ſunt. Virtutes faciunt dies bonos, vitia malos.

¶Qui abutuntur.
ctis in bona, ſic & impijs & pecca-
¶Damnationem.
toribus in mala conuertentur. Sūt
¶Maligni. a ¶Malorum b ¶A ſe non à Deo.
ſpiritus qui ad vindictam creati
ſunt, & in furore ſuo confirmaue-
a ¶Qui pro nequitia ſua & ſeductione humani generis æterna ſupplicia ſuſtinebunt. b ¶Antichriſti quando ſoluetur Sathanas.
runt tormenta ſua. Et in tempore
a ¶Quia vindictam Dei contra ſe prouocare non timēt.
conſummationis effundent virtu
tē, & furorem eius qui fecit illos, cō
fundent. Ignis, grando, fames, &
mors, omnia hæc ad vindictā crea-
ta ſunt. Beſtiarum dentes & ſcorpij
& ſerpentes, & romphæa vindicās
in exterminium impios. In man-
datis eius epulabuntur, & ſuper ter
ram in neceſſitate præparabuntur,
& in temporibus ſuis nō præteriēt
verbum. Propterea ab initio confir
matus ſum, & conſiliatus ſum, &
cogitaui & ſcripta dimiſi. Omnia
opera domini bona, & omne opus
¶Tempore ſuo.
ſua hora ſubminiſtrabit. Nō eſt di-
cere: hoc illo nequius eſt. Oīa enim
tempore ſuo comprobabuntur. Et
nunc in omni corde et ore collau-
date, et benedicite nomen domini.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Sunt ſpiri. *Hic declarat quoddam dictum. Dictum eſt enim in parte præcedenti, quòd ira Dei gentes quæ non exquiſierunt eum, hæreditabit. i. in perpetuū tenebit. ideo declarat hic quomodo hoc erit. Et primò per creaturam ſpiritualem, cùm dicitur. Sunt ſpiri. maligni.* B

b Qui ad uin. *i. pęnam.*

*Angeli qui & quare præfuerunt* c Creati ſunt. *Sciendum autem, ꝙ omnes Angeli creati fuerunt boni & beatitudinis capaces, ſi ſtetiſſent, ſed aliqui peccantes ſua voluntate defectibili facti ſunt mali, & ſic ad pęnam ſuſtinendam deputati ex ordine diuinæ iuſtitiæ, quæ non permittit dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ, & ex conſequenti per eandem iuſtitiam deputati ſunt ad affligendum homines peccatores, vt qui fuerunt eis voluntariè ſubiecti in culpa, eis inuoluntariè ſubijciantur in pęna, & ſic accipitur hic: Creati ad vindictam largo modo, ſicut frequenter accipitur in hoc libro. i. deputati ad pęnam dicto modo.*

d Et in furore ſuo. *Quo rebellauerunt Deo.*

e Confirmauerunt tor. ſua. *Nam ſicut peccatum eorum eſt irremediabile, ſic & tormentum interminabile.*

f Et in tempore conſummationis eſt. *Mundi.*

g Effundent uirtutem. *Ad affligendum damnatos, qui cum eis retrudentur in inferno. nam vſque tunc habitabunt ſpiritus maligni, ſaltem multi, in hoc aere caliginoſo ad exercitium hominum.* C

h Et furorem eius qui fecit illos. *i. vindictam à Deo diſpoſitam contra peccatores.*

i Confundent. *Exequentes peſſima uoluntate, quod ordinatum eſt à Deo iuſtè, hoc importat nomen confuſionis.*

K Ignis. *Hic conſequenter declarat pęnam damnatorum per creaturam corporalem cū dicitur: Ignis, grando, fa. & mors. Omnis creatura corporalis à Deo bona creata eſt, & ad bonum hominis ordinata. Quod autem Deus ipſa vtitur ad punitionem malorum, hoc eſt ex conſequēti & ex præſuppoſitione lapſus humani, ideo creatio hic accipitur largè pro tali deputatione. Sciendum etiam, quòd poſt iudicium, quia ceſſabit generatio & tranſmutatio elementorum, non erunt aliqua corpora mixta, niſi corpora humana, propter quod de corporalibus hic poſitis ad afflictionem damnatorum erit ibi tantum ignis formaliter, cætera verò virtualiter, inquantum pęna gehennæ continebit in ſe eminentius quicquid afflictionis continetur in ipſis.*

l In mandatis eius. *Quando dñs voluerit.*

m Epu. *i. deuorabunt impios ipſos affligēdo.*

n Super terram in neceſ. *id eſt quando dominus iuſſerit, cuius mandatum oportet impleri. & dicit: Super terram &c. Nam ignis conflagrationis purgabit omnia quæ ſunt ſuper terram, & peracto iudicio inuoluet damnatos cū dęmonibus, retrudēs eos in infernū.*

o Et in temporibus ſuis. *à Deo diſpoſitis.*

p Non præterient uerbum. *Circa afflictionem damnatorum.* D

q Propterea. *Hic ex dictis infert autor correlarium in perſona propria, dicens: Propterea. i. quia punitio peccatorū erit ſęuiſſima.*

r Ab initio. *Quo intellexi iſta.*

s Confirmatus ſum. *i. firmiter ſtatui vitare quantùm poſſem peccata.*

t Et conſil. ſum. *Hoc idē alijs perſuadēdo.*

u Et cogi. *Ad docendum de prædictis & ſequentibus abſentes & futuros.*

x Omnia ope. do. *Formaliter & ad bonū ordinata, & ideo ſubditur:*

y Et om. opus. *Diuinum.*

z Hora ſubminiſtrabit. *i. tempore ſuo ſeruiet Deo in aliquo, nam omnibus vtitur ad gloriam ſui & electorum.*

a Non eſt dicere. *In operibus diuinis.*

b Hoc illo nequius eſt. *Quia nullū eſt nequam inquantum à Deo eſt,*

c Om. enim in tem. ſuo. *i. manifeſtabuntur. ſ. in finali iudicio.*

d Et nunc. *ſcilicet tempore merendi.*

e In omni corde. *ſ. toto intellectu & affectu.*

f Et ore collaudate, et benedicite. *Tranſcendentis omne bonum quod de ipſo dici poteſt & cogitari.*

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. XL.

O *Ccupatio magna creata eſt omnibus hominibus &c.* Sequitur: a *Cogitationes eorum & timores cordis, adinuentiones expectationis, & dies finitionis &c.* Enumerat mala, quæ homo pro peccatis ſuſtinet.

a *Modicum*

## NIC. DE LY. CAP. XL.

O Ccupatio magna. *Poſtquam poſita ſunt ad contemplationem diſpoſitiua, hic conſequēter ponitur contemplationis materia: Quæ duplex eſt. ſ. humana miſeria, vt contemplans ſe humiliet. Vnde Ezechieli diuina ſublimiter contemplanti frequenter dicebatur: Filij hominis &c. ad recordationē ſuæ fragilitatis. & diuina excellentia, vt contemplans quantum poteſt ipſum magnificet. ſecunda ponitur cap.42. ibi: Memor ero. Prima in duas ſecundum duplicem hominis miſeriam, vnam in vita progreſſu, alteram in egreſſu. Scda ponit ca. ſe. ibi: O mors &c. Prima in duas, quia primò ponitur vita præſentis miſeria, ſecundò ad eius releuationem diuina gratia, ibi. Gratia ſicut Paradiſus. Eſt enim modus autoris huius libri tractare de oppoſitis in via ſe inuicē vt magis eluceſcāt, ſicut frequēter patuit ī ꝓdictis. Prima adhuc in duas, qꝛ primò ponitur hoīs miſeria cōtracta. ſecundò miſeria per ipm acta. ibi: Furor & zelus. Circa primū dr:* Diuiſio

a Occupa. ma. *ſ. ſolicitudo contra miſerias vitæ præſentis. ſ. infirmitatis, famis, ſitis, frigoris & huiuſmodi.*

b Creata eſt. *i. ſuperinducta oībus hominibus. Sciēdū tñ, ꝙ hō à prima creatione factus eſt, potens non mori per donum originalis iuſtitiæ, & per conſequens liber ab omnibus iſtis miſerijs, ſed ipſo peccante iuſtè ſubtractum eſt ab eo donum originalis iuſtitiæ, & ſic ſubiectus eſt miſerijs, & pęnalitatibꝰ huius vitæ.*

i Et iu. *i. grauis labor, quē oportet ſuſtinere ad prouidendum ſibi, vxori, proli, & familiæ de neceſſarijs huius vitæ.*

K A die e. &c. *Vnde exeūt nudi, & lugētes.*

l Vſque in diem &c. in ma. *i. in terram, ad quam reuertuntur in anxietate, & nuditate.*

m Cogita. eo. *De agendis cor torquentes.*

n Et ti. cor. *De malis futuris ipm affligētes.*

o Adinuentiones expectationis. *id eſt fictiones maiorum malorum in futuro, quàm ſint ventura: quia ſicut dicitur Sap.17.c. Semper præſumit ſæua perturbata conſcientia. homo enim in timore poſitus ex ſonitu foliorum imaginatur adeſſe hoſtes eius.*

p Et dies. *id eſt mortis qui præcognitus eſt cauſa afflictionis.* † reſidente

q A præſiden. &c. *id eſt prælato, doctore, & iudice magno.*

a Vſque

## CAP. XL.

¶Homo ad laborem naſcitur.
O Ccupatio magna creata
a ¶In peccato Adæ. b ¶Afflictionis.
eſt omnibus hominibus,
a ¶Hæredes originalis peccati. b ¶In ſudore vultus tui veſ. pa. tuo: donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es.
et iugū graue ſup filios Adā, à diē
exitus de ventre matris eorū, vſq; in
¶Terram.
diem ſepulturæ in matrem om-
a ¶Solicitudines variæ mentis.
nium. Cogitationes eorum et timo
a ¶Diuerſæ operationis. b ¶His ſcilicet dum expectat mortem affligitur, & in die finitionis certam ſententiam pro vitijs accipiet.
res cordis, adinuentiones expecta-
tionis, et dies finitionis, à † præſi-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Modicum*. Quia caro mortua & inſenſibilis ad tempus requieſcere videtur. anima iam ſentit dolorem, & poſt reſurrectionem cum corpore ſuo in pœnis viuet æternis.
E

b *Conturbatus eſt*. Ideo mali cruciabuntur in pœna: quia in tempore ſibi dato ad pœnitentiam peccare non deſinunt. Æſtimāt enim proſperitatē (quaſi ſomno deluſi) tempus eſſe pacis, non belli, cum homini præſens vita concedatur, vt per bonum certamen perueniat ad beatitudinem. In tempore ergo ſalutis ſuæ dum eſt ei tempus acceptabile, exurrexit in ſuperbiā, cupiditate terrenarum rerum æſtuans ſine omni timore Dei, contra omnem hoīum conditionem, nobilium ſ. & ignobilium.

c *Et ſu. pec.* plena. ſ. & perfecta vindicta veniet, vt qui in preſenti vita, quæ per ſeptenarium diſcurrit, peccare nō ceſſant, ſine fine crucientur.

d *Et propter illos factus*. Peccāti homini multiplex pena deputata eſt, vt correctus pœniteat, & deinceps caueat: ſed quia negligit, & in penis proficit, inducit Deus diluuium orbi, vt hominem deleret, quem creauit. Ad comparationē verò futuræ pœnæ nihil eſt quod homo patitur in præſenti.
Gene. 6. c

e *Et aquæ om.* opera. ſ. peccatorum, ſupernæ mercedis fructum non acquirunt, ſed pœnarum interitum.

f *Subſtan. in iu.* inchoant germinare, ſed fluctuant in tentatione: & ſubitò areſcunt ad primū perſecutionis æſtum.

g *Nepo. imp. non mul.* Sępe videmus ꝓgeniem impiorum citò deficere: maximè cum filij imitantur iniquitatē patrum.

vita ſibi

F

¶Deus perſonam non accipit, quia iuſtus iudex.

dente ſuper ſedē glorioſam vſq; ad humiliatū in terram & cinerem: ab eo qui vtitur hiacyntho, & portat coronam, vſq; ad eum

a ¶Vindicta ſcilicet peccatorum.

qui cooperitur lino crudo. Furor, zelus, tumult⁹, fluctuatio, &

a ¶Quia ibi nullus ordo, ſed ſempiternus horror.

timor mortis, iracūdia perſeuerans, & contentiō, & in tempo-

a ¶Iudicis perpetuum incendium.

a ¶Quia ibi nulla pax, nulla doloris mitigatio.

re refectiōnis in cubili ſomnus noctis immūtat ſcientiam eius.

a ¶Remunerationis, quando corpore conditio in cubili ſepulchri anima deputatur.

a ¶Quia longe aliter ſentit ibi de factis ſuis.

Modicum aūt tāquam nihil in requie, & ab eo in ſomnis, quaſi in die reſpectus. Cōturbatus eſt in viſu cordis ſui, tanquā q euaſerit in die belli. In tēpore ſalutis ſuæ ſurrexit, & admirans ad nullum timorem cum omni carne,

a ¶Ideo.

ab homine vſq; ad pecus, et ſup peccatores ſeptuplum. Ad hæc mors, ſāguis, cōtentio, & rhomphęa, oppreſſiones, fames, & cōtritio, & flagella. Super iniquos creata ſunt hæc omnia, & propter illos factus eſt cataclyſmus.

a ¶Taliter ſcilicet peccantes.

a ¶Etiam homines. Vnde Terra es, & in terram ibis.

†Omnia enim quę de terra ſūt, in terram conuertentur, & aquę omnes in mare conuertentur.

a ¶Vnde exeunt flumina, illuc reuertentur.

a ¶Quæſitus ſcilicet per auaritiam collectus. b ¶Quælibet. c ¶Quia, præterit mundus & concupiſcentia eius.

Omne mūnus & iniquitās delebitur, & fidēs in ſeculum ſtabit. Subſtantiæ iniuſtorum ſicut fluuius† ſiccābunt, & ſicut tonitruū magnum in pluuia perſonabūt.

a ¶Idest merces fidei, quę per dilectionē operatur.

a ¶Velociter diſſipabuntur. b ¶Quaſi tonitruum auari tumultuant, & theſaurus eorum cito defluit.

In āperiendo manus ſuas lætabitur, ſic præuaricatores in cōſummatione tābeſcent. Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos: & radices immundæ ſuper cācumen petræ ſonant.

a ¶Ad recipiendum. b ¶Auarus.

a ¶Precepti Dei qui ait: Non cōcupiſces rē proximi tui.

a ¶Vacui omnibus bonis.

a ¶Duritiam cordis quę ad tempus credit, & in tempore tentationis recedit.

a ¶Alias, aquam.

Super omnem ēſcam viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnūm euelletur. Grātia, ſicut paradiſus i bēnedictionibus, &

a ¶Sicut fœnum, quod priuſquam euellatur exaruit.

b ¶Dei, que ſuperabundat in fidelibus.

a ¶Fructificat. ſcilicet diuerſas ſpecies virtutum.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Vſque ad hu. in ter. *idest hominem totaliter deiectum*.

b Ab eo qui vti. hyacintho. *idest ſericis veſtibus*.

c Et portat coronam. *vt reges magni*.
†infra 42. 14. q. 2. ca. in eccleſiaſtico.

d Vſque ad eum &c. li. *i. vili ſacco*.

e Furor. *Hic conſequenter ponitur miſeria acta ex hominis malitia. Et primò mentalis, ſecundò corporalis, ibi: Ad hæc mors. Circa primum dicitur: Furor. i. ira exceſſiua.*

f Zelus. *i. inuidia*.

g Tumultus. *cogitationum, cor multipliciter impellentium*.

h Fluctua. *i. mentis perplexitas*.

i Et ti. *vbique inſidians hominibus*.

K Iracundia. *perſeuerans inimici*.

l Et con. *i. metus litigij*.
† ſiccabit

m Et in tem. refe. *i. quietis*.

n In cubili ſom. &c. *i. diſponens contrarium eius quod facere cogitauerat. ideo dicitur communiter: Nox habet conſilium, ex quo ſequitur inquietatio. propter quod ſubditur:*

o Modicum au. *Quod enim modicum eſt, quaſi nihil computabitur, vt dicitur ij. Phyſic.*

p Et ab eo. *quaſi in die reſpectus. nam ſunt ei ſomnia de his quæ viderat in die, eò quòd ſiunt per phantaſmata, quæ remanent abeuntibus ſenſibilibus, vt dicitur. ij. de Anima.*

q Conturbatus eſt in viſu cor. *per ſomnia terribilia.*

r Tanquam qui eua. *Per totam enim diem illam remanet trepidus, & anxius ex periculo in quo fuit, & timet inſequi ab hoſtibus.*

s In tempore ſal. *i. proſperitatis.*

t Et exur. *miſer homo per ſuperbiam.*

u Et admirans. *Ad intellectum huius litteræ quæ videtur inuoluta, conſiderandum, quòd admirans dubitat. primo Metaphy. Item qui euaſit magnum periculum, licèt tunc timeat, vt dictum eſt, tamen poſtea tranſacta paſſione nihil aut modicum timet pericula, ſperans quòd euadet ſicut antea, & hoc eſt quod dicitur: Et admirans ad nul. &c. iungatur tamen ſic littera. Et ad nul. ti. i. ad nullum terribile.*
G

x Cum o. car. ab. *idest ſiue illud terribile ſit homo quicunque, ſiue beſtia. Admirans. idest timens, vel dubitans: quia per ſuam ſuperbiam non timet hominem, vel beſtiam.*

y Et ſuper peccato. *ſic per ſuperbiam obſtinatos.*

z Septuplum. *idest grauis punitio veniet, ſicut dicitur Gen. iiij. c. Qui occiderit Cain ſeptuplum punietur, idest grauiter.*

a Ad hæc. *Hic conſequenter ponitur miſeria ſiue pęna corporalis quam debent conſiderare contemplatiui. & primò in proprijs corporibus, cum dicitur: Ad hæc. idest præter prædicta.*

b Mors, *violenta.*

c Sanguis. *idest plagatio.*

d Conten. *per verba dura.*

e Et rhom. *idest gladius.*

f Oppreſ. *tyrannorum.*

g Fame. *per ſubtractiones cibariorum.*

h Et con. *carcerum & vinculorum.*

i Et flagella, *virgarum.*

K Super iniquos cre. &c. *nam frequēter pro ſuis iniquitatibus ſic puniuntur.*

l Et propter illos factus eſt cataclyſmus. Omnia enim &c. *idest diluuium, vt patet Gene. 6. a. Cætera patent.*

m Omne munus. *Hic ſecundò ponitur pęna iniquorum in bonis temporalibus, cum dicitur: Omne munus: datum pro ſubuerſione iuſtitiæ.*

n Et iniquitas. *propter munus facta.*

o Delebitur. *idest datores munerum, & ſubuerſores iuſtitiæ propter munera delebuntur de præſenti vita. ita quòd nihil apparebit de poſſeſſionibus eorum & pompa, ſicut in deletis tabulis nil apparet.*

p Et fides in ſeculum. *i. fidelitas iuſtorum.*

q In ſeculum ſta. *in ſuo effectu.*

r Subſtantiæ iniuſtorum. *i. diuitiæ eorum.*

s Sicut flu. ſic. *accipitur hic fluuius pro torrente, qui ſubitò intumeſcit niuium diſſolutione, & citò deſiccatur: ſic iniuſtorum diuitiæ velociter acquiruntur, & velocius frequenter ab eis auferuntur.*
H

t Et ſicut toni. *quod tamen per pluuiam citò ceſſat, ſic pompa diuitum iniquorum citò tollitur, à principibus ex modica occaſione.*

u In ape. ma. ſuas. *ad accipiendum malè.*

x Lætabitur. *iniquus.*

y Sic præua. *diuinorum mandatorum.*

z In conſum. ta. *quia frequenter cùm credunt ſe eſſe ſecuros, ſubitò deficiunt, ſicut patet Luc. xij. c. de illo qui dicebat animæ ſuæ: Habes multa bona repoſita in multos annos, quieſce, comede, bibe, epulare: dictum eſt autē ei: Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te.*

a Nepotes. *Hic tertiò ponitur iniquorum pęna in ſuis ſucceſſoribus, cum dicitur: Nepo. im. non mul. idest filios. q. d. eorum progenies non diu durabit.*

b Et radices immundæ. *idest parentes eorum ex quibus ſunt orti.*

c Super ca. pe. *idest ſicut arbor plātata ſuper petras, non figit ibi firmiter radicem, propter quod citò cadit ſuper petras ſonitum faciendo, ſic frequenter iniqui diuites cadunt cum ſonitu magno. nam ex hoc caſu multi loquentur adinuicem congaudendo. Ad hoc etiam inducitur aliud exemplum cum dicitur:*

d Super omnem eſcam. *etiam ſtagnalem.*

e Viridi. *idest herba viridis creſcit, & accipitur hic ſuper, pro iuxta, quia creſcit in ripis propter humiditatem terræ, ſicut dicitur quod Pariſius eſt ſuper Secanam, i. iuxta.*

f Et ad om. *ſimiliter creſcit eadem ratione.*

g Ante om. ne ſœ. *idest citius & facilius. quia radix eſt in humido, per hoc intelligitur, quòd generatio malorum citò deficit.*

h Gratia, &c. *Poſtquā actū eſt de miſeria hominē citò deprimente, hic cōſequenter agiť de Dei gr̄a ipſū releuāte. et diuidiť in duas ptes. in principalē, et incidētalē, q̄ incipit ibi. Gr̄am. Circa primū poniť multiplex bonū ꝓueniens ex gr̄a, cū dr̄: Gr̄a ſicut paradiſus in be-*
Diuiſio.



a *Vita ſibi ſuffici.* Dulcis eſt ſomnus operanti ſiue parum ſiue multum comedat.
A

b *Inueni. the.* Verè enim Chriſtianū ſe eſſe probat, qui Chriſti mandata credit & facit.

c *Vinum & mu.* Hæc naturaliter mulcent, & exhilarant animum, ſed dilectio ſapientię, & lingua ſuauiter docens multò plus cōfortat intellectum.

d *Gra. & ſpe.* Ornatum. ſ. templi & culturæ diuerſitatem, quæ prior populus ſub lege habuit, prædicatio euangelij in orbe ſeminata bonorum operum virore excellit.

e *Facul. & vir.* Diuitiæ datæ à dn̄o in tempore legis roborauerūt corda antiquorum quibus dictū eſt: Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Sed excellit timor domini, & voluntaria paupertas eccleſiæ Chriſti, & hæc, & omnes facultates mundi. vnde: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum celorum.

f *Vir re.* Stultum eſt enim otiari, & de alieno labore mercedē quærere. Recipiet. n. vnuſquiſq; ſecundū opera ſua.

g *In ore.* Cui placet otioſè torpere, nec proximis docendo prodeſſe: tandem doloribus inferni, & ſera pœnitentia æſtuabit.

a ¶Beati miſericordes. quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

miſericordiā in ſeculo permanet.

a ¶Pro bono. ſ. & vtili labore merces æterna compenſabitur.

Vitā ſibi ſufficientis operarij †condulcabitur, & in ea inuenies theſaurūm. † Ædificatiō ciuitatis confirmabit nomen, & ſuper hanc mulīer immaculata computabitur. Vinūm & muſica lætificant cor, & ſuper vtraque dilectio ſapientiæ. Tibiæ & pſalteriū ſuauē faciunt melodiam, & ſuper vtraq; linguā ſuauis. Gratiam & ſpeciem deſiderabit oculus tuus, & ſuper hæc virides ſationes. Amicūs & ſodalis in tempore conuenientes, & ſuper vtroſque mulier cum viro. Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & ſuper eos miſēricordia libērabit.

a ¶Cęleſtis ciuitatis. b ¶Conſtructio bonorum operum.

a ¶Anima quæ præeminet & inter merita ſanctorum virginitas.

a ¶Feruor ſcientiæ legis lætificat.

¶Euangelicæ.

a ¶Prædicatio apoſtolica.

a ¶Societas Chriſti & eccleſiæ omnem ſocietatem priorum patrum præcedit.

a ¶Noſtræ redemptionis. b ¶Humanum genus.

Aurum & argentum & conſtitutio pedum, & ſuper vtrumq; conſilium beneplacitum. Facultates et † virtutes exaltant cor, & ſuper hæc timor domini. Non eſt in timore domini minoratio, et non eſt in eo inquirere adiutorium. Timor domini ſicut paradiſus benedictionis, † ſuper omnē gloriām operuerūnt illum. Fili in tempore uitæ tuæ ne indigēas. Melius eſt enim mōri, quàm indigere. Vir reſpiciēs in menſam alienam, non eſt vita eius in cogitatione victūs. Alit enim animam ſuam cibis alienis. Vir autem † diſciplinātus, et eruditus cuſtodiēt ſe. In ore imprudentis concul cabitur inopia, et in ventre eius ignis ardebit.

a ¶Terrenam. b ¶Aeterna præmia. ¶Pigritiam & otium prohibet.

a ¶Præſentis. b ¶Virtutibus, vel moribus bonis.

a ¶Corporali morte.

a ¶Spiritualis. vnde: Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtrę extinguuntur.

a ¶Eruditione diuina.

a ¶Ne ſit otioſus, dum habet operandi tempus. ¶Tempore.

## GLOS. ORDINAR. CAP. XLI.

h O *Mors quam amara eſt memoria tua. homini &c.* Qui proſperitatem mundi, & diuitias amat, amara eſt illi

## NIC. DE LY.

*ſus in benedictionibus. i. ſicut paradiſus eſt locus amenus & bonis fructibus plenus, ſic gratia Dei gratioſam facit animā ad Dei habitationem, & bonis operibus plenam.*
B

a Vita ſibi. *ſ. ad acquirēdum ſibi victum & veſtitum per laborem ſuum.*

b Condulcabi. *per gratiam Dei quæ mitigat ſuum laborem.*

c Et in ea in. the. *ſcilicet gloriæ, cuius gratia eſt arra.*

d Ædifi. ciui. con. no. *ſ. ædificantis, ſicut nomen Romuli confirmatum eſt in memoria hominum ex ædificatione ciuitatis Romanæ.*

e Et ſu. hanc. *firmitatem.*

f Mulier im. *qd procedit ex diuina gratia.*

g Compu. *quia firmitas eius ſtabit in æternum, non ſic autem ciuitatis ædificium.*

h Vinum & mu. læti. cor. *quod patet ad ſenſum.*

i Et ſuper vtraq; di. *nam lætitia ex vino & muſica cauſata eſt in parte ſenſitiua, delectatio proueniens ex ſapientia, eſt in parte intellectiua, quæ eſt ſuperior, & melior. Vnde Philoſophus ponit felicitatem hominis 10. ethicorum in cōtemplatione ſapientiæ. Et accipitur hic ſapiētia infuſa quæ eſt donum ſpiritusſancti, & ſic procedit ex gratia.*

K Ti. & pſa. *quandiu concordant adinuicem.*

l Et ſuper vtraq; lin. *ſ. doctoris, vel prędicatoris de fide & moribus docentis, quæ ſimiliter ſuauitas ex gratia Dei procedit.*

m Gratiam. *Hęc eſt pars incidentalis, quæ diuiditur in duas ſecundū duplex incidens. ſecunda ibi: Fili in tpe. Primū eſt, quia tractauit de gratia Dei. hic ex incidēti ponit aliqua q̄ ſunt homini gratioſa, di. Gratiam & ſpeciē. i. rem artificialem gratioſam & pulchram.*

n Deſide. ocu. *nam in hoc delectatur.*

o Et ſuper hoc viri ſa. *magis enim delectāt viſum & confortant, opus enim naturæ efficacius eſt opere artis.*

p Amicus & ſoda. in tempore con. *ſunt adinuicem delectabiles.*

q Et ſuper vtroſq; mu. cum viro &c. *quando ſunt cōcordes, ſunt magis delectabiles. tum quia ſunt vna caro: tū quia indiſſolubilis per totā vitā ſuā eſt eorum coniunctio, non ſic autem ſodalium cōiunctio, ſed frequēter citò diſſoluitur.*
C

r Fratres in adiutorium. *mutuum.*

s In tempore tribu. *eſt valde gratioſum.*

t Et ſuper eos miſeri. libe. *à tribulatione, & verificatur hoc non ſolum de miſericordia Dei, ſed etiam de miſericordia hominis aliquando.*

u Aurum & argentum. *i. diuitiæ.*

x Et conſtitutio pedum. *i. ſanitatis corporis per quam homo ſtat ſuper pedes ſuos. Iſta ſunt hominibus gratioſa.*
†condulcabitur

y Et ſuper vtrumq; con. *Deo quod eſt de diuinis mandatis, & conſilijs adimplendis.*

z Facultates & vir. *corporales.*

a Exaltant cor. *per ſuperbiam.*

b Et ſu. hæc ti. *reprimens hanc exaltationē.*

c Non eſt in timo. do. *filiali.*

d Minoratio. *i. defectus boni.*

e Et non eſt in eo in. adiu. *ſ. humanum. nam timens dominum, habet præſens adiutoriū diuinum: per hoc tn̄ nō intelligitur, quòd contemni debeat adiutorium humanum. Nā hoc eſſet tentare Deū, ſed quòd deficiēte humano ſubſidio confidēdum ſit firmiter de diuino. ideo ſubdiť*

f Timor do. ſicut pa. *benedictioni: vbi enim eſt Deus, ibi eſt paradiſus. ſicut Roma, vbi eſt Papa. Lu. 24. f. Hodie mecū eris in paradiſo.*

g Super omnem glo. *temporalem.*

h Operuerunt il. *ſ. benedictiones Dei operuerunt timentes dominum.*

i Fili in tem. *Hic ponitur ſecundum incidēs eò quòd in parte immediatè præcedenti dixit, quòd in timore domini non eſt defectus boni: hic inducit ad exercitium boni operis, quo tollitur ægeſtas ſpiritualis, & corporalis, dicitur igitur: Fili in tem. vi. tu. i. tempore vitæ præſentis tibi conceſſę ad bene operandum.*

K Ne indi. *i. ne ſis otioſus. nam ad otium ſequitur ſpiritualis & temporalis ęgeſtas, ita quòd hic ponitur conſequens pro antecedente.*

l Melius eſt enim mori. *corporaliter.*
D

m Quam indigere. *i. otioſum eſſe, per quod quis moritur ſpiritualiter. ſup. 33. d. Multam malitiam docuit otioſitas, & aliquando corporaliter, quia frequenter homo per otium conuertitur ad latrocinium, pp quod ſuſpēditur.*

n Vir re. in men. ali. *ſicut ſunt hiſtriones, & mendicantes validi à bonis operibus otioſi.*

o Non eſt vi. e. in co. vi. *i. nō cogitat aliquid facere, vnde debeat rationabiliter viuere. Illis autem qui intendunt diuinis obſequijs & doctrinis debetur victus. de qbus dicit Saluator Mat. 10. b. Dignus eſt operarius cibo ſuo.*

p Alit enim animam ſu. *i. vitam.*
† &

q Cibis. *hiſtrio & mendicans validus, qui vacui ſunt bonis operibus.*

r Vir autem diſci. *quantum ad mores.*

s Et erudit. *quantum ad ſcientiam.*

t Cuſtodiet ſe. *ab otioſitate.*

u In ore impru. *i. pigri & otioſi.*

x Concul. inopia. *quia frequenter habet parum ad comedendum.*

y Et in ven. e. ignis arde. *idest fames.*

## NICOL. DE LYRA. CAP. XLI.

O Mors &c. *Poſtquam actum eſt de miſeria hominis reſpiciente ſtatum vitæ præſentis, hic conſequenter agitur de miſeria eius quæ reſpicit ſtatum mortis, vtrumque verò debet contemplatiuus conſiderare. Et primò agitur de morte pęnæ, ſecundò de morte culpæ, ibi: Diſciplinam in pace. Prima in duas, quia primò agitur de morte temporalis pęnæ, ſecundò de morte æternæ, ibi: Filij abominationum. Circa primum dicit.*

z O mors quam ama. &c. *qua quis cogitat ſe moriturum corporaliter.*

a Homini &c. *ſcilicet iniuſto. propter quod in aliquibus libris in textu ponitur. Fuit tamen primò quædam interlinearis gloſſa poſtea textui per ſcriptores inſerta.*

b Pacem habenti in ſubſtantijs ſuis &c. *id eſt in mobilibus & immobilibus diuitijs, quæ non diripiuntur ab alijs.*
†iniuſto

## CAP. XLI.

h O Mors quàm amara eſt memoria tua, homini † pacē habēti in ſubſtātijs ſuis,



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E illi mors corporalis, quia futuræ vitæ gaudia neg.igit.

a *Hoc iudicium.* Commune eſt omni carni, nec quiſquàm euadere poteſt etiam ſi centum aut mille annos vixerit, aut vltra. vnde: Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem? *Pſal.88.g*

b *Fil.j abo. &c.* Abominabiles ſunt filij peccatorum, qui.i.impios patres imitati ſunt. Vnde ſubdit:

c *Qui con.ſecus do.* impiorum.

d *De pa. im.* Qui malè filios nutrit, vel exemplo perdit, reus eſt eorũ perditionis. Vel qui mala opera de praua voluntate gignit, damnabitur pro eis.

e *In perditionem.* Superioribus reſpõdet, in quibus de morte temporali diſputauit: quia ſicut homo de terra creatus, pro peccato originali in terrã redit, quàmuis in incorruptione ſurrecturus, ſic impij pro peccatis ſuis maledicti in æternam perditionem cũ corpore & anima ibunt.

*Prou.22.a. Prou.11.d* f *Cu.ha.* Vt bene & religioſè viuas. Sic autem acquiritur bonũ nomen. Melius eſt bonum nomen, quàm diuitiæ multæ.

g *Me.eſt bo.* Qui abſcondet ſtumentum maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput vẽdentiũ.

h *Veruntamen re.* Quia bonum nomen & bonam vitam vtilẽ eſſe prædixit, & occultantes ſciẽtiam reprehendit: ſuadet vt reuertantur ad ſtudium docendi: quia non eſt bonum irreuerentem, & inobedientem eſſe ſuo doctori. Vnde: Et animo irreuerenti, & infrunito ne tradas me domine. *S p.23.*

viro quieto, & cuius viæ directæ ſunt a b
in omnibus, & adhuc valẽti accipere c
a ¶Bonum eſt Chriſtianis iudicium mortis, quia per ipſam tranſeunt ad vitam æternam.
cibum. O mors, bõnum eſt iudiciũ d
a ¶Terrena ſubſidia.
tuũ homini indigẽnti, & qui mino- e f
a ¶Non præſumens de ſe. b ¶Vnde deficiens Abraham mortuus eſt in ſenectute bona.
ratur viribus: dẽfecto ętate, & cui de g
a ¶Mandatis domini implendis, vel proximis iuuandis. b ¶Qui non conſentit hæretico errori.
omnibus cura eſt, & incrẽdibili qui h i k
a ¶Mundi, quæ ſtultitia eſt apud Deum. b ¶Quin potius eum time qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.
perdit ſapiẽntiam. Noli † metuere iu l
a ¶Temporalis.
dicium mõrtis. Memento quæ ante m
a fuerũt, & quæ ſuperuẽtura ſunt tibi:
a ¶Temporalis mortis.
hoc iudiciũ à dño omni carni: & quę n
ſuperueniẽt tibi in beneplacito altiſſi o
mi, ſiue decẽ ſiue centũ, ſiue mille an
a ¶In inferno nihil prodeſt confeſſio. Vnde: In inferno autem quis confitebitur tibi?
ni. Nõ eſt enim in infẽrno accuſatio p
b vitæ. Filij abominationũ fiũt filij pec q r
c catorũ, & qui conuerſantur ſecus do s
a ¶Vnde: Euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem de terra viuentium.
mos impiorum. Filiorum pẽccato- t
rum periet hęreditas, & cum ſemine u
d illorum aſſiduitas opprobrij. De pa- x
tre impio quæruntur filij, quoniam y
propter illum ſunt in opprobrio. Vę z
vobis viri impij, qui dereliquiſtis le- a
gem domini altiſſimi. Et ſi nati fue- b
a ¶Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum &c.
ritis, in maledictiõne naſcemini: &
a ¶Non renati per gratiam. b ¶Ite maledicti in ignem æternum &c.
ſi mortui fueritis, in malẽdictione
erit pars veſtra. † Omnia q̃ de terra c d
ſunt, in terram conuertentur, ſic im- e
a ¶Beati qui lugent, quoniam ipſi conſo.
e pij à maledicto in perditionem. Lũ- f g
a ¶Sapientum qui diuinis obediunt mandatis.
ctus hominum in corpore ipſorum, h
a ¶De libro viuentium & de mundo.
nomen autem impiorum dẽlebitur. i
a ¶Altas mundo.
f Curam habe de bõno nomine: hoc k l
enim magis permanebit tibi, quàm m
mille theſauri magni & pretioſi. Bo- n
a ¶Æternorum. vnde: Longitudine dierum adimplebo eum. ¶Erit.
næ vitæ numerus dièrum, bonũ au- o
a ¶Merces bonæ vitæ, & bonæ famæ permanebit in æternum.
tem nomen pẽrmanebit in æuum. p
a ¶Morum. b ¶Sequimini pacem cum omnibus.
Diſciplinãm in pacẽ conſeruate filij q r s
a ¶Q. Non ſufficit bene viuere, niſi ſtudeas proſſe tuo alios docere.
† Sapiẽntia enim abſcõdita, & theſau t u
g rus † inuiſus, q̃ vtilitas in vtriſq;? Me- x
a ¶Qui ſcilicet vaniloquium, & prauam doctrinam deuitas.
lior eſt homo qui abſcõndit ſtultitiã
a ¶Væ mihi quia tacui. b ¶Anima quæ benedicit, impinguabitur.
ſuam, q̃ hõmo qui abſcondit ſãpien
h tiã ſuam. Veruntamen reuertimini y

F

## NIC. DE LYRA.

a Viro quie. *qui nõ moleſtatur litigijs.*

b Et cuius viæ dire. &c. ſunt in o. *temporalibus, fortuna ſibi fauente.* † *ſup.20.d 13.q.2.c in eccleſiaſtico.*

c Et adhuc valenti. *i. ſano corpore & potenti comedere & bibere lautè. Nec mirum ſi mors eſt amara tali, quia de paradiſo ſuo terreſtri vadit ad infernum, nam Luc.16.f. dicitur de diuite epulone: Mortuus eſt autem diues & ſepultus in inferno.*

d O mors bo. eſt. *& ſubintelligitur iuſto.*

e Indi. *victu & veſtitu.*

f Et qui minoratur vi. *corporis ex infirmitate.*

g Defecto ætate. *& ſic habet duplicẽ cauſam deoleciis.*

h Et cui de omnibus. *ideſt ſolicitudo de omnibus mandatis Dei adimplendis, vt exponunt aliqui. Poteſt magis literaliter exponi de omnibus neceſſarijs vitæ quærendis, ſicut Lazarus vlceribus plenus quærebat refici de micis, quæ cadebant de menſa diuitis.*

i Et incredibili. *quia non acquieſcitur ſuæ petitioni, ſicut de Lazaro dicitur: Et nemo illi dabat.*

K Qui perdit &c. *ideſt incipit deſipere ex ætate, & infirmitate. Merito namq; iudicium mortis eſt ibi bonum, quia per hoc trãſit ad requiem beatorum. Luc.16.f. Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. ideo ſubditur,* † *ſup.40.b* † *occultus*

l Noli metue. &c. *ideſt ponas te in tali ſtatu vt iudicium mortis ſit tibi bonum. Et ſubdit modum.*

m Memento &c. *nam ex memoria ſanctorum patrum qui præceſſerunt, & præmiorum iuſtorum, & pœnarum iniquorum, quæ ventura ſunt, diſponitur homo ad mortis iudicium ſecurè expectandum.*

n Et quæ ſuperuenient tibi. *de numero annorum plurium, vel paucorum.*

o In beneplacito al. &c. *ideſt ſecundũ eius voluntatem ſufficiat tibi, & adimpleas illud in exercitio boni. Et ſubditur cauſa.* G

p Non eſt enim in inferno &c. *non enim aliquis ibi poteſt ſe excuſare allegando breuitatem vitæ contra Deum di. Si diu vixiſſem, multa bona feciſſem.*

q Filij abomi. *Hic conſequenter agitur de morte æternalis pęnæ. Et primò fit propoſitum. ſecundò infertur correlarium, ibi: Curam habe. Circa primum dicitur: Filij abominationum. ideſt abominatione digni, ſicut 1.Reg.26.c. dicitur: Filij mortis eſtis vos, qui non cuſtodiſtis dominum veſtrum. Sunt enim abominabiles in conſpectu Dei & iuſtorum.* *Diuiſio.* † *timere*

r Filij peccatorum. *i. imitatores paternorum ſcelerum.*

s Et qui conuerſantur. *nam imitantur actus eorum, Pſal.18.d. Cum peruerſo peruerteris.*

t Filiorum pec. *ſ. æterna. quia licèt ſit indeficiens in ſe, tamen perit ab iſtis, inquantum repelluntur ab ea pro ſuis demeritis.*

u Et cum ſemine illorum aſ. *nam æternaliter ſunt reprobati.*

x De patre impio &c. *ideſt conqueruntur in inferno.*

y Quoniam propter il. ſunt. *i. damnati, eò q̃ malè fuerunt informati ab ipſo, quibus tamen tenebatur de bono documento, ideo ſubditur,*

z Vę vobis viri impij. *Eſt autem væ comminatio maledictionis æternæ.*

a Qui dere. le. do. *per inobedientiam.*

b Et ſi nati fue. *ideſt natiuitas veſtra facta eſt ad maledictionem culpæ, & mors veſtra ad maledictionem gehennæ, non ex autore naturæ, ſed ex defectu parentalis diſciplinæ.*

c Omnia quæ de ter. ſunt. *producta.*

d In ter. con. *ſicut patet ad ſenſum.*

e Sic impij à maledicto. *culpæ quod eſt à diabolo.*

f In perditionem. *gehennæ, quæ eſt cum diabolo, Matt.25.d. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius &c.* H

g Luctus ho. *rationabiliter viuentium.*

h In corpore ipſorum. *q. d. ſi affligantur, hoc eſt in præſenti vita tantum, quãdiu ſunt in hoc mortali corpore.*

i Nomen au. &c. *de libro vitæ, & ſic perpetuò cruciabuntur morte gehennæ.*

K Curam habe. *Hic ex dictis infertur correlariũ. ſ. q̃ homo debet eſſe multũ ſolicitus de iuſtitia conſeruanda, per quam euaditur æternum ſupplicium, & acquiritur prẽmiũ æternum. & hoc eſt quod dicitur: Curã habe. i. de re boni nominis: quæ eſt iuſtitia legalis. nam includit omnem virtutem.*

l Hoc enim. *quia iuſtitia perpetua eſt & immortalis, Sap.1.*

m Qua mi. the. *tẽporales qui ſunt trãſitorij.*

n Bonę vi. *i. vita bona meritoria, breuis eſt, & citò poſſunt dies eius numerari.*

o Bo. au. *i. iuſtitia quæ eſt res boni nominis.*

p Per ma. in æu. *i. æternaliter in præmio.*

q Diſciplinam. *Poſtquàm actũ eſt de morte pęnæ, hic conſequenter agitur de morte culpę, quam ſimiliter debet contemplatiuus conſiderare. Et diuiditur in tres partes. nam autor inducit primò ad eius notitiã. ſecũdò ad eius erubeſcẽtiã, ibi: Erubeſcite, tertiò ad eius fugã ſeu cautelã. ibi: Ne auertas. Circa primũ dicit, Diſciplinã. morum correctiuã.*

r In pa. *pectoris.*

s Conſer. *memoriter retinendo, & veraciter operando, & ſubditur ratio.*

t Sapien. enim. *i. quæ non oſtẽditur in opere & doctrina.* *Diuiſio.*

u Et theſau. *q. d. ſicut non proficit temporaliter, ſic nec talis ſapientia ſpiritualiter, imò nocet habenti, inquantum abſcondit in terra talentum domini ſui. Matt.25. ideo ſubditur,*

x Melior eſt &c. *ideſt minus malus.*

y Verumtamen reuertimi. *vos filij.*



A a *Non eſt bo.* Iuxta literam nos inſtruit, vt à vitijs caueamus, & virtutibus operam demus, & ne ſpretis melioribus, eligamus peiora, quæ ſequitur confuſio ſempiterna.

b *Non auer.ta.* Cum angeli colligent de eccleſia omnia ſcandala, & reprehendent iniuſtos de iniuſtitia ſua, tunc manifeſtabitur qui circa veritatem, & teſtamentum Dei in tabernaculo eccleſiæ dolosè egit, vel furtum commiſit. Ille quoq; arguetur qui comeſationi & ebrietati incubuit, & qui auarè rapuit, vel non erogauit quæ à Deo accepit. Ille quoq; confundetur, qui talentum verbi abſcondit, & qui vultũ conuertit à fratribus ſuis, & fornicationibus hæreticorum ſe miſcuit.

c *Ne reſpicias.* Cupiditatem carnalem quæ debet ſubeſſe ſpiritui, hanc non debemus ſcrutari, & ſuggeſtionibus eius ſubijci.

in his quæ procedunt de ore meo, a
a Non eſt bonum omnem irreue- b
a ¶Q. Tamen non omnia omnibus conueniunt, alijs officiunt quæ & alijs proficiunt: Sibilus equos mitigat: catulos inſtigat.
rentiam obſeruare, ẽt non omnia c
omnibus bene placent in fide. d
a ¶Eccleſia.
Erubeſcite à patre & à mãtre de e f
a ¶Idololatriæ, vel hæreticæ ſectæ. b ¶Corã oculis Dei.
fornicatiõne, & à præſidẽnte, & g
a ¶Sponſionis veſtræ in baptiſmo promiſſæ.
à potente de mẽndacio, à princi- h
a ¶Chriſto qui eſt iudicaturus viuos & mor.
pe, & à iudicẽ de delicto, à ſyna- i
a ¶Angelorum & plebe ſanctorum.
gogã & plebe de iniquitate, à ſocio k
& amico de iniuſtitia, & de loco in l
quo habitas, de furto, de veritate m
Dei & teſtamento, de diſcubitu in n
panibus, & ab obfuſcatione da- o
ti & accepti, à ſalutantibus de ſi- p q
lentio, à reſpectu mulieris forni- r
cariæ, & ab aduerſione vultus co- s
a ¶Non communicando indigenti.
b gnati. Ne auertãs faciem tuam t
a ¶Cuilibet.
à proximo tuo, & ab aũferendo u
a ¶Pecuniæ. b ¶Admirando eloquentiam.
a partẽm & non reſtituendo. Nẽ x y
a ¶Doctrinam. b ¶Hæretici, qui alienus a fide & religione.
reſpicias mũlierem altẽni viri, & z
ne ſcruteris ancillam eius, neq; ſte a
a ¶Delectationi inſtando. b ¶Subaudi: Abſtine. vnde: Ne moliaris amico tuo malum, cum in te habeat fiduciam.
teris ad lẽctum eius. † Ab ãmi- b
cis de ſermonibus improperij: & c
a ¶Datum obfuſcat qui improperat. Imitare Deum, qui dat affluenter, & non improperat.
cũm dederis, ne improperes. d

## GLOS. ORDINAR. CAP. XLII.

d NOn dupli. Prohibet de occulto cordis, bonum & malũ ſimul dicere. vnde: Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam.

e *De æqualitate.* Vbiq; ſequenda eſt æquitas, & obſeruanda regula ſtaterę & ponderum, & vt faciamus iuſtum lucrum ſiue multum ſiue paruũ, nec circumueniamus fratrem in emptione, ſubiectos quoq; cum diſcretione diſciplinę regamus. De ęqualitate ſtateræ. Quantum hypocriſis, & dolus dño diſpliceat oſtenditur his verbis. Statera doloſa abominatio eſt apud Deum, & pondus æquũ volũtas eius. Qui aliter cauſam pauperis quàm potentis librat, vel ſua errata leuiora q̃ aliorum putat, vel qui imponunt in ☞ humeros

B

## CAP. XLII.

d NOn duplices ſermonem e
a ¶ Ideſt myſtica verba legis noli maculare ſermone peruerſi dogmatis, vel ſimplicem fidei veritatem vertere in errorem.
auditus de reuelatiõne ſermonis
abſconditi, & eris verè ſine con- f
fuſione, & inuenies gratiam in g
conſpectu omnium hominum.
a ¶Oris cauendi diui... dicere propter...
Nẽ pro his omnibus confunda- h
a ¶Non accipieri perſonam ne... &c.
ris, & ne ãccipias perſonam vt de- i
linquas. De lege altiſſimi & teſta- k
mento, & de iudicio iuſtificare l
a ¶Ne confundaris ſub ardis falſa & inepta loquens, vel aliquid ... inconnexens.
impium, dẽ verbo ſociorum & m
viatorum, & de datione hæredi- n
e tatis amicorum, de æqualitate ſta o
teræ, & ponderum, de acquiſi- p
tione multorum & paucorum, q
de corruptione emptionis & nego r

## NIC. DE LYRA.

a In his quæ procedunt &c. *conſiderandis & retinendis.*

b Non eſt bonum. *i. non eſt bonum diſcipulo aliquam irreuerentiam habere ad doctorẽ eius doctrinam contemnendo, vel negligẽdo.*

c Et non omnia. *doctoris dicta.*

d Omnibus. *diſcipulis.*

e Benepla. in fi. *ideſt licèt ſint fidei conuenientia, tamen eis non placent, quia ſunt imbuti opinione alia. q. d. propter tamen huiuſmodi diſplicentiam oſtendere non debent aliquam irreuerentiam.*

f Erubeſci. *Hic conſequenter inducit ad culpæ erubeſcentiam: Eſt enim de ſe turpis, & per conſequens erubeſcibilis. Aliquæ tamen culpæ ſunt ſpecialiter erubeſcibiles coram aliquibus perſonis magis quàm coram alijs. & hoc eſt quod dicitur: Erubeſcite à pa. videtur enim ex eorum incontinentia procedere, q̃ prolem genuerint luxurioſam.*

g Et a præſidente. *ne coram illis mentiamini, quia punitores ſunt mendacij.*

h A prin. *quod præceperint facere promittendo. Dicitur enim delictum quaſi derelictũ.*

i A ſyna. *contra Deum vel proximum. nam ſic efficitur homo infamis in populo.*

K A ſocio & amico de iniu. *ad quos eſt iuſtitia maximè conſeruanda.*

l Et de loco in quo habi. de furto. *ſ. faciendo. nam ibi debet homo præ cæteris locis fideliter ſe habere.*

m De veritate Dei & teſtamento. *tranſgrediendo debet homo erubeſcere, quia Deus videt vbique.*

n De diſcubitu in panibus. *ideſt à prima ſede in menſa alterius. Luc.14.b. Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouiſſimo loco &c. primum enim locum accipere propria autoritate ſignum eſt ambitionis magnæ.* C

o Et obfuſca. *quod fit qãndo datur pro re turpi, vt pro fornicatione vel aliquo huiuſmodi.*

p Et accepti. *quando accipitur ſine gratitudine, vel pro negotio turpi.*

q A ſalu. de ſilen. *quia ſignum eſt odij eos non reſalutare.*

r A reſpectu mulieris for. *quia ſignum eſt incontinentiæ.*

s Et ab auerſione vultus cognati. *propter paupertatem ſuam nolendo eum cognoſcere, quod eſt manifeſtè ſignum ſuperbiæ. Ab omnibus enim iſtis faciendis debet homo tanquàm à turpibus erubeſcere.*

t Ne auertas. *Hic conſequenter inducit ad culpæ fugam ſeu cautelam. Et primò facit hoc de pluribus vitijs breuiter tranſeundo. Secundò de vitio incontinentiæ diutius immorando ſequenti cap. ibi: Filia patris. Prima in duas, quia primò facit hoc in vitijs factorum, & verborum ſeparatim. Secundò coniunctim, ſequenti cap. ibi: Ne pro his. Prima adhuc in duas, quia primò inducit ad fugam culpæ in factis. Secundò in verbis ſequẽti cap. Circa primum dicit: Ne auertas faciem tuam à proximo tuo. indigenti quod petit denegando.* *Diuiſio.*

u Et ab auferendo par. *ideſt aliquid de bonis alterius.*

x Et non reſti. *Ideſt ſub propoſito non reſtituendi. Et ſupplendum eſt, caueas omnino: nam peccatum eſt iniuſtitiæ manifeſtæ.*

y Ne reſpi. mulie. alie. vi. *eam concupiſcendo, quia iam mœchatus eſt eam in corde ſuo, Matt.5.c.*

z Et ne ſcru. ancil. e. *inquirẽdo qualiter per eam poſſes decipere dominam.*

a Neq; ſteteris ad le. eius. *nam hoc eſt ſignũ inflammati appetitus.*

b Ab amicis. *Hic conſequenter inducit ad fugam culpæ in verbis. & primò in verbis improperij, dicens: Ab amicis de ſermonibus improperij. ſupple caue, nam eius improperium reuertitur in te. & ſic non ſolum peccatum eſt, ſed etiam turpe.*

c Et cum dede. *aliquid alieni.*

d Ne impro. *quia ſic non ſolum meritũ amitteres, ſed etiã peccares proximum contẽnendo. ſecundò de verbis conſilij, cum dicitur,* D † *Caue*

## NICOL. DE LYRA. CAP. XLII.

NOn duplices ſer. audi. *ideſt quod in ſecreto dictum eſt tibi: non iteres ſermonem reuelando alteri.*

f Et eris vere ſine con. *i. ſine nota proditionis, quæ eſt in reuelatione ſecreti.*

g Et inuenies gra. in con. om. homi. &c. *quia reputabunt te fidelem.*

h Ne pro his. *Hic inducit ad fugam culpæ in verbis & factis coniunctim. & primò propoſitum facit. ſecundò quædam correlaria concludit, ibi: Super mulierem. Circa primum ponit plura verba & facta culpabilia, de quibus omnibus præmittit dicens: Ne pro his omnibus conf. coram Deo & hominibus bonis.*

i Et ne accipias perſonam vt delin. *faciendo contra iuſtitiam diſtributiuam bonorum, vel punitiuam malorum.*

k De lege altiſſimi & teſtamento. *tranſgrediendo.*

l De iu. iuſti im. &c. *quod eſt iniquum.*

m De verbo ſociorum, & viato. *q̃ aliquis ſocius tuus, vel ambulans tecum in via, dixerit ibi ex familiaritate aliqua reuelando in eorum opprobrium.*

n De datione hæredi. ami. *ideſt quod debes amicis dare, ſi detur per te extraneis eſt ſignũ infidelitatis. 1.Tim.5.a. Si quis ſuorum curã non habet, & maximè domeſticorum, fidem negauit, & eſt infideli deterior.*

o De æqualitate ſta. *à te non ſeruata.*

p De ac. mul. *ſ. per tuam rapinam.*

q Et paucorum. *per tuam pigritiam.*

r De corruptio. em. & ne. *per tuam deceptionem & fraudem.*



a Et

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E humeros hominum onera importabilia, vel qui bona in publico, mala in occulto agit, abominabilis eſt domino.

a *Et ſeruo peſ.* Significat ſeruum, qui verbis non corrigitur, verberibus eſſe coercendum. Seruus quoq; vitiorum ſeuera diſciplina corrigendus eſt.

b *Vbi ma. multæ.* Admonet vbi diuerſæ ſunt voluntates, ſpirituali lucro inhiantes, cautè eſſe diſpenſandum. Alij enim tentandi, alij diſcendi voto quęrunt verbum, ſed non omnia omnibus conueniunt.

*Iuuenilis ætas nõ omnio deſpectui habenda eſt 1.Tim.4.c by the.* c *Dedi.* Qui congrua diſciplina vnũquenq; arguit, eruditum ſe & probabilem doctorem in conſpectu ſanctorum oſtendit. Nec ætas iuuenilis in doctore deſpicienda, quem vita & diſcretio commendat. vnde: Adoleſcẽtiam tuam nemo contem.

d *Filia pa.* Myſticè filia patris, eſt anima viri fidelis, vel eccleſia credẽtis populi, doctori ſtrenuo cõmendata, qui pro ea peruigil & ſagax eſt in omnibus, ne dum rudis eſt in fide & ſciẽtia adultera fiat hæreticorum verſutia & odibilis viro ſuo. De quo dicitur: *1.Cor.11.a* Deſpondi.n. vos vni viro, virginem caſtã exhibere Chriſto, ne ſub regimine ei' fiat errore grauida, vel tranſgrediatur legem Dei facta ſterilis in omnibus bonis. Filia pa. Docet ad literã, parentes ſobolis ſuæ curam gerere, & cum diſciplina nutrire, & ne laſciuiæ & voluptati frena relaxent. Vnde: *Sup.33.c* Nõ des poteſtatem filio tuo in iuuẽtute ſua.

e *Super fi.* Quæ diligentem quærit cuſtodiam. Si.n. dimittitur ſuæ voluntati, doctorem confundit, & in multitudine populi erubeſcere facit. Vnde periculosè tibi miniſtrat, cuius vultum frequenter attendis. Nam impudici oculi non norunt animę pulchritudinem conſiderare, ſed corporum.

F f *Melior eſt iniqui.* Mulier aut ſexum ſignificat, ſicut ibi: Miſit Deus filium ſuum natum ex muliere. *Gal.4.a* Aut infirmitatem ſicut hic: *Iob 14.a* Homo natus de muliere, breui viuens tempore repletur mul. miſe. Vir ergo in hoc loco fortis, & diſcretus voca. Mulier, mens infirma & indiſcreta. & ſæpe contingit, vt diſcretus labatur in culpam: infirmus verò exhibeat operationem bonã, ſed indiſcretus de bonis ſuis ſuperbiens grauius cadit, diſcretus verò penitẽs ad diſcretionis regulam redit, & de cętero fortius, & cautius agit. Sæpe.n. culpa fortiũ fit occaſio virtutis, & virtus infirmorum occaſio peccati. hæc mulier confundit in opprobriũ, quia res confuſione dignas gerit. *Lapſus diſcretorum & infirmorum diuerſis fortiũtur fines.*

g *Memor ero igitur ope. &c.* Hucuſq; de diuerſis rebus diſputauit, & moralitatem ſingulorum opportunè deſcribens, varias virtutum & vitiorum ſpecies expreſſit. nũc ad laudem creatoris, & prædicationẽ operum eius ſe conuertit, & poſtea patrũ fortia facta deſcribit.

riatorum & de multa diſciplina filiorũ, & ſeruo peſſimo latus ſanguinare: ſuper mulierẽ nequam bonũ eſt ſignum. Vbi manus multæ ſunt, claude: & quodcunq; trades, numera & appende, datum verò & acceptum omne deſcribe. De diſciplina inſenſati, & fatui, & de ſenioribus qui iudicãtur ab adoleſcentibus, & eris eruditus in omnibus, & probabilis in conſpectu omniũ virorum. Filiã patris abſcondita eſt vigilia, & ſolicitudo eius aufert ſomnum, ne fortè in adoleſcentia ſua adultera efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat, ne quando polluatur in virginitate ſua, & in paternis ſuis grauida inueniatur, ne fortè cum viro cõmorata trãſgrediatur, aut certè ſterilis efficiatur. Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam, ne quando faciat te venire in opprobrium inimicis, à detractione in ciuitate & abiectione plebis, & cõfundat te in multitudine populi. Omni hõmini noli intendere in ſpecie, & in medio mulierum noli commorari. De veſtimentis enim procedit tinea, & á muliere iniquitas viri. Melior eſt enim iniquitas viri, quã mulier benefaciens, & mulier confundẽs in opprobriũ. Memor ero igitur operum dñi, & quæ vidi annũtiabo in ſermõnibus dñi opera eius. Sõl illuminãs per omnia reſpexit,

Interlinear: ¶Hæreticum. — a ¶Catholicæ fidei quo prauitas eius ſuperatur. — a ¶Anima, vel eccleſia. b ¶Fidelis viri, vel credentis populi. — a ¶Docet nos puritatem cordis & corporis ſeruare. — a ¶Ipſe dixit & facta ſunt. — a ¶ Chriſtus de quo dicitur: Orietur timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. b ¶Q ia non eſt vlla creatura inuiſibilis in cõſpectu Dei.

e Bonum eſt ſignum. *i. clauſura bene ſignata, & hoc corporis ſui, contra laſciuiam, & rerum mariti, contra diſſipationem, & quia non ſolum cauendum eſt ab ea, ſed etiam ab alijs, ſubditur,* G

f Vbi manus multæ ſunt. *ad capiendum parata.*

g Claude &c. *res tuas per diligentem cuſtodiam.*

h Et quodcunq; tra. *famulis tuis.*

i Nume. ap. *i. ſub certo numero & pondere trade, vt ſcias rationem debitam repetere.*

K Datum vero. *tuum alteri.*

l Et acceptum. *à te ab altero.*

m Omnes deſcri. *vt ſcias cui debeas eſſe gratus, & quis tibi.*

n De diſciplina. *inſenſati & fatui. qui non eſt doctrina receptibilis ſupple abſtine, ſicut dictum eſt ſup. 32.a. Vbi non eſt auditus, ibi non effundas ſermonem.*

o Et de ſ. *moribus vel ætate.*

p Qui iudicantur ab ado. *ſupple ſis ſolicitus, vt hæc abuſio tollatur.*

q Et eris eru. *quæ pertinent ad morum diſciplinam.*

r Et proba. *i. commendabilis.*

s In con. om. vi. *rationabiliter viuentium,*

t Filia pa. *Hic agitur de cautela contra luxuriam diutius immorando, cum dicitur: Filia pa. prudentis.*

u Abſcon. eſt. *in domo ne corrũpatur extra uagando ſicut Dina filia Iacob, Gen. 34.a.*

x Vigilia et ſol. e. *i. pro cuſtodia eius.*

y Aufert ſomnium. *patris cuſtodientis. Cætera patent vſq; ibi.*

m Ne forte. etc. cum vi. commo. *tranſgrediatur lectum mariti.*

a Aut certe. *propter nimiam frequentiam concubitus. vnde & meretrices communes rariſſimè impræegnantur. ideo ſubditur,*

b Super filiam lu. *& patet litera vſq; ibi.*

c A detractione in ci. *i. ne populus ciuitatis detrahat de te, dicendo q lubrica facta eſt ex defectu tuæ cuſtodiæ.*

d Et abiectione ple. etc. *i. te faciat abiectũ & confuſum in medio populi.*

e Omni ho. noli. *in aſpectu ſuæ pulchritudinis delectando. Hoc dicit ad euitationem vitij contra naturam ad quod plurimi erant proni.* H

f Et in medio mulie. noli com. *& ſubditur cauſa, cum dicitur,*

g De ve. enim pro. ti. *corrumpens ipſã.*

h Et à muliere ini. *ſicut patet in Adam, Dauid, & Salomone, cuius cor per mulieres fuit deprauatum. 3. Reg. 11.a.*

i Melior eſt enim ini. *i. minus mala.*

K Quam mu. benefa. *ſ. ad cohabitandum. vnde iſtud refertur ad id quod præmittitur. In medio mulierum noli commorari. magis enim periculoſum eſt homini cohabitare cum muliere extranea etiã bona, q cũ viro iniquo.*

l Memor ero. *ſicut dictum fuit in principio cap. 40. duplex eſt materia contemplatiui. ſ. humana miſeria, vt ſe humiliet: & excellentia diuina, vt Deum magnificet. Igitur terminata prima, hic conſequenter agitur de ſecunda. Excellentia verò diuina à viatoribus nõ videtur in ſeipſa, Exo. 32.d. Non videbit me homo & viuet, ſed cognoſcitur per ſuos effectus. Sapien. 13.b. A magnitudine ſpeciei & creaturæ poterit cognoſcibiliter creator horum videri. Sic ergo proceditur: quia primò declaratur per creaturas eius excellentia: ſecundò infertur concluſio intenta, capitu. ſequenti, ibi: Multa dicimus. Prima in duas, quia primò declaratur excellentia Dei ex corporibus cæleſtibus. ſecundò ex elementaribus, ſequenti capitulo ibi. Vide arcum. Prima in tres, quia primò declaratur propoſitum ex proprietate ſolari. Secundò ex proprietate lunari, ſequenti capitulo ibi: A luna. Tertiò à ſpecie ſtellarum ibi: Species cęli. Prima adhuc in tres, quia primò de ſole dicere incipit, ſecundò ad magnificandum Deum procedit, ibi: Nonne dominus. tertiò propoſitum de ſole reſumit in principio ſequentis cap. Circa primum per modum præfationis dicit: Memor ero igitur &c. per quæ poteſt aliqualiter cognoſci.*

m Et quæ vidi annuntiabo in ſermonibus. *iungatur ſic litera: Et opera eius magnifica. Quæ vidi in ſermonibus domini, ideſt in ſcripturis ſacris diuinitus reuelatis. Annuntiabo, vt audientes notitiam aliquã habeant de poteſtate diuina.*

n Sol illuminans per omnia reſpexit. *ideſt omnia viſibilia fecit: nam ab eo illuminantur corpora cęleſtia & terreſtria. propter quod dicitur pater virorum deorumq;. 2. de Anima.*

a Cogno

## NICOL. DE LYRA.

a Et de multa. *ideſt nimis dura.*

b Diſciplina filiorum &c. *per quam efficiuntur fugitiui.*

c Et ſeruo peſſimo &c. *i. vſq; ad effuſionem ſanguinis notabilem verberare. hoc enim eſt ſignum crudelitatis nimiæ: propter quod Plato ſeruum ſuum delinquẽtem in perſona propria noluit flagellare, ſed eius correptionem commiſit alteri, ne ipſe modum excederet, & notaretur de crudelitate. In omnibus enim dictis homo faciens ea, redditur prædicto modo confuſibilis.* *Plenniſmã ſuetnoinem animaduerſio.*

d Super mu. *Hic ex prædictis infert quadam correlaria: licèt enim homo debeat vitare notam confuſionis, vt dictum eſt, non tamen propter hoc debet omittere rerum ſuarum diligẽtem cuſtodiam, etiam ſi propter hoc aliquis irrationabiliter dicat ipſum de alijs nimis diffidẽtem. Et quoniam inter cætera vxor eſt magis cuſtodienda, dicit: Super mulierem nequam. i. laſciuam & petulantem, vel bona mariti ſui diſſipantem.*

e Bonum

a Et



A a *Cogno. enim.* Quia omnes ætates mundi preſentes ſunt ei, apud quẽ nihil præteritum, nihil futurum eſt, ipſe ſolus reuelat myſteria, qui ſcit ſingulorum corda, qui omnes cogitatus & ſermones inſpicit. Omnia enim nuda & aperta ſunt oculis eius.

b *Magnalia ſapientiæ.* Quando prophetis. ſ. & apoſtolis ſacramentum conſilij ſui abſconditum à ſeculis & generationibus fidelibus reuelauit. Ipſe enim eſt ante omnes & poſt omnes, cui nihil additur, nihil minuitur.

c *Et tan. ſcin.* Tanquam ſcintillam in opera Dei conſideramus, quia vix paruam notitiam inde percipimus.

d *Omnia dupli.* Ita ordinauit Deus omnia, vt quæ ſibi videntur eſſe contraria, conueniant, vt elementa, vel quatuor tempora.

## NIC. DE LY.

a Et gloria domini plenum eſt opus eius. *nam potentia Dei glorioſa relucet in ſolis operibus, quæ ſunt, illuminare cætera corpora, renouare terram herbis & floribus, terræ naſcẽtia folijs & fructibus, & ſic de alijs eius effectibus.*

b Nonne dominus fecit ſanctos. *Hic conſequenter procedit ad Dei magnificentiam, dicens: Nonne dominus fecit ſanctos ſu. ſcilicet prophetas.*

c Enarrare omnia mira. ſua. *eis reuelata. nã tales reuelationes fiunt ſanctis, vt per eos alijs manifeſtentur ad gloriam conditoris.*

d Quæ confirmauit do. omnipo. *implendo quæ prædixit per prophetas.*

e Stabilis in gloria ſua. *quaſi dicat, licèt faciat mutabilia, tamen propriè ipſe eſt immutabilis omnino.* *†quam*

f Abyſſum. *i. diabolum.*

g Et cor hominum. *quod alijs eſt ignotum.*

h Inueſtigauit. *i. perfectè cognouit.* B

i Et in aſtutia eorum. *i. malitia, fraude, & voluntate iniqua.* *†obaudiũt*

K Excogitauit. *ex illis eliciendo bona.*

l Cognouit enim do. omnem ſcientiam. *creatam & increatam.*

m Et inſpexit in ſignum eui. *ſimul intuens decurſum totius mundi. ideo ſubditur,*

n Annuntians quę pręterierunt & quę ſuperuentura ſunt. *Per Moyſen enim annuntiauit creationem mundi præteritam, Gen. 1. & per ipſum & alios prophetas denuntiauit multa futura, vt patet eorum ſcripturas intuendo.* *†Et quis ſatiabitur videns gloriam eius. †confirmabit fortitudinem eius.*

o Reuelans veſtigia occultorum &c. *per ſimilitudines impreſſas mẽtibus prophetarum, & reuelãs intellectum figurarum veteris teſtamẽti.*

p Non pręterit illum omnis cogitatus &c. *Ideſt nullus cogitatus hominis, angeli, dæmonis latet eum.*

q Magnalia ſapientię ſuæ decorauit. *i. decora oſtendit per decorem ſuorum effectuum, vt ſolis, & lunæ, & ſtellarum.* C

r Quæ eſt ante ſeculum &c. *licèt enim effectus diuinæ ſapientiæ ſint temporales, ipſa tamen eſt æterna.*

& gloria dñi plenũ eſt õpus eius. Nonne dñs fecit ſanctos ẽnarrare omnia mirabilia ſua, quę cõfirmauit dñs omnipotẽs ſtãbilis in gloria ſua? Abyſſum & cor hominum inueſtigãuit, & in aſtutia eorũ excogitauit. Cognouit enim dñs omnem ſcientiam & inſpexit in ſignũ æui, annuntians quæ præterierunt, & quæ ſuperuentura ſunt, reuelans veſtigia occultorum. Non præterit illum omnis cogitatus, & non abſcondit ſe ab eo vllus ſermo. Magnalia ſapiẽtiæ ſuæ decorauit, quæ eſt ante ſeculũ & vſq; in ſeculũ, neq; adiectũ eſt, neq; minuetur, & non ẽget alicuius conſilio. Quàm deſiderabilia oĩa opera eius, & tanq̃ ſcintilla †quæ eſt conſiderare. Omnia hæc viũunt, & manent in ſeculũ, & in õmni neceſſitate omnia †obediũt ei. Omnia duplicia, vnum contra vnum, & nõn fecit quicq̃ deeſſe. Vniuſcuiuſq; confirmabit bona. † Et quis ſatiãbitur videns gloriam eius?

Interlinear: a ¶Quam magnificata ſunt opera tua domine. omnia in ſapientia fecisti. — a ¶Quæ ſ. hominibus patent, per ſanctos reuelata. vnde: In labijs meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui. — a ¶Semper idem. — ¶Profunditatem conſiliorum Dei. — a ¶Scrutans corda & renes. — a ¶Quis conſiliarius eius fuit. ¶Quia perfecta. vnde: Perfecti ſunt cæli & terra & omnis ornatus eorum. — a ¶Creatori cui nihil perit, cui omnia præſentia antequam eſſent. — a ¶Quia in voluntate eius vniuerſa ſunt poſita. — a ¶Nihil deeſt diuinæ rei publicæ. — a ¶Secundum quod vtilia ſunt. — a ¶Qui edunt me adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitient.

s Neq; adiectum eſt, neq; minuetur. *diuina nanq; ſapientia minui non poteſt, nec augeri, quia eſt infinita.*

t Quam deſidera. om. ope. eius. *ſ. ad cognoſcendum. Q. d. diceret, valde, vt patet per humanum deſiderium ad ſciendum ipſa 1. Metaph. Omnes homines natura ſcire deſiderant.*

u Et tanquam ſcin. quę eſt con. *i. valde bonum eſt conſiderare, q hæc opera diuina licèt ſint mirabilia: tamen non ſunt niſi quædã modica ſcintilla bonitatis & excellentiæ diuinę.* *Philoſophus*

x Omnia hæc viuunt & manent in ſe. *Omnes enim creaturæ viuunt in Deo, quoniam per modum intelligibilem ſunt in eo. ideo dicitur Ioh. 1.a. Quod factum eſt in ipſo, vita erat, ſ. ab æterno, & ſic ſunt ibi permanentes.*

y Et in omni ne. *i. quando eſt vtile.*

z Omnia obediunt ei. *i. effectu, quia creatura meritò obedit creatori.*

a Omnia dupli. *hoc apparet ſenſibiliter in elementis, quorum quodlibet habet duplicem qualitatem, loquendo de qualitatibus actiuis & paſſiuis. Terra nanq; frigida eſt & ſicca, & per frigiditatem cõuenit cum aqua, & per ſiccitatem ei opponitur. ideo ſubditur,*

b Vnum con. vnum. *quia per vnam qualitatem ei contrariatur. Similiter eſt de aqua reſpectu aeris: quia aqua frigida eſt & humida, & per humiditatem cõuenit cum aere, & per frigiditatem ei cõtrariatur. Et ſimiliter eſt de aere reſpectu ignis. nam aer calidus eſt & humidus, & per caliditatem conuenit cũ igne, & per humiditatem ei contrariatur. nam ignis calidus eſt & ſiccus. Licèt autẽ in corporibus cęleſtibus non ſit contrarietas propriè, cum ſint incorruptibilia, tamen eſt ibi quædam oppoſitio & conuenientia. Conueniunt enim inquantum ſunt omnia ſpherica, & eſt ibi quædam oppoſitio inquantum mouentur ab oriente in occidentem motu diurno, & econtrario ab occidente in orientem motu proprio.* D *Elementorũ oppoſitiones & contrarietates.*

c Et non fe. quic. *i. non fecit aliquod imperfectũ, quia Dei perfecta ſunt opera, Deu. 32.*

d Vniuſcuiuſq; con. *quia ſicut eſt autor omnis boni, ita & eius conſeruator. ideo ſequitur,*

e Et quis ſatiabitur videns gloriam eius. *id eſt excellentiam ſuæ maieſtatis relucentem in ſuis creaturis, quaſi diceret nullus: quia quantò quis magis cognoſcit eum per creaturas, tantò magis accenditur ad ipſum amplius cognoſcendum quouſq; perueniat ad cognoſcendum eum facie ad faciem: in quo conſiſtit humanæ cognitionis terminus, & vera beatitudo. Iohan. 17.a. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum &c.*

## GLO. ORD. CAP. XLIII.

a Altitu. &c. Pulchritudo firmamenti per claritatẽ ſyderũ, potentiã oſtendit creatoris: ſed magis decor eccleſiæ in virtutibus & miraculis ſanctorum excellentiam manifeſtat redemptoris, qui ſplendore ſuo illuſtrat credentes, & ardore iudicij puniet peccatores. Vnde ſubiungit: Sol in aſpectu &c.

b *Et in con. &c.* Nullus corporeis oculis diuinitatis ſplendorẽ poteſt ſufferre. Vnde: Nõ videbit me homo, & viuet.

c *Fornacem cu.* Quia ſuperbos pro cogitatione locutione, & operatione mala, excruciat æterna flamma. *Iſa. 33.d*

a Et

## NICOL. DE LYRA. CAP. XLIII.

Altitudinis fir. *Hic reſumit propoſitũ de ſole ad declarationem magnitudinis diuinæ, di.*

a Alti. *i. cęlum ſydereum comprehendens ſub ſe orbes ſeptem planetarum, quod dicitur eſſe cęlum altitudinis, eò q eſt altius cælo aereo.*

b Pulchritudo eius. *eſt effectiuè.*

c Sol

c Sol in a. *quia ſuo lumine illuſtrat alia luminaria cęli ſyderei. iõ ſubdit*

d Species cæli in viſione gloriæ &c. *ideſt valde gratioſa & admirabili. Nec intelligitur hoc de viſione vera & beatifica, ſed de viſione ſolis materialis, quæ eſt valde pulchra: & ſic dicitur ſpecies cęli, ſicut nobilior & ſapientior ciuis dicitur ſpecies & decor ciuitatis.*

## CAP. XLIII.

Altitudinis firmamẽtum, pulchritudo eius eſt ſpecies cœli in viſione gloriæ. Sõl in aſpectu annuntiãns in exitu, vãs admirabile opus excelſi. In meridiano exurit terram, & in conſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere? Fornacẽm cuſtodiẽs in operibus

Interlinear: a ¶In præſentia incarnationis. — a ¶Regnum Dei. b ¶Verbum caro factum eſt. — a ¶Quia ſupplicia gehennæ præparat peccatoribus.

e Annun. in exitu. *i. in ſuo occaſu, quãdo exit de hemiſperio noſtro. tunc enim apparent alia luminaria cęli, quæ non apparebant ante propter præſentiam maioris luminis ipſius ſolis. Et hæc apparitio dicitur annuntiatio*

f Vas admira. *eſt ipſe ſol, quia continet in ſe virtualiter varios effectus, qui fiunt in elementis formaliter.*

g Opus excelſi. *quia factus eſt per creationẽ, quæ eſt opus ſolius Dei.*

h In meri. exuri. ter. *quia tunc cauſat intenſiorem calorem.*

i Et in conſpe. ar. eius. *quãdo rectè ſuper terram cadunt radij eius.*

K Quis poterit ſuſtinere. *quaſi diceret nullus homo. Nam in zona torrida non ponitur aliqua habitatio humana, quia ſol tranſiret ſuper capita eorum. ideo ſubditur: Fornacem cuſtodiens.*

 a Tri-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Et in ſer.* Myſticis verbis ſuperborum ludit intellectum: vnde: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei.

Luc.8.b b *Feſtinauit &c.* Cum in prædicatione euangelij præparata eſt via ſalutis & aditus regni cęleſtis.

Iune prop. ptea ec. c *Et luna &c.* Poſtquam de ſole diſputauit, diſputat de luna: quia Chriſtum ſequitur eccleſia, & ab ipſo illuminatur ſicut à ſole luna. Quia dicit lunam oſtenſionem temporis, & ſignum æui, & diei feſti ſignat, quia ipſa menſtruis defectibus, & currendo per zodiacum, ſeriem annorũ & ætatem mundi demonſtrat: quia Hebręi temporis computum, & anni tranſitũ ſecundum curſum lunæ metiebantur. Qui primum menſem quo exierũt de Aegypto ſolẽnitate paſchæ honorauerunt, & neomenias ſingulorum menſium celebrauerunt, & oẽs menſes à lunę vocabulo (quod eſt Lamin) nominauerunt. Vnde menſis ſecundum nomen eius, menſis quoq; à menſura, vel à luna (quæ Græce dr̃ Mene) apud Latinos appellatur, quia menſes ſecundũ curſum lunæ computabant. Primum menſem nouorum in quo paſcha celebratur, Niſan appellãtes, qui propter multiuagum lunæ curſum, nunc in Martium, nũc in Aprilem incidit, nũc aliquot dies Maij occupat, ſed rectius aprili deputatur: quia in ipſo, vel incipit, vel deſinit, vel totus includitur.

d *Luminare quod &c.* Luna non habet natiuum ſplendorem, ſed à ſole accipit. ſic & eccleſia a Chriſto, quæ in perſecutione videtur minui, ſed in parte clareſcit: creſcit enim mirabiliter in conſummatione.

e *Vas ca. &c.* Quia in ipſa conſiſtit multitudo fidelium, quæ in firmamento veritatis & diuinæ prædicationis per totum orbem glorioſè reſplendet.

f *Species cæli &c.* Omnis eccleſiæ, ſanctorũ plenitudo, quos Deus excelſus ordinauit, vt prędicatione euangelij illuſtrarent. Hi in verbis ſancti, & in doctrina veræ fidei permanentes, expectant iudicium Dei.

Luc.12.d Ioan.12.e g *In verbis ſa. &c.* Quia in patiẽtia ſua poſſident animas præcincti lumbos, & lucernas tenentes in manibus ſuis, expectant dominum ſuum, quando reuertatur a nuptijs.

Pſal.7.d h *Vide ar.* Scriptum veteris vel noui teſtamenti. Vnde: Arcum ſuum tetendit, & parauit illum. Hic fidelibus ſuaue iugum oſtenditur, contumacibus arma terribilia.

i *Gyra. ce. &c.* Quando per virtutem & ſapientiam Dei, id eſt Chriſtum, vetus & nouum teſtamentum conditum eſt. Iſa.40.b vnde: Os domini locutum eſt hæc.

k *Et confracti ſunt &c.* Doctores qui terram humani cordis irrigant, & tempeſtatẽ increpationis in ſe gerunt, & in tẽpore effundunt & confringunt lapides grandinis, increpando ſcilicet duritiam praui cordis, ne lapident vitale gramen.

a *Aſpirauit*

ardoris. Tripliciter ſol exurens montes, radios igneos exufflans, & refulgens radijs ſuis obcæcat

a ¶Diſpenſatione ſcilicet incarnationis, vt ſuperbi confunderentur, humiles ſcientia Dei exaltarentur

oculos. Magnus dñs, qui fecit illũ & in ſermonibus eius †feſtinauit iter. Et luna in omnibus in tẽpore ſuo, oſtenſio temporis & ſignum æui. A luna ſignũ diei feſti, luminare quod minuitur in cõſummatione. Menſis ſecundum nomen eius eſt creſcens mirabiliter in cõſummatione. Vas caſtrorum in excelſis, in firmamẽto cęli reſplendens glorioſè. Species cęli, gloria ſtellarum, mundum illuminãs in excelſis dñs. In verbis †ſancti ſtabunt ad iudicium, & non deficiẽt

¶ Arcum poſuit Deus in ſignum, quia vltra aquis diluuij non perdet mundum.

in vigilijs ſuis. Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum. Valde

a ¶Quia ſcriptura præclara eſt in ſenſu.

ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. Gyrauit cęlũ in circuitu glorię ſuæ:

a ¶Quia ſupernis & infimis narrat ſufficienter

manus excelſi aperuerunt illum.

a ¶Ideſt pendulis frigidos ad iu... nitorem. b ¶Frigida corda prauorum. Vnde: Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

Imperio ſuo accelerauit niuem, &

a ¶Terrores iudicij vel virtutum miracula.

accelerat coruſcationes emittere

¶Mundo.

iudicij ſui. Propterea aperti ſunt

a ¶Sicut in conuerſione Pauli. ¶In vijs. b ¶Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant.

theſauri, & euolauerũt nebulæ ſicut aues. In magnitudine ſua poſuit nubes, & cõfracti ſunt lapides grãdinis. In cõſpectu eius cõmoue

i In tem. ſuo. *ideſt in ſuo curſu.*

k Oſtenſio tem. *Tempus enim communiter magis mutatur ſecundum eius curſum. Vnde nouilunium vulgariter dicitur tempus nouum.*

l Et ſignum æui. *ideſt ætatis mundi, quia Iudæi durationem mundi cõputant per annos lunares, vt exponunt aliqui: ſed hoc eſt falſum, vt oſtendi ſuper Dan. ca. 9. & ideo dicitur ſignũ æui: quia per eius motum numerantur menſes apud Hebræos, de quibus fuit autor iſte. Duratio verò mundi non ſolum currit per annos, ſed etiam per menſes.*

m A luna. *ſupple accipitur.*

n Signum diei feſti. *i. paſchæ, quod feſtum celebrari præcipitur Exo. 12. decima quarta luna primi menſis, incipiendo à veſpere, & feſti neomeniæ, quod celebrari debet apud Hebræos in principio cuiuslibet lunationis.* † feſtinat

o Lumi. quod mi. in con. *ſui curſus, qui terminatur in coniunctione cum ſole.*

p Menſis ſecundum nomen eius. *nam cum exit à ſole, incipit nouus menſis.*

q Creſcens mirabiliter in con. *ideſt vſq; ad plenilunium.*

r Vas caſtrorum in excelſis &c. *Sicut enim ordo ſtellarum nominatur militia celi in pluribus locis veteris teſtamenti, ita dicitur hic caſtra. In hoc autem ordine ſiue caſtris luna poſt ſolem tenet locum principalem.*

s In firmamento cęli re. *præ cæteris ſtellis, Vnde Gen. 1. Sol & luna dicuntur duo luminaria magna.*

t Species cęli glo. &c. *Hic conſequenter ex ſtellis declarat immenſitatem diuinæ magnitudinis, dicens: Species cœli gloria ſtellarum. id eſt claritas ſtellarum eſt ſpecies ſiue pulchritudo cœli, ſicut patet de nocte ſerena. ſ. cum ſtellis cœlum ornatum eſt. Et dicitur hæc claritas gloria: quia gloria, à claritate deriuatur, dicta quaſi claria. c, mutato in g. Vnde dicit Tullius, quod Gloria eſt clara cum laude notitia.* † ſanctis Tullius

u Mundum illuminans in excelſis dominus &c. *q. d. licèt ſtellæ cęli ſint tam pulchræ, tamen non ſunt latria venerandæ, quod tamẽ faciebant aliqui Gentiles: ſed ſolus Deus eſt latria colendus, qui eſt principalis mundi illuminator, nam ab eo procedit claritas ſolis, & ſtellarum.*

x In verbis ſancti ſtabunt ad iudicium. *id eſt ſtellæ in iuſſu Dei qui eſt ſanctus ſanctorũ, ceſſabunt à motu tempore iudicij, completo numero electorum, ad quem finaliter ordinatur motus earum.*

y Et non defi. *vſq; ad tempus iudicij.*

z In vigilijs ſuis. *ideſt in exercitio ſui motus ad continuationem generationis.*

a Vide arcum &c. *Hic conſequenter declaratur diuina magnificentia ex his quæ fiunt in elementis. Et primò in aere, ſecundò in aqua, ibi: In ſermone eius. In prima tanguntur plures impreſſiones notabiles, quæ fiunt in aere, inter quas primò tractat de iride, dicens: Vide arcum &c. i. conſidera eius apparitionem mirabilem.*

b Et benedic eum qui fe. *nã in infinitum eſt pulchrior & mirabilior.*

c Valde ſpecioſus eſt. *iris.*

d In ſplendo. ſuo. *ideſt in coloribus ſuis, quia reſplendent in nigredine nubis ſicut in ſpeculo.*

e Ma. ex. &c. *i. fecerunt ipſum apparere in ſignum fœderis inter ipſum & terram, quod de cætero non perderet aquis diluuij omnem terram, Gen. 9. c. Tractare tamen de coloribus iridis & figura magis diſquiſitè pertinet ad librum Meteororum, & ſimiliter de ſequentibus impreſſionibus.*

f Impe. ſuo. &c. *Hic conſequenter tractat de niue, nubibus, coruſcatione, grandine, & terræ motu, dicens: Imperio ſuo accelerauit niuẽ &c. ideſt celeriter deſcendere fecit eam. Quæ cauſatur ex exhalationibus humidis antequam reſoluantur in aquam congelatis. & dicitur; Accelerauit, quia in omnibus effectibus Deus eſt agens principale.*

g Et accele. &c. *coruſca. emittere, quia celeriter imò in inſtanti apparent à longe.*

h Iudicij ſui. *Dicuntur autem coruſcationes iudicij diuini, quia procedunt in effectu ſecundum iudicium ſuæ ſapientiæ.*

i Propterea. *ideſt ex eodem iudicio.*

k Aper. ſunt. *i. occultæ cauſæ impreſſionum huiuſmodi.*

l Et euo. *i. nubes tenues, quę à vento motæ per aerem videntur volare.*

m In magnitudine ſua. *ideſt in virtute ſuæ poteſtatis.*

n Poſuit nubes. *ideſt diſpoſuit.*

o Et confracti ſunt la. *quando reſoluuntur in aquam. Sunt autem grandines guttæ pluuiæ à frigore congelatæ in deſcenſu à nube.*

p In conſpe. eius commo. *vt patet in terræmotu, qui aliquando fit*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Tripliciter ſol ex. mo. *ſcilicet citius, eò quod in ortu ſuo percutit capita montium, & diutius, quia vſque ad occaſum: & breuius, quia radius ſolis percutiens capita montium breuior eſt quàm radius deſcẽdens ad profunda vallium.*

b Radios igneos. *non formaliter, ſed effectiuè.*

c Exufflans. *ideſt emittens.*

d Et refulgens radijs ſuis obcæcat oculos &c. *quia non poteſt conſpici ab hominibus oculis irreuerberatis. Et ex dictis concluditur magnitudo diuinæ maieſtatis, cum dicitur,*

e Magnus dominus. *Excedit enim improportionabiliter omnem effectum ſuum cum ſit cauſa æquiuoca.*

f In ſermo. eius &c. *ideſt ex ordinatione Dei.*

g Feſtinauit iter. *i. curſum ſuum, nam in vna die naturali circuit cęlũ.*

h Et luna &c. *Hic conſequenter ex proprietatibus lunæ declaratur magnitudo potentiæ diuinæ, cum dicitur: Et luna in omnibus. ideſt apud omnes gentes.*

i In

¶ ex cau-



a *Aſpirauit nothus.* Qui & auſter, ventus calidus qui aquas frigore concretas calore ſuo diſſoluit. Hæc eſt gratia ſpiritusſancti, quæ delicti mortalis gelu conſtricta, calor diſpergit. Aſpirante ergo notho. i. per prædicatores ſtatum doctrinæ emittente ſpiritusſancto, commouentur montes. i. poteſtates ad Chriſtiani nominis perſecutionem, & aliquando ad pœnitentiam.

b *Tempeſtas.* Varia tentamenta per malignos ſpiritus Deus irrogat, vt feruorem fidei, & dilectionem frigeſcere faciant.

Sal ſterilitatem facit. c *Sicut ſa.* i. ſterilitatem. vbi enim ſal ſpargitur, ſterilitas ſequitur. Diabolus verò per frigus infidelitatis, terrena corda ad bona opera ſterilia facit.

d *Qui naui.* Multa ſunt ad literam pericula maris, & ibi mirabilia Dei opera in varijs beſtijs. ſicut naturaliũ rerum ſcriptores tradiderunt, vnde: Pſal. 103.e Hoc mare magnum & ſpatioſum: illic reptilia quorũ &c. In mari quoque huius mundi ſunt multa mõſtra dæmoniorum, & multæ eorum inſidiæ. † candoris

e *Multa dici.* Omnis eloquentia deficit in comparatione eius, nec ſufficit virtutem eius enarrare.

a Ne

¶Superbi. ¶Vel bit.

montes, & in voluntate eius aſpira-

a ¶Prædicatio ſuperni terroris, quo terrena corda paſcuntur. b ¶Increpando vitia.

uit nothus. Vox tonitrui eius ver-

¶Vel bit. a ¶Diaboli.

berauit terram, tempeſtas aquilonis, & congregatio ſpiritus: & ſicut

a ¶Propter elationem. b Ad ſedendum aſpergit niuem cum frigore malitiæ ſedem ſibi parat.

auis deponens ad ſedendum aſper-

a ¶Quia omne viride & fructiferum deuaſtare contendit.

git niuem, & ſicut locuſta demer-

a ¶Quia transfigurat ſe in angelum lucis.

gens deſcenſus eius. Pulchritudinem †coloris eius admirabitur ocu

a ¶Quando apertas perſecutionum procellas mouet. ſi enim decipere nequit, aperte ſæuit.

lus, & ſuper imbrẽ eius expaueſcit

a ¶Frigus infidelitatis. b ¶Sterilitatem.

cor. Gelu ſicut ſalem effundet ſu-

a ¶Procella.

per terram, & dum †gelauerit fiet

a ¶Aſperrimas vitiorum ſpinas.

tanquam cacumina tribuli. Frigi-

a ¶Diabolus. b ¶Procella. c ¶Suggerendo. d ¶Paulatim frigore perfidiæ.

gidus ventus aquilo flauit, & gela-

a ¶Prædicator induratus. vnde: In ſimilitudinem lapidis aquæ durantur. b ¶Hæc ante aduentum Chriſti cum pene totus mundus ſeruiebat idolis.

uit cryſtallus ab aqua. Super omnẽ

a ¶Populorum. b ¶Declaratus in malis.

congregationem aquarum requieſcet, & ſicut lorica induit ſe aquis.

a ¶Habet diabolus milites ſuos contra milites Chriſti.

a ¶Quaſi cibum delectabilem. b ¶Superbos. c ¶Mentibus infidelitate gelatis. d ¶Igne cupiditatis.

Et deuorabit montes, et exuret de-

a ¶Deſertores veritatis. b ¶Virorem & germen virtutum.

ſertum, & extinguet viride ſicut

a ¶Vitiorum. b ¶Salus humani generis. ¶Incarnationis Chriſti & doctrina eius ſcilicet ſupernæ gratiæ.

ignem. Medicina omnium in feſti

a ¶Aſcendet dominus ſuper nubem leuem, & ingredietur Aegyptum.

natione nebulæ. Et ros obuians ab

a ¶Diabolicæ perſecutionis. b ¶Humiliabit ſ. ſuperbiam diaboli.

ardore venienti humilem efficiet

a ¶Euangelico. b ¶Mitigabitur ſ. perſecutio.

eum. In ſermone eius ſiluit ventus.

a ¶Sapientia. b ¶Profundam ſ. perſecutionem.

Et cogitatione ſua placauit abyſſũ,

a ¶Omnia per ipſum facta ſunt.

& plantauit illum dominus Ieſus.

Qui †nauigant mare, †enarrant pericula eius, audiẽtes auribus noſtris

a ¶Quia fluctus compeſcit & dæmonum monſtra.

admirabimur. Illic præclara opera

a ¶Ne tradas beſtijs animas confitentium tibi.

& mirabilia, varia beſtiarum genera, & omniũ pecorum, & creatura

¶Alias beſtiarum. a ¶Chriſtum.

beluarum. Propter ipſũ confir-

a ¶Conſummatus. ¶Tranſeuntium rerum ordo, & terminus ſeculi: Ipſe eſt enim principium & finis.

matus eſt itineris finis, & in ſermone eius cõpoſita ſunt omnia. Multa dicimus, & deficimus in verbis:

glacies indurata per plures annos.

s Super omnem congregationem aquarum requieſcet. *frigiditas venti aquilonaris, quia facit aquas in ſuperficie congelari.*

t Et ſicut lorica induit ſe aquis. *Aquæ enim in ſuperficie congelatæ ad modum veſtimenti operiunt frigiditatem deſubter latentem.*

u Et deuorabit montes. *i. terrænaſcentia in montibus.*

x Et exuret deſertum. *i. viridia, quę ſunt in deſerto. Ideo ſubditur:*

y Et extinguet viri de. *i. deſtruet.*

z Sicut ignem. *ſic habent hic libri correcti. i. ſicut comburetur ab igne. Sed quoniam ſicut ventus aquilonaris facit terram ſterilem, vt dictum eſt, ſic econtrario ventus auſtralis qui eſt calidus inducens pluuiam & rorem, fœcundat terram. ideo ſubditur:*

a Medicina omnium. *ſ. exuſtorum per ventum aquilonarem.*

b In feſtinatione nebulæ. *quæ per ventum auſtralem adducitur, & in pluuiam terræ fœcundatiuam conuertitur. Sed quia auſtro flante fit aliquando calor nimius, & terræ naſcentium impeditiuus. Ideo ſubditur remedium, cum dicitur:*

c Et ros ob. *dicto calori.*

d Ab ardo. *ideſt cauſato à ſole & vento auſtrali.*

e Humilem efficiet. *i. temperabit caloris exceſſum.*

f In ſer. eius. *Hic ex effectibus qui fiunt in aqua declaratur excellentia diuina, cum dicitur: In ſer. eius. ſ. Dei.* † flauerit

g Siluit ven. *vt patet Ionæ. j. & Matt. 8. Marc. 4. Luc. 8.*

h Cogita. ſua. *i. voluntate ſua.*

i Placauit. *id eſt oceanum ab eius commotione.*

k Et planta. *i. Deus qui eſt ſaluator omnium.*

l Ieſus. *Ieſus enim interpretatur ſalus. Autor enim huius libri qui fuit Hebræus, licèt ſcripſerit hunc librum Græcè, interſeruit tamen hic nomen Hebraicum. Plantauit autem Deus oceanum, quando congregauit aquas, quæ ſub cœlo ſunt in locum vnum. Gen. 1.*

m Qui nauigant ma. *ſic habent libri correcti.*

n Enarrant pericula. *quæ ſunt valde multa.*

o Et audien. aur. noſtris admirabi. *quia talia non vidimus.*

p Illic præ. opera. *diuinæ virtutis declaratiua.*

q Varia be. &c. *nam ſunt ibi piſces animalibus terreſtribus ſimiles in figura.*

r Et crea. &c. *i. monſtruoſarum piſcium, ſicut ſunt balenæ & huiuſmodi.*

s Propter ipſum. *ſcilicet oceanum reſtringendum.*

t Confirmatus eſt &c. *i. poſitus eſt terminus à Deo, vltra quem non progreditur ſuper aridam. Iob 38. a. Quis concluſit oſtijs mare. Sequitur: Circundedi illud terminis meis, & poſui vectem & oſtia. & dixi: vſq; huc venies, & non procedes amplius &c.* † enarrat

u Et in ſermone eius. *Dei.*

x Compoſita ſunt. *ideſt diſpoſita in pondere, numero, & menſura, vt dicitur Sapien. 11. d.*

y Multa dici. *Hic conſequenter ponitur concluſio intenta, ſcilicet quòd licèt ex creaturis aliquã cognitionem habeamus de Deo, illa tamen eſt valde imperfecta, ideo quicquid dicere aut cogitare de Deo poſſumus, in infinitum deficit ab eius excellentia, propter quod ipſum laudare & glorificare debemus quantum poſſumus. Dicit igitur: Multa dicimus. de Deo & eius effectibus.*

z Et deficimus in verbis. *Nam eius excellentia eſt comprehenſibilis à nobis, & per conſequens inenarrabilis. vnde dicitur ſexta propoſitione de cauſis. Prima cauſa ſuperior eſt omni narratione, & non deficiunt linguæ à narratione eius, niſi propter narrationẽ eſſe ipſius, quoniam eſt ſuper omnem cauſam, & nõ narratur niſi per cauſas ſecũdas, quæ illuminãtur à lumine cauſæ primæ.* Prima cauſa.

## NIC. DE LY.

¶ *ex cauſa naturali. ſ. ex exhalationibus calidis & ſiccis in terræ viſceribus incluſis. Aliquando verò ex ſupernaturali, ſicut fuit in deuoratione Dathan & Abiron à terra, vt habetur Num. 16. Et orantibus Apoſtolis, locus in quo congregati erant motus eſt. Act. 4.*

a Et in volunta. &c. *i. flabit.*

b Nothus. *i. auſtralis ventus.*

c Vox tonitrui. *Hic agit de tonitruo, & cũ hoc reſumit de niue & quibuſdam alijs, dicens: Vox tonitrui. impellendo aerem vſq; ad ipſam. Sic enim in proiectione lapidis intra aquam fiunt quædam gyrationes aquę, & vna pars impellit aliam vſq; ad locum remotum. Sic in formatione ſoni quæ eſt ex percuſſione aeris vna pars aeris impellit aliam vſque ad locum vbi terminatur auditus, vt habetur 2. de ani. Et accipitur hic vox tonitrui largè pro ſono. quia vox propriè non eſt niſi animatorum.*

d Tempe. aqui. *ideſt quæ procedit ab aquilone.*

e Et congrega. ſpiri. *i. venti, qui cauſant tempeſtatem: ſupple omnia hæc ſunt à Deo autore. Reſume. ſ. Verberauit terram, affligendo habitantes ſuper eam.*

f Et ſicut auis. *alas ſuas.*

g Ad ſedendum. *ſuper arborem.*

h Aſpergit niuem. *faciens eam requieſcere ſuper terram.*

i Et ſicut locuſta &c. *i. ſuper viridia deſcendens ad corrodendum.*

† nauigat k Deſcenſus eius. *ſ. niuis cuius floccelli deſcendunt in magna multitudine, ſicut locuſtæ.*

l Pulchritudinem coloris. *ſic habent libri correcti. Admirabitur oculus, & multò plus admirabilis eſt autor eius.*

m Et ſuper imbrem eius &c. *nam ex reſolutione ſubita niuium in aquam, frequenter contingit ſubmerſio hominum.*

n Gelu ſicut ſalem effun. &c. *Vocatur hic gelu pruina & grando parua, quæ habent quandam ſimilitudinem cum ſale in apparentia, & etiam ſicut ſal in aqua calida, ſic & prædicta liqueſiunt & reſoluuntur.*

o Et dum flauerit. *ventus reſolutiuus.*

p Fiet tanquam cacumina tribuli. *quæ ſunt alba & diſparent ad modicum flatum venti.*

q Frigidus. *Hic conſequenter tractat de vento aquilonari, dicens: Frigi. ven. a. per imperium Dei.*

r Et ge. cry. ab. *i. cryſtallus fit ex aqua congelata. Eſt enim cryſtallus glacies*

¶ a Conſum.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

a *Ne la.* Comprehendere quod eſt incomprehenſibile. Vnde non quæras opes ad quas pertingere non poſſis. E

## GLO. ORD. CAP. XLIIII.

L*Aude.* Moraliter diſputando Allegoriamq; & Anagogem in pleriſq; tangendo myſteria diuini ſacramẽti edidit. Nũc de ſanctis patrib^9^ narrare incipit.

c *Parẽ no.* Patriarchas, qui diuina locutione & viſione fruebantur, & prophetas qui ſpiritufancto repleti multa Chriſti & eccleſię myſteria præcinuerunt.

d *In teſta.* Hæc iuxta hiſtoriam de patriarchis, & prophetis accipiuntur, quorũ ſemen. i. Iſraelitæ, propter eorum merita & promiſſiones ſæpe de anguſtijs liberatũ eſt. Vnde Moyſes pro peccatis populi orans, Abraham Iſaac, & Iacob reducit ad memoriam, vt corũ meritis Deus placatus filijs peccantibus daret indulgentiam. Et patris Dauid meritum, filijs multo tempore ſeruauit regnum. Sed ſacratiore ſenſu, viri miſericordię ſunt apoſtoli & prædicatores noui teſtamenti, qui verbo euangelij & myſterio baptiſmi quotidie gignunt filios Dei, qui imitatores parentum ſuorum, exempla eorũ ſequuntur, quorũ corpora in ſpe reſurrectionis quieſcunt, quando ſemen bonorum operum cœleſti mercede compenſabitur.

†peruenietis. Multiù.

a *Enoch*

a ¶Perfectio ſicut & naturæ noſtræ conditor.

conſummãtio autẽ ſermonũ, ipſe eſt. In

a ¶Quid valet corporalis creatura de incomprehenſibili Deo diſputare.

omnibus gloriãtes, ad quid valebimus?

a ¶In cuius viſione vanitates ſunt poſita.

Ipſe.n. omnipotens ſuper omnia opera

a ¶Dominus excelſus terribilis ſuper omnes Deos.

ſua. Terribilis dñs & magnus vehemẽter, & mirabilis potẽtia ipſius. Glorificãtes dñm quantũcunq; potueritis, ſuperualebit adhuc & admirabilis magnificẽtia eius. Benedicẽtes dñm exaltate illũ,

a ¶Magnus dominus & lau. nimis. b ¶Humana.

quantũ poteſtis: maior eſt.n. omni laude.

a ¶Opere eius, vt poſſitis laudare.

de. Exaltãtes eum replemini virtute. Ne laboretis: non.n. †cõprehendetis. Quis

¶Digne.

videbit eũ, & enarrabit, & quis magnificabit eum, ſicut eſt †ab initio? Multa

a ¶Si vniuerſa attendimus.

abſcõdita ſunt maiora his. Pauca enim

a ¶Q hæc tamen confiteri debemus.

vidimus operum eius. Omnia autẽ dñs

a ¶Religioſe viuentibus. b ¶Cognitionem ſui quantum vtile nouit.

fecit, & piè agẽtibus dedit ſapientiam.

## CAP. XLIIII.

¶Quia plura.

L*Audemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. Multam gloriam fecit dñs magnificentia ſua à ſeculo. Dñantes in poteſta*

a Quia plures eorum reges ſcientiæ diuitijs abundantes, ſed maiori poteſtate ſeipſos regentes.

tib^9^ ſuis, homines magni virtute & prudentia ſua prædit, nuntiãtes in prophetis dignitatẽ prophetarũ, & imperantes in præſenti populo, & virtute prudẽtiæ populis ſanctiſſima verba. In † pueritia

a ¶Vt Dauid, & qui cum ipſo pſalmodiam cecinerunt.

ſua requirẽtes modos muſicos, & narrãtes carmina ſcripturarum. Homines di

a ¶Sicut Moyſes & Salomon, qui tabernaculum & templum vario colore ædificauerunt.

uites in virtute pulchritudinis ſtudium habentes, pacificantes in domibus ſuis. Oẽs iſti in generationibus gentis ſuæ

a ¶Merito prudentiæ & virtutis honorabuntur à ſubditis.

glõriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habẽtur in laudibus. Qui de illis nati ſunt,

a ¶Eorum ſcilicet exemplo inſtructi.

a ¶Voce ſimul & actione laudes eorum celebrauerunt.

reliquerunt nomẽ narrãdi laudes eorũ.

a ¶Impij. ſ. & peccatores. b ¶Scilicet malorum. vnde: Periit memoria eorum cum ſonitu. c ¶Opera. ſ. peccata ſunt in æterna damnatione.

Et ſũt quorũ nõ eſt memoria. Perierũt quaſi qui non fuerint, & nati ſunt, quaſi non nati, & filij ipſorum cũ illis. Sed illi

a ¶Qui miſericordiam domini meruerunt. b ¶Piæ actiones. c ¶In tribulationibus.

uiri miç ſunt, quorũ pietates non defuerũt. Et cũ ſeminẽ eorũ permanet bona hęreditas† & nepotũ ipſorũ ſemẽ ĩ teſta-

a ¶Dei cultoribus, qui quaſi nepotes & hæredes eorum religioſè viuebant. ¶Aliàs, perſeuerat.

†ſanctæ nepotes eorũ, & in teſtamentis ſtetit ſemẽ eorũ, & filij eorum

## NIC. DE LY.

a Conſum. &c. ip. eſt. *nam ipſe ſolus ſe comprehendit perfectè, & exprimit in verbo ſuo ſibi conſubſtantiali & coæterno.* F

b In om. glo. *quæ poſſumus ex creaturis cognoſcere.*

c Ad quid va. *ſ. attingere de diuina maieſtate. q. d. ad modicum valde. & ſubditur cauſa.*

d Ipſe e. omni. ſu. o. ope. ſua. *i. in infinitum tranſcendens ipſa, propter quod per ea de Deo cognoſcimus pauca.*

e Terribi. do. *i. ab omnibus timendus.*

f Et mag. ve. *quia magnitudinis eius nõ eſt finis. Pſal. 144. a.*

g Et mi. po. ip. *quia non poſſumus totaliter cognoſcere minimum effectum eius, ideo concluditur:*

h Glorifi. domi. *& patet vſq; ibi:*

i Exaltan. eum re. vir. *quia dat gratiam & virtutem laudantibus eum deuotè.*

K Ne labo. *ad cognoſcendum eum perfectè, quia hoc eſt impoſſibile.*

l Quis vidit eum. *ſicuti eſt.*

m Et enar. *Ad hoc reſpondetur, Ioh. 1. Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe vidit & enarrauit &c.*

n Multa. *Dei opera.*

o Abſcon. ſunt. *à nobis.*

p Maiora his. *ſ. ſole, & luna, & cæteris prædictis. nam omnes angeli qui ſunt in maximo numero, ſunt incogniti nobis. ideo ſubditur:*

q Pauca enim vi. *nam etiam de corporalibus maior pars eſt hominibus ignota.*

r Et pie agen. *i. ipſum colentibus. nam pietas eſt diuinus cultus.*

s Dedit ſa. *i. cognitionem diuinorum, quantum pertinet ad ſalutem.*

t Lau. vi. glo. *i. omni honore dignos. ſecundum commentatorem. 1. Ethic. Honor eſt reuerentia exhibita alicui in teſtimonium ſuæ virtutis, ſed ſi hoc fiat ſecretè vel coram paucis, ſic eſt honor tantum: ſi autem in palam & coram multis, ſic dicitur gloria.* Cõmẽtator. Diffinitio honoris.

u Et pa. no. in ge. *i. per generationẽ ſuã, ſ. carnalem quantum ad genitos ex eis, & ſpiritualem, quantum ad edoctos ab eis. Apud Hebreos enim de quibus fuit autor iſte, doctor alicuius habetur, ſicut pater eius. vnde dicit Apoſt. 1. Cor. 4. d. In Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui. i. per prædicationem euangelij.*

x Multam glo. *i. multa opera glorioſa.*

y Fe. do. *per viros iuſtos.*

z Magni. ſua. *i. largitate ſua.*

a A ſe. d. in po. ſu. *i. virtutibus proprijs à Deo ſibi tamen collatis. vnde filij Heth dixerunt ad Abraham, Gen. 23. a. Princeps Dei es apud nos.*

b Homi. ma. ver. *Tempore enim diluuij fuerunt homines magni corpore. ſ. gigantes, Gen. 6. ſed erant parui virtute aut nulli. nam erant moribus incompoſiti.* † à principio

c Et pru. ſua. *nam prudentia eſt auriga virtutum.*

d Nuntian. in prophe. *ideſt in prophetarum ſcripturis.*

e Dig. pro. *i. quæ debet exhiberi prophetis, & hoc verificatur de ſtudioſis in ſcripturis prophetarum, quales fuerunt plurimi de quibus infrà ſequitur:*

f Et im. in prę. *ſ. Dauid, Machabæi, & plures alij.*

g Et ver. pr. p. *ſupple nuntiantes.*

h In pue. *ſic habent libri correcti.*

i Requi. mo. *non ad diſſolutionem, ſicut patet de Dauid, qui laudes diuinas à ſua iuuentute canebat in cithara.* H

K Et nar. c. ſc. *i. pſalmos & cantica metricè compoſita.*

l Homi. di. in vir. *virtutes enim veræ diuitiæ ſunt: quia violenter auferri non poſſunt.*

m Pulchritu. ſtu. ha. *i. legis & prophetarum, quorum ſtudium eſt valde pulchrũ.* † peritia

n Pacifican. in do. ſu. *i. in familijs & hominibus ſibi ſubiectis.*

o Om. iſti in ge. gen. ſuę. *i. inter gentes generationis ſuæ.*

p Glo. *bonæ famę.*

q Ade. ſunt. *per opera ſanctæ vitæ.*

r Qui de il. *Hic conſequenter ponitur laus patrum in filijs ſuis. eſt. n filius de ſubſtantia patris. ideo laus patrum redũdat in filios, & ecõuerſo, dicit igitur: Qui de il. na. mores patrum imitantes.*

s Reli. no. *bonum.*

t Narran. lau. eo. *ad informationem morum, & per oppoſitum ſubdit de malis:*

u Et ſunt quo. non. *in bono.*

x Perie. qua. qui. *nihil boni poſt ſe relinquentes.*

y Et nati ſunt qua. *nam eorum natiuitas alijs non profuit, ſed magis nocuit.*

z Et fi. ip. *perierunt, eò ꝙ imitatores paternorum ſcelerum fuerunt.*

a Sed illi vi. mi. ſunt. *i. miſericordes, & Dei miſericordia digni.*

b Quorum pi. non. *aliàs defecerunt erga indigentes.*

c Et cum ſe. eo. per. bo. hæ. *i. promiſſionis terra, in qua manſerunt Iudæi quandiu ſeruauerunt mandata Dei. Vel hæreditas æterna, q̃ permanet in ſpe certa obſeruantibus diuina mãdata, & q̃ in promiſſione facta Abrahæ, Ge. 15. fuit principaliter intellecta, ſicut ibidem diffuſius declaraui.*

d Nepotum ipſo. ſemen in teſtamen. ſtetit. *Deo firmiter obediendo.*

## NIC. DE LYRA. CAP. XLIIII.

L*Audemus viros. Superius actum eſt de virtutibus ratiocinando, hic idem agitur exemplificando, quia hic ponuntur exẽpla patrum virtuoſorum, quę debemus imitari. & diuiditur in duas partes: nam autor primò ponit exemplum patrum. ſecundò gratias agendo terminat librum illum cap. 51. Prima in duas, quia primò commendat virtutes patrum generaliter. ſecundò ſpecialiter, ibi: Enoch placuit Deo. Prima adhuc in duas, quia primò commendat virtutes patrum in perſonis proprijs. ſecundò in eorũ filijs, ibi: Qui de illis nati ſunt. Circa primũ dicit:* G Diuiſio.

a Et filij



a *Enoch pla.* Non ab Adam, qui tranſgreſſus eſt, & de paradiſo eiectus eſt cœpit numerare patres, ſed ab Enoch qui ambulauit cum Deo, & translatus eſt in paradiſum: quia in hoc patet electio ſanctorum, qui de erumna ſeculi transferuntur ad quietẽ regni. Hic creditur venturus in fine mundi, vt det hominibus conſilium pœnitendi. A Gen. 5. c

b *Noe in.* Quando pereunte mundo diluuio reſeruatus eſt, vt pœnitentiã gentibus prædicaret, & exemplo demonſtraret, ꝙ qui Deo deuotè ſeruiunt, ab æterno interitu liberantur. Cum eo Deus pactum ſtatuit, ne vltrà perderet aquis diluuij omnem carnem. Significat autem rectores, qui inter fluctus ſeculi arcam. i. eccleſiam regunt, & prædicant baptiſmum pœnitẽtiæ orationibus & ſacrificijs Deũ placantes humano generi. †manens †ſup. 39. b

c *In car. e. ſa.* Vt ſignificaretur renouata natura noſtra per baptiſmum Chriſti poſt expoliationẽ veteris hominis.

d *Ideo iureiu.* Duplex eſt promiſſio Abrahæ. In arena maris exprimuntur ſteriles Iudæi. In ſimilitudine ſtellarũ, fideles Chriſtiani, qui reſurrectionis lumine coruſcabunt ſicut aſtra cęli. Heb. 17. a. Duplex promiſſio Abrahæ. Gen. 6. b

e *Et dedit illi hæ.* Gentilis populi, q poſterior ad gratiam fidei & baptiſmi regenerationem acceſſit, cui plenitudo paternæ benedictionis prouenit.

## GLOS. ORDINAR. CAP. XLV.

D*ilectus Deo &c.* Sequitur:

a *Ad præ-*

Gen. 17. a

menito ſtetit, & filiorũ ipſorum ſemẽ propter illos vſq; in æternũ †manet. Semen eorũ & gloria eorum nõ derelinquetur. Corpora

a ¶Scilicet quieſcentia expectant reſurrectionis diem & gloriam ſempiternam.

ipſorũ in pace ſepulta ſunt, & no

a ¶Apud poſteros perſeuerans.

mẽ eorũ viuet in †generationem

¶Laudabilem.

& generationẽ. † Sapiẽtiam ipſo-

¶Succeſſores.

rum narrent populi, & laudẽ eorum nuntiet eccleſia. † Enoch placuit Deo, & translatus eſt in paradiſum, vt det gentibus ſapientiã.

¶In generationibus ſuis.

†Noe inuẽtus eſt perfectus, iuſtus & in tẽpore iracũdię factus eſt reconciliatio. Ideo dimiſſum eſt reliquũ terrę, cũ factũ eſt diluuiũ. Teſtamenta ſeculi poſita ſunt apud illũ, ne deleri poſſit diluuio

a ¶Ideſt pater multarum, ſubaudi, gentium in Chriſto. ſ. credentium, quia filij carnis nõ æſtimantur in ſemine.

omnis caro. † Abraham magnus pater multitudinis gentiũ, & nõ

a ¶Quia maximus in tempore ſuo.

eſt inuentus ſimilis illi in gloria. Qui conſeruauit legem excelſi, &

a ¶Quia promiſſum eſt ei. ꝙ in ſemine ſuo benedicerentur omnes gentes.

fuit in teſtamẽto cum illo. In carne eius facit ſtare †teſtamentũ, &

a ¶Quando iuſſus eſt filium immolare.

in tentatione inuentus eſt fidelis. Ideo iureiurando dedit illi gloriã in gente ſua, creſcere illum †quaſi terrę cumulum, & vt ſtellas exal-

a ¶Semen Abrahę, ideſt Chriſtus dominatur vſque ad fines terræ, & eccleſia quæ eſt corpus eius, totum mundum occupauit.

tare ſẽmẽ eius, & hæreditare illos à mari vſq; ad mare, & à flumine vſq; ad terminos orbis †terræ. Et Iſaac eodem modo fecit propter Abraham patrem eius. Benedi-

a ¶Quia iurauit Abrahæ ꝙ in ſemine eius, ideſt Chriſto benedicerentur omnes gentes.

ctionem omniũ gentium dedit illi dñs, & teſtamentũ ſuum cõfirmauit ſuper caput Iacob. Agnouit eum in benedictionibus ſuis,

a ¶Supernæ patriæ.

& dedit illi hęreditatẽ, & diuiſit

a ¶Vt per duodecim apoſtolos cœleſtis cum eis regnum poſſideret æternum.

illi partẽ in tribubus duodecim. Et conſeruauit illi homines miſericordiæ, inuenientes gratiam

a ¶Quia eccleſia Chriſti ab omnibus gentibus honoratur, & vniuerſo mundo prædicatur.

in † oculis omnis carnis.

†dominus

## CAP. XLV.

¶Quia ſuauis & mitis ſuper omnes homines.

D*ilect^9^ Deo & hoib^9^ Moyſes,*

## NICOL. DE LY.

a Et fi. ip. ſe. *ſ. propter merita ipſorum patrum.*

b Vſq; in æter. *ſ. hæreditas prædicta. Et ex hoc videtur ꝙ principaliter intelligitur de hęreditate beatorum, vt dictum eſt.* B

c Semen eo. & glo. *quia remanebit in memoria bonorum.*

d Corpo. ip. in pa. *i. in expectatione pacis perfectæ, quæ dabitur in reſurrectione.*

e Et no. eo. vi. *per bonam famã continuatã.*

f Sapi. ip. *ad informationem morum.*

g Et lau. eo. *i. eorum exempla non ſolũ enuntientur in ſecreto, ſed etiam in publico.*

h Enoch. *Hic conſequenter ponitur laus patrum ſpecialiter ad perſonas aliquas deſcendendo, & primò ad patres legem præcedentes. Secundò ad patres tempore legis exiſtentes, cap. ſeq. Igitur incipit ab Enoch, eò quòd propter ſanctitatem ſingularem trãſlatus eſt. fuit enim miſſus viuus ad paradiſum terreſtrem. & hoc eſt quod dicit: Enoch pla. inde tamen rediturus eſt circa finem mundi cum Elia ad prædicandum contra Antichriſtum. ideo ſubditur:*

i Vt det gen. ſa. *Antichriſti perfidiam detegendo. Conſequenter ſubditur de Noe, dicẽs:*

K Noe in. eſt per. *ſicut dicitur Gen. 6. b. Noe vir iuſtus atq; perfectus &c.*

l Et in tem. ira. *quo dominus puniens hominum peccata, miſit diluuium ſuper terram.*

m Factus eſt re. *i. cauſa reconciliationis diuinæ, ſicut Gen. 8. d. Obtulit holocauſta ſuper altare, odoratusque eſt dominus odorem ſuauitatis. Et ait ad eum: Nequaquam maledicam terræ &c.*

n Ideo di. eſt re. *i. octo perſonæ ad multiplicandum genus humanum ſuper terram.*

o Teſta. ſe. *i. promiſſiones de ſeculo per diluuium non delendo.*

p Poſita ſunt apud il. *vt patet Gen. 9. b. Hoc eſt ſignum fœderis quod do inter me & vos &c.*

q Abraham. *Hic conſequenter ponitur laus virtutum Abrahæ, cum dicitur: Abraham magnus pater multitudinis &c. propter hoc vocatus eſt Abraham, vt habetur Gen. 17. Eſt enim pater omnium fidelium qui fuerunt poſt ipſum.*

r Et non eſt inuen. ſimi. il. *i. in opere virtuoſo. & hoc quantum ad duo. ſ. quia primus fidem vnius Dei publicè prædicauit poſt diluuium populis ad idololatriam declinantibus. & in hoc ꝙ filium ſuum vnigenitum dilectum tam promptè voluit immolare, vt impleret Dei preceptum. Gen. 22. c.* C

s Qui con. le. *Legem. ſ. naturalem menti humanæ impreſſam.*

t Et fuit in te. cum il. *Nam dominus pepigit fœdus cum illo. Gen. 25. d.*

u In car. eius &c. *i. circuncisionem. Gen. 17. quæ eſt ſignum diſtinguens Iſrael à Gẽtilibus.*

x Et in tenta. *quia Deus tentauit eum. Gen. 22. a. vt oſtenderet alijs obedientiam eius.*

y Inuen. eſt fidelis. *i. obediens promptè vt dictum eſt.* Heb. 11. a

z Ideo iure. de. il. glo. *ſicut ibidem ſubditur: Per memetipſum iuraui dicit dominus, quia feciſti rem hanc. & non peperciſti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam quæ eſt in litore maris &c. ideo ſubditur:* † generationes & generationes †Gen. 5. c

a Creſcere il. &c. & hære. il. à ma. *Iſti ſunt quatuor termini terrę promiſſionis, ſcilicet mare mediterraneum ab occidente, & mare mortuum ab oriente, fluuius Euphrates ab aquilone, & deſertum Aegypti à meridie.*

b Et Iſaac. *Hic conſequenter ponitur laus virtutis Iſaac & Iacob filij ſui, cum dicitur: Et Iſaac eo. mo. fe. i. benedixit eum, eidem promittendo quod promiſit Abraham.*

c Propter Abraham. *i. propter merita eius, & etiam propter merita Iſaac, qui fuit imitator paternæ virtutis.*

d Bene. o. gen. de il. do. *i. fecit eum gratioſum in conſpectu omnium gentium, inter quas habitauit, intantum ꝙ omnes imprecabantur ſibi bonum, vt exponunt aliqui. Sed contra hoc videtur quod dicitur Gen. 26. f. ꝙ Iſaac dixit Abimelech & his qui venerant cum eo: Quid veniſtis ad me hominem quem odiſtis & expuliſtis à vobis: propter hoc aliter exponendum eſt: Benedictio om. gen. ſ. dedit illi, & non Iſmaeli, vt Chriſtus ex eo naſceretur, in quo benedicerentur omnes gentes terræ.* D

e Et teſta. ſ. pactum, *quod fecit ad Abraham.* †firmamẽtum

f Confir. ſu. ca. Ia. *& non ſuper caput Eſau, licèt Iſaac primò voluerat facere contrariũ. Gen. 27. a.*

g Agno. eum &c. *i. approbauit eum tanquã dignum ſuis benedictionibus, ſicut approbauerat Abraham & Iſaac, Gen. 18. c. Terrã in qua dormis, tibi dabo & ſemini tuo. & ſequitur: Et benedicentur in te, & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ.* † ſicut

h Et diui. il. par. in tri. *Terra enim promiſſa Abrahę, Iſaac, & Iacob fuit diuiſa in duodecim partibus duodecim tribubus, & ex duodecim filijs Iſrael deſcendentibus, vt habetur Ioſue. 18. c. Et ſic qualibet tribus habuit partem ſuam.* † terrarũ

i Et conſer. &c. *i. filios ſuos duodecim patriarchas, qui dicuntur homines miſericordiæ, ideſt homines miſericordiam conſecuti à Deo de Ioſeph venditione.*

K Inuen. en. gra. in ocu. &c. *Inuenerunt. n. gratiam in conſpectu Pharaonis, & Aegyptiorum. Gen. 47. c.*

## NICOL. DE LYRA. CAP. XLV.

D*ilectus &c. Hic ponitur laus patrum, qui fuerunt tempore legis datæ. & primò laus patrum qui præceſſerunt terrę promiſſionis ingreſſum: ſecundò eorum qui ingreſſi fuerunt, & etiam poſt ingreſſum, c. ſeq. Circa primum incipit à Moyſe, qui ſub Deo fuit legiſlator, dicens:* Diuiſio. † cõſpectu

l Dile. Deo &c. *Fuit enim Moyſes à pueritia ſic gratioſus, vt eſſet diligibilis omnibus, propter quod filia regis ipſum in filium adoptauit, Exo. 2.*

r Et

a Cuius

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Ad præce.* In monte Sinai.ſ.legem dedit ei & præcepta vitæ, cum eo loquens in nube.

E

Exo.24.d b *Et circum.* Deſcribit ritum veteris ſacerdotij, & ornatum pontificis, quæ omnia figura erant noui teſtamenti & veri ſacerdotis Ieſu Chriſti.

c *Et induit.* Veſtimenta pontificis ſunt opera virtutũ, ſapientia, doctrina. vnde: Sacer. tui induãtur iuſtitia. (Pſal.131.b)

d *Corona aurea ſuper mitram, &c.* In qua erat nomen omnipotentis Dei, quæ ſignificat honorificentiam diuinæ maieſtatis, quoniam ſuper omnia ſtatuere debemus, vt in omnibus actibus noſtris & ſermonibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtũ, qui eſt caput noſtrum. (1.Pet.4.e)

e *Sacrificia.* Quomodo Moyſes Aaron & filios eius oleo vnctionis conſecrauit, & quales hoſtias in die vnctionis offerre iuſſerit, & de iugi ſacrificio, qđ quotidie & mane, & veſpere offerebat, & de cæteris eius officijs liber Leuiticus explicat. De ſeditione Core & Dathan & Abiron, & quomodo puniti ſunt, liber Numerorũ pleniſſimè narrat. (Num.16.b) (*Myſticè.*) In quibus myſticè demonſtratur eos qui hæreſes & ſchiſmata faciunt, & multos ſecum trahunt, & contemnentes Chriſti ſacerdotes, & ab eccleſia ſeſe ſeparantes, & diuinæ hoſtiæ veritatem per falſa ſacrificia prophanantes, ruptis terræ cõpagibus abſorberi, & qui cõſentiunt eis in æterno igne cruciari. Chriſti enim ſacerdotium & ritus ſacrificiorum in æternum manebit. vnde: Tu es ſacer. in æter. ſecundum ordinem Mel. (Pſal.109.)

F

a *Phinees*

a ¶Quia per omnia laude dignus & benedicendus.
cuius memoria in benedictione eſt. Simi-
a ¶Vt potentia eorum Pharaone & ſeruis eius faceret, vnde & etiam in conſpectu eius conſecutus eſt.
lem illum fecit in gloria ſanctorum, & ma-
gnificauit eum in timore inimicorũ, & in
verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit
illum in conſpectu regum, & † iuſſit illi co- († miſit illũ)
a ¶Quando ſ. fecerit ſui participem ſcien., & voluntatem ſuam oſtendit ei.
ram populo ſuo, & oſtẽdit illi gloriã ſuam.
a ¶Quia fides & lenitas eius erat Deo acceptabilis.
In fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illũ,
a ¶De omni populo vt præeſſet vniuerſis.
& elegit eũ ex omni carne. Audiuit enim
eum, & vocem ipſius, & induxit illum in († nube)
nubem. Et dedit illi cor ad pręcepta, & le-
a ¶Vt doceret populum ſuum.
gem vitę & diſciplinę, docere Iacob teſta-
mentum ſuum, & iudicia ſua Iſrael. Excel-
ſum fecit Aaron fratrẽ † eius, & ſimilẽ ſibi († ſuum)
a ¶Chriſto ſcilicet cuius figura fuit.
de tribu Leui. Statuit ei teſtamentum æter
a ¶Quia rem æternam ſignificabat. b ¶Chriſto. c ¶Tu es ſacerdos in æternum &c.
nũ, & dedit illi ſacerdotiũ gentis, & bea-
a ¶Reſurrectionis, aſcenſionis.
tificauit illum in gloria. Et circũcinxit eũ († circuncinxit)
a ¶Quę in Exo. quatuor nobiliſſimis texitur coloribus.
zona iuſtitię, & induit eum † ſtolã gloriæ, († ſtola)
a ¶In operibus. b ¶Sandalia.
& coronauit eũ in vaſis virtutis: † Circum- († Circumpediles)
a ¶Continentiam. b ¶Patientiam & operum perſeuerantiam.
pedes & femoralia & humerale poſuit ei,
a ¶Vt prædicatione ſapientiæ reſonaret.
& † cinxit eum tintinnabulis aureis pluri-
a ¶Quam pretioſi pedes euangelizantium pacem.
mis in gyro: dare ſonitum in inceſſu ſuo,
auditum facere ſonitum in templo, in me-
a ¶Legis Dei. b ¶Chriſtianæ.
moriam filijs gentis ſuæ. Stolam ſanctam
a ¶Noſtra conuerſatio in cælis eſt. b ¶Quia ſacerdos & ſe & alios regere debet.
auro & hiacyntho & purpura, opus tex-
a ¶Cuius textor & artifex Deus. ¶Prophetæ, Apoſtoli qui ſacerdotibus tradunt regulam viuendi.
tile, viri ſapiẽtis iudicio & veritate prędi̇ti.
a ¶Duplici charitate. b ¶Dei. c ¶Miraculis & virtutibus ſpectandis.
Torto cocco opus artificis, & gemmis pre
¶Sapientiæ.
tioſis figuratis in ligatura auri, & † opere († opera)
a ¶Dei qui pretioſos lapides facit.
lapidarij ſculptis in memoriam, ſecũdum
¶Filiorum.
numerum tribuum Iſrael. Corona aurea
a ¶Ineffabili nomine domini.
ſuper mitram eius, expreſſa ſigno ſanctita-
a ¶In nomine domini. b ¶Talia ornamenta faciunt & habent virtuoſi.
tis, & gloria honoris, et opus virtutis deſi-
a ¶Spiritualium, de quibus dicitur: Reuela oculos meos, & conſi. de. mi. de lege tua &c. b ¶Aaron vel Chriſtum.
derio oculorum ornata. Sic pulchra ante
a ¶Chriſtum, de quo: Ecce vir, oriens nomen eius.
ipſum non fuerunt talia vſq; ad orientem.
a ¶Quoniam tantum ſancti Dei his virtutibus ſunt ornati.
Non eſt indutus illa alienigena aliquis: ſed
a ¶Aaron vel Chriſti. b ¶Imitatores.
tantum filij ipſius ſoli, et nepotes eius per
omne tempus. Sacrificia ipſius † conſum- († conſumpta)
mata ſunt igni quotidie. † Cõpleuit Moy- († Leu.8.b)

## NIC. DE LY.

a Cuius me. in bene. *idest in omni bono.*

b Similem illum fecit. *videndo diuinam eſſentiam, ſicut dicit Auguſt. ad Paulinum, de videndo Deum.*

c Et mag. eum in ti. ini. *i. Aegyptiorum, inter quos fuit magnus valde. Exo.11.*

d Et in ver. ſu. *quia plagæ Aegypti monſtruoſæ ceſſauerunt ad eius orationem, vt patet Exo.6.7.& 8.*

e Glori. il. in con. *ſ. Pharaonis regis Aegypti, & Sehon & Og. Num.21.*

f Et iuſſit il. co. po. *in mõte Sinai, vbi populus loquentem dominum audiuit. Exo.20.*

g Et o. il. glo. *in viſione per eſſentiam, vt dictum eſt.*

h In fide. *i. in fidelitate. fuit enim valde fidelis.*

i Et le. ip. *vnde dicitur Nu.12.a. Erat enim Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines qui morabantur in terra.*

K Sanctum fe. il. *i. mundum & firmum.*

l Et ele. eum ex o. car. *ad educendum filios Iſrael de Aegypto, & vt eſſet legiſlator veteris teſtamenti.*

m Audiuit enim eum & vocem ipſius. *deprecantem pro relaxatione peccati Iſrael in fabricatione vituli. Exo.32.*

n Et induxit il. in nubem. *Exo.24.*

o Et dedit il. cor. ad præ. *Dei, opere adimpienda, & alijs docenda.*

(Diuiſio.) p Excelſum. *Hic ſecundò ponitur laus Aaron, & diuiditur in tres partes, quia primò agitur de eius electione. ſecundò, de eius conſecratione, ibi: Et addidit. Compleuit. tertiò de eius prouiſione, ibi: Et addidit. Circa pri-*

*ca primum dicitur: Excelſum fecit do. Fuerunt enim ambo filij Amram. Exo.6.* G

q Et ſimilem. *in eductione populi de Aegypto, & ſignis faciendis in terra Aegypti.*

r De tribu Leui. *de qua erat Amram pater eorum. Exo.2.*

s Statuit ei te. *idest pactum ſacerdotij, quod dicitur æternum, inquantum ſignificabat ſiue figurabat ſacerdotium Chriſti, quod eſt æternum.*

t Et beatificauit il. in gloria. *id eſt beatum fecit eum dici pro gloria ſacerdotij.*

u Et circuncinxit eum corona iuſti. *idest baltheo diuerſis coloribus facto, qui dicitur zona iuſtitiæ, quia reſtringebat veſtes ſacerdotales, ſicut iuſtitia legis modos inordinatos.*

x Et induit eum ſtolam gloriæ. *i. tunicam hiacynthinam, quæ erat honorabilis valde.*

y Et coronauit eum in vaſis vir. *idest ornamentis, quæ apud Hebræos frequenter vaſa nominantur. Corona verò Aaron erat mitra, in qua pendebat lamina ſancta, habens ſculptum nomen domini tetragrammaton virtuoſum.*

z Circumpedes. *idest ſandalia.*

a Et femoralia. *linea.*

b Et humera. *idest ſuperhumerale, in quo erant duo lapides onychini.*

c Poſuit ei. *idest diſpoſuit eum ad eius ornatum.*

d Et cinxit eum tintinnabulis au. *quæ poſita erant in circuitu inferioris partis tunicæ.*

e Dare ſo. in in. *ad rememorandum, quod lex data fuit in buccinæ ſonitu. Exo.20. ideo ſubditur:*

f In memoriam filijs gentis. *idest in rationale, quod erat in ſacerdotis pectore.*

g Opus tex. viri ſapientis. *ſcilicet Beſeleel.* H

h Iudi. & ve. præ. *idest pleni diſcretione & peritia artis. Exo.35.a. Ecce vocauit dominus ex nomine Beſeleel filium Huri, impleuitq; eum ſpiritu ſapientiæ & intelligentiæ & ſcientiæ, omniq; doctrina ad excogitandum & faciendum opus.*

i Torto cocco. *i. filo rubeo: erat enim rationale textum ex quatuor filis, ſcilicet aureo, hiacynthino, purpureo, & coccineo.*

K Gemmis pre. *Erãt enim in eo duodecim lapides pretioſi inſculpti nominibus duodecim tribuum Iſrael.*

l In liga. *Nam illi lapides erant auro incluſi.*

m Corona au. *quod ſuperius dictum eſt breuiter. Coronauit eum in vaſis virtutis, exponitur hic magis diffuſè. & patet ex prædictis litera, hoc excepto.*

n Super mi. *nam ibi dictum eſt, quòd pendebat à mitra quod videtur eſſe contrarium: vtrunque tamen eſt verum: nam poſita mitra lamina ponebatur deſuper, ita quòd pars eius ſuperior erat ſuper mitrã, & pars eius inferior à mytra dependebat ſuper pontificis frontem.*

o Vſque ad orien. *i. vſq; ad extremum terrę: Exprimitur tamen hic oriẽs, quia magis diſtat à deſerto, in quo fuerunt facta iſta, quàm occidens terræ habitabilis.*

p Non eſt in. il. alieni. *A progenie Aaron.*

q Sacrificia ipſius con. *Id eſt conſumpta.*

r Quotidie. *Nam ſemper mane & veſpere offerebatur holocauſtum, quod dicebatur iuge ſacrificium.*

s Compleuit Moyſes. *Hic conſequenter agitur de conſecratione Aaron, cum dicitur: Com. Moy. ma. i. conſecrauit.*

a Et vnxit



a *Phinees filius.* Phinees filius Eleazari,

A ſicut ſcriptum eſt in libro Num. accepit à domino teſtamentum pacis, qa zelo Dei Iſraelitam & Madianitidem mulierem fornicantes interfecit. (Num.15.c) In quo myſticè ſignificatur, quia quis zelo Dei carnis ſuæ luxuriam & ſubditorum interficit, meretur a domino dignitatem æterni ſacerdotij. (Myſticè.) Et ad illũ ſacerdotem pertinet, de quo ſcriptũ eſt: Tu es ſacerdos in æternum ſecundũ &c. (Pſal.109.) Interpretatur n. Phinees, ore parcens, vel ore requieuit, vel oris augurium. Eleazar, Deus meus adiutor: vel Dei adiutorium. Aaron, mons fortitudinis, vel mõs fortis. Nam qui ore praua loqui parcit, & myſteria auditoribus exponit, per Dei adiutoriũ piũ laborem implens ad montem fortitudinis. i. Chriſtum feliciter peruenit. (Nu.16.a)

b *Et teſta.* Significat qđ Dauid in diſtributione miſteriorũ Dei quos in xxiiij. ſortes diuiſit, vt per vices domino miniſtrarent, gloriam Phinees non minorauit, ſed auxit. vnde in Paralip. Phinees autẽ filius Eleazari erat dux eorum corã domino. (1.Par.6.d) Vnde Hebræi tradunt, qđ adhuc eo tpe vixerit, & in tabernaculo miniſtrorũ vices ordinauit.

## GLOS. ORDINAR. CAP. XLVI.

Fortis in bel. Ieſus, & opere & ſermone Chriſtum ſignificat, cui Deus pater dedit nomen qđ eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur &c. (Phil.2.b) Et quia hoc nomen eſt ſuper omne nomen, in nullis antè

genera-

ſes manus eius, & vnxit illũ oleo
ſancto. Factum eſt illi in teſtamẽ-
tum ęternum, & ſemini eius ſicut
dies cęli fungi ſacerdotio, & habe-
re laudem, & † glorificauit popu- († glorificare)
lum ſuum in nomine ſuo. Ipſum
elegit ab omni viuente, offerre ſa-
crificium Deo incẽſum, & bonũ
odorem in memoriam placare
pro populo ſuo. Et dedit illi in
pręceptis ſuis poteſtatem, in teſta-
mẽtis iudiciorũ docere Iacob te-
ſtimonia, & in lege ſua lucẽ dare
Iſrael. † Quia contra illum ſtete-
runt alieni, & propter inuidiam
circũdederunt illum homines in
deſerto, qui erant cum Dathan
& Abiron, & congregatio Core
in iracũdiam. Vidit dñs Deus, &
non placuit illi, & cõſumpti ſunt
in impetu iracũdię. Fecit illis mõ-
ſtra, & conſumpſit illos in flam-
ma ignis. Et addidit Aaron glo-
riam, & dedit illi hæreditatem, &
primitias † frugũ terræ diuiſit illi. († fructuũ)
Panem ipſius imprimis parauit
in ſanitatem. Nam ſacrificia do-
mini edent, quę dedit illi & ſemi
ni eius. Cæterum † inter gentes († in terra gens)
non hæreditabit, & pars non eſt
illi in gente. Ipſe enim eſt pars
eius & hæreditas. Phinees filius
Eleazari tertius in gloria imitan-
do eum in timore † domini, & ſta- († Dei)
re in reuerentia gentis, in bonita-
te & alacritate animę ſuæ placuit
a ¶Sempiternum face donum.
Deo Iſrael. Ideo ſtatuit † illi teſta- († illum)
mẽtum pacis, & principem ſan-
a ¶Sacerdotum.
ctorum & gentis ſuæ, vt ſit illi &
ſemini eius ſacerdotij dignitas in
æternum. Et teſtamentum Da-
uid † regis filio Ieſſe de tribu Iuda, († regi filio)
hęreditas ipſi & ſemini eius, vt da-
ret ſapientiam in cor noſtrum, iu-
dicare gentem ſuam in iuſtitia:
ne abolerentur bona ipſorum,
et gloriam ipſorum in gentem
eorum æternam fecit.

## CAP. XLVI.

Fortis in bello Ieſus Naue
ſucceſſor Moyſi in prophe-
tis, qui fuit magnus ſecun-
dũ nomen ſuũ, maximus in ſalu-
tẽ electorũ Dei, expugnare inſur-

## NICOL. DE LY.

B

a Et vn. il. o. *vt habetur diffuſè, Leui.8.b.*

b Factum eſt il. *exponatur, vt ſup.*

c Et ha. lau. *i. officium laudandi Deum, prout competit perſonæ communi.*

d Et glo. po. *i. Dei. Summus enim ſacerdos in nomine domini tetragrammaton, benedicebat populum.*

e Ipſum ele. ab om. vi. of. ſa. *tanquam pontifex ſummus, alij nanque ſacerdotes bene offerebant aliqua ſacrificia.*

f Incen. & bo. *fidei & deuotionis Abrahæ & aliorum patrum.*

g Placa. *idest ad placandum Deum.*

h Pro po. ſuo. *peccatore.*

i Et de. il. prę. *diſcernendi inter ſanctum & prophanum, lepram & non lepram.*

K In te. iu. *nam quæ alijs iudicibus dubia videbantur, referebantur ad ſummum ſacerdotem, vt eius ſententia inuiolabiliter teneretur, Deuter.17.b.*

l Docere Ia. *i. populum Iſrael denominatum à Iacob, qui alio nomine vocatur Iſrael.*

m Teſtimo. *Licèt autẽ omnia præcepta Dei dicantur teſtimonia, inquantum eorum veritas eſt miraculis teſtificata, tamen illa etiam quibus additur præmium vel pœna, ſicut dicitur Deuter.28.a. Si audieris vocẽ domini Dei tui, faciet te excelſiorem cunctis gentibus. Dicuntur propriè teſtimonia, quia ſunt quædam proteſtationes diuinæ iuſtitię præmiantis bonos, & malos punientis.*

n Et in le. ſua. *dubia declarando, vt dictũ eſt.*

o Quia con. il. *à genere ſacerdotali. ſ. Core & eius congregatio, Num.16.a.*

p In ira. *ſcilicet Dei prouocatam. Ideo ſubditur:*

q Vidit do. *rebellionem eorum oculo ſuæ iuſtitiæ.*

r Et con. ſunt. *abſorbuit enim eos terra, & deſcenderunt viui in infernum. ideo ſubditur:*

s Fecit il. mon. *percutiendo eos inſolita plaga.*

t Et con. il. *qui fuerunt Core & eius ſequacibus.*

u In flam. ig. *ſicut ibidem ſubditur, quòd Aaron cucurrit ad multitudinem, quam iam vaſtabat incendium.* C

x Et addi. *Hic conſequenter agitur de ipſius Aaron prouiſione. Nam tribus Leuitica hæreditatem ſicut aliæ tribus non habuit, propter quod Deus aliter de victu ſacerdotibus & Leuitis prouidit. Dicit igitur: Et addi. Aa. in virgæ ſuæ floritione ad confirmationem ſacerdotij pro ſe & ſuo ſemine. Num.17.c.*

y Et de. il. hæ. *Et quæ ſit illa ſubditur:*

z Et, *pro idest.*

a Primi. fru. ter. *quia debebantur ſacerdotibus, decimæ verò Leuitis.*

b Panem ip. *i. victum.*

c In pri. *idest primitijs.*

d Parauit in ſatieta. *i. in conuenientem refectionem.*

e Nam ſa. do. e. *ſ. ſacrificia pro peccatis, & etiam ſacrificia pacifica, quorum pars cedebat in vſum ſacerdotum: holocauſta verò incendebantur totaliter ad honorem diuinum.*

f Cæte. inter gentes. *gens ſacerdotum & Leuitarum.*

g Non hæ. *& ſubditur ratio:*

h Ipſe. *ſcilicet Deus.*

i Eſt enim pars.

K Phinees. *Hic conſequenter ponitur laus Phinees nepotis Aaron, cum dicitur:*

l Tertius in glo. *eſt. ſ. in honore pontificali.*

m Imitando eum. *ſ. Eleazarum patrẽ ſuum.*

n In timore domini. *eius præcepta cuſtodiendo.*

o Et ſta. *in officio pontificis.*

p In reuerentia gentis. *Erat enim in magna populi reuerentia, eò qđ liberauerat populum à domini plaga. Num.25.b.*

q In bonitate & alacritate animę ſuę. *qua ſeruiuit Deo lætanter & deuotè.*

r Placuit Deo Iſrael. *ex feruenti zelo, quem habuit ad ipſum, Nu.25.c. Phinees filius &c. quia zelo meo commotus eſt &c.*

s Ideo ſtatuit. *i. dignitatem ſacerdotij pacificè poſſidendam ſibi & filijs ſuis.*

t Et princi. ſancto. *i. ſacerdotum, qui dicebantur ſancti, eò qđ erant diuinis obſequijs deputati, nam etiam res inanimatæ quæ deputatę ſunt diuino cultui, vt calix & huiuſmodi dicuntur ſanctæ.* D

u Et gentis ſuę. *ſ. Iudaicę, cui in ſpiritualibus præſidebat.*

x Et teſtamentum Dauid. *i. ordinationem eius de ampliatione diuini cultus, vt habetur 1.Para.23. quam ordinationem poſuit ſub regimine ſummi pontificis.*

y Vt daret. *ipſe Phinees per ſe & ſuos ſucceſſores.*

z Sapientiam in cor. &c. *i. doctrinam legis & prophetarum.*

a Iudicare gentem &c. *i. ad iudicandum populum Iudaicum iuſtè.*

b Ne abolerentur bo. &c. *per fortitudinem maiorum iniuſtè minores deprimentium.*

c Et gloriam ipſorum. *i. dignitatem ſacerdotij in ſe & filijs ſuis.*

d In gen. *i. in populo Iudaico.*

e Aeternam fe. *i. diu permanere, ſicut montes dicuntur æterni. Pſal.75.a. Illuminans tu. mira. à mont. æter. &c.*

## NICOL. DE LYRA CAP. XLVI.

Fortis in bel. *Hic ponitur laus patrũ poſt terræ promiſſionis ingreſſum. Et primò tempore Iudi. ſecundò tempore Regum, cap. ſeq. Circa primũ incipit à Ioſue qui filios Iſrael in terram promiſſionis introduxit, dicens:* (Diuiſio.)

f Fortis in bel. *nam xxxj. reges debellauit, Ioſue 12.b.*

g Succeſ. Moy. *ad regimen populi.*

h In pro. *i. de numero prophetarum. habuit enim prophetiæ ſpiritum.*

i Qui fuit ma. ſe. no. *Idest ſecundum proprietatem ſui nominis, quod interpretatur ſalus, ſiue ſaluator: propter quod exponens dictum ſuum, ſubdit: Maximus in ſalutem electorum Dei, expugnare inſurgen. &c.*

a Vt con-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

generationibus nominatũ eſt. Hoc nomen in Exodo primũ inuenitur, vbi dr̃: Venit Amalech, & expugnabat Iſrael, & dixit Moyſes ad Ieſum in Rapharim: Elige tibi viros potentes ex oĩbus filijs Iſrael: egredere, & confige cum Amalech craſtino: ipſe eſt qui poſt mortem Moyſi ſuſcipit imperium, & ducit exercitũ. Et confligit contra Amalech. Et quod ibi figurabatur, affigit cruci ſuæ triũphans principatus & poteſtates in ſemetipſo.

*Exo.17.c*

a *Quis ante il.* Quomodo in occurſu Ioſue impeditus eſt ſol: Et, vnus dies factus eſt quaſi duo, oſtendit liber ipſius, & quõ miſit dñs ſuper Amorrhęos lapides magnos de cęlo, & mortui ſunt multo plures lapidibus grandinis, q̃ gladio. Lapides autem grandinis duram Dei ſignificant vltionem vel cõminationem, q̃ cõtra improbos proferuntur. Hoc modo Ieſus cũ ducibus & virtutibus ſuis adeſt eis, q pro nomine ſuo contrarijs virtutibus oppugnantur. Nec ſolum auxilium pręſtat in bello, ſed lucem producit, & diſcutit aduẽtum noctis. Dies autem producit, & differtur occaſus, nec ſol occidit, ſed ſemper oritur, dũ credentium cordibus ſol iuſtitiæ lumen veritatis infundit. Cum verò repletus fuerit credentium numerus, & deterior ætas vltimæ generationis aduenerit, & creſcente iniquitate refrigeſcet charitas, breuiabuntur dies, extẽdit enim dies in tempore ſalutis, breuiabuntur in tempore perditionis.

*† in tollendo* — *Ioſue.10.c* — *† dominũ*

b *A pec.* Deſperationis, quando exploratorum rumoribus auditis deſperauerunt intrare terram.

c *Et iudices ſinguli ſuo nomine, &c.* Poſt Ioſue ſucceſſerunt iudices, qui populum Dei ab hoſtibus defendebant, & poſt Chriſti paſſionem, apoſtoli rectores eccleſiæ Dei.

F d *vt ſit me.* Quia in recta fide perſeuerauerunt, vt memoria eorum perpetua benedictione firmaretur.

e *Oſſa.* Robur bonorum operum æterna mercede donatur, vt memoria nominis eorum ad poſteros cum gloria transferatur. Sapiẽtiam enim eorum narrant populi.

f *Dilectus à domino &c.* Narrat hiſtoria, q̃ dominus Samueli infanti, cum dormiret in tẽplo apparuit, & de futuris inſtruxit. Hic imperium renouauit cum regem ſuper Iſrael primum Saulem, & poſtea vnxit Dauid, & debellauit hoſtes populi Dei, & ho- ☞ locau-

*1.Reg.3.b* — *Ibid 10.a* — *Ibid.16.a*

gentes hoſtes, vt conſequeretur hęreditatem Iſrael. Quã gloriam adeptus eſt † extollendo manus ſuas, & iactando contra ciuitates rhomphæas. Quis ante illum ſic reſtitit? Nam hoſtes ipſe dominus percuſſit. Aut non in iracundia eius impeditus eſt ſol, & vna dies facta eſt quaſi duo? Inuocauit altiſſimum potentem in oppugnando inimicos vndiq;, & audiuit illũ magnus & ſanctus De⁹, in ſaxis grandinis virtutis valde fortis. Impetum fecit contra gentem hoſtilem, & in deſcenſu perdidit contrarios, vt cognoſcant gentes potentiam eius, quia contra †Deum pugnare non eſt facile, & ſecutus eſt à tergo potentes. Et in diebus Moyſi miſericor-

*¶ Ioſue.*

diã fecit ipſe, & Caleph filius Ie-

*a ¶ Corporalem vel ſpiritualem.*

phone, ſtare cõtra hoſtem, & pro

*a ¶ Iudaicam.* *¶ Aliàs perſtringere.*

hibere gentem à peccatis, & per-

*¶ Populi.* *¶ Confortando, increpando.*

ſtringere murmur malitiæ. Et

*a ¶ Quo filij Iſrael proſtrati ſunt in deſerto.*

ipſi duo conſtituti à periculo li-

*¶ Qui exierunt de Aegypto.*

berati ſunt à numero ſexcentorum milium peditum inducere illos in hæreditatem, in terram quę manat lac & mel. Et dedit do-

*a ¶ Corporis & animæ contra hoſtes.*

minus illi Caleph fortitudinem,

*a ¶ Sicut in libro Ioſue dicitur.*

& vſq; in ſenectutem permanſit

*a ¶ Munitionem hæreticorum, vel ad literam.*

illi virtus, vt aſcenderet in excel-

*a ¶ Filij vel imitatores.*

ſum terræ locum, & ſemen ipſius

*a ¶ Ad literam vel homines ab hæreticis ſeductos.*

obtinuit hæreditatem. Et viderunt omnes filij Iſraël, quia bonum eſt obſequi ſancto Deo. Et iudices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor: qui non auerſi ſunt à domino, vt ſit memoria illorum in benedictione. Et oſſa eorum pullulant de loco ſuo, & nomen eorum permanet in æternum, † permanente ad filios illorum ſanctorũ virorum gloria. Dilectus à dño Deo ſuo Samuel propheta domini, renouauit imperium, & vnxit principes in gẽte ſua. In lege domini iudicauit congregationem, et vidit Deũ Iacob, et ĩ fide ſua probatus

*† permanens*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Vt conſequeretur. *habitatores Chanaan debellando.*

b Quam gloriam adeptus. *i. extollendo.*

c Manus ſuas. *leuando clypeum contra regem Hay. Ioſue.8.*

d Et iactando contra ci. rhom. *i. ſagittas acutas.*

e Quis ante il. *ſ. q ab eo ſe defendere potuerit? q.d. nullus. Et ſubditur ratio.*

f Non hoſtes ipſe dominus per. *cui nullus reſiſtere poteſt.*

g Aut non in iracundia eius. *ſ. Dei contra hoſtes Iſrael.*

h Impeditus eſt. *à curſu ſuo per ſpaciũ vnius diei, vt habetur Ioſue.c.*

i Inuocauit al. po. *in cuius confidentia pugnabat, & audiuit illum.*

K In ſaxis grandinis &c. & in de. perdidit contrarios. *Ioſue.10. Cumq; fugerent filios Iſrael, & eſſent in deſcenſu Bethoron dominus miſit ſuper eos magnos lapides de cœlo, & cętera quæ patent.*

l Et in diebus. *Hic ponitur laus Ioſue & Caleph ſimul, cum dicitur: Et in diebus Moyſi: qui miſit exploratores de Cadesbarne. Num.13.* G

m Miſericordiam fecit ipſe. *Ioſue.*

n Et Caleph. *Et quæ ſit illa miſericordia, ſubditur:*

o Stare contra hoſtem. *ideſt ſtando contra alios exploratores populum deterrentes. & iſti econtrario populum confortabant, ei conſtantiam ingerendo. Nume.14.*

p Et prohibere gentem. *Iudaicam.*

q A peccatis. *rebellionis contra Deum dicentes: Nolite rebelles eſſe contra dominum, neque timeatis populum terræ huius: quia ſicut panem ita poſſumus eos deuorare.*

r Et ipſi duo conſtituti. *ideſt ſtabiles & firmi.*

s A periculo. *mortis.*

t Liberati ſunt. *Nã omnes alij, qui in egreſſu de Aegypto numerati fuerant, à viginti annis & ſuprà, mortui fuerũt in deſerto, quorum numerus fuit ſexcenta milia: tamen excipiuntur inde Leuitæ.*

u Inducere illos in hæreditatem. *i. ad inducendum filios Iſrael in hæreditatem ſibi promiſſam, fuerunt iſti duo reſeruati.*

x Quæ manat lac & mel. *Nam abundat in paſcuis animalium, & arboribus, in quibus apes mellificant abundanter.*

y Et dedit. *Hic ponitur laus Caleph, per ſe, cum dicitur: Et dedit dominus ipſi Caleph fortitudinem. corporis & animi contra hoſtes.*

z Et vſque in ſenectutem per. *vnde dixit Ioſue 14.c. Hodie octoginta annorum ſum, ſic valens &c. Et ſubditur: Fortitudo in me vſque hodie perſeuerat, tam ad bellandum, quam ad gradiendum.*

a Vt aſcenderet in excelſum terræ locum & ſemen ipſius &c. *Ideo ſubditur ibidem: Da mihi montem iſtum. Et cætera quæ patẽt.*

b Et iudices. *Hic ponitur laus Iudicum: Et primò plurium in generali, cum dicitur: Et iudices ſinguli ſuo nomine. ſ. Othoniel, Aioth, Sangar, & ſic de alijs.* H

c Quorum non eſt corruptum cor. *per auaritiam & infidelitatem.*

d Qui non auerſi ſunt à domino. *per idololatriam.*

e Vt ſit memoria illorũ in benedictione. *propter bona quæ fecerunt genti ſuæ. ſicut dicitur Iudic. 2.c. Suſcitauitq; dominus Iudices, qui liberarent eos à deuaſtantium manibus.*

f Et oſſa eorum pullulant de loco ſuo. *Erant enim ſepulta in celebri loco ad memoriam bonæ famæ. ideo ſubditur:*

g Et nomẽ eorum permanet in æternum. *& non ſolum per celebrem ſepulturam, ſed etiam per ſucceſſorum bonitatem, qui fuerunt imitatores virtutum paternarum. ideo ſubditur:*

h Permanente. *ad filios eorum ſanctorum virorum gloria, quæ non conſiſtit in diuitijs, ſed in operibus virtuoſis.*

i Dilectus à domino. *Hic conſequenter ponitur laus Samuelis qui fuit vltimus iudex, dicens: Dilectus à domino Deo ſuo Samuel propheta domini. primi Regum. 3.d. Cognouit vniuerſus Iſrael à Dan vſque Berſabee, quod fidelis Samuel propheta eſſet domini.*

K Renouauit imperium. *de mandato domini transferens regnum de tribu Beniamin ad tribum Iuda, 1.Reg.16.c.*

l Et vnxit principem in gente ſua. In lege domini iudicauit congrega. *ſ. Saulem. primi Reg.10. & Dauid.16.*

m Vidit Deum Iacob. *ideſt cognouit in reuelatione prophetica. audiuit enim eum loquentem ſibi, primi Regum in pluribus locis. ideo hic accipitur vidit, pro audiuit, ſicut Exo.20.c. Cunctus autem populus videbat voces &c.*

n Et in fide ſua. *i. in fidelitate ſua.*

o Probatus eſt propheta. *Quia verba ſua fuerunt impleta.*

¶ a Et inuo-



A ☞ locauſtum dño obtulit: & cum offerret, Philiſtæi inierunt bellum contra Iſrael, & intonãs Deus fragore magno exterruit eos, & cæſi ſunt à filijs Iſrael. Hic per omnia fidelis inuentus eſt, & poſt mortem apparẽs Sauli, caſum futurum prædixit. Myſtice autem prophetarum locutio per omnia verax & fidelis inuenitur, q̃ regnum Chriſti futurum p̃dixit, & oleo ſpirituſſancti illũ eſſe vngendum. Ipſa etiã poſt completionẽ veteris Te. quam ſignificat mors Prophetæ. Lex. n. prophetæ vſq; ad Iohannem. Et finis legis eſt Chriſtus. Tempore gratiæ cum legitur, prænunciat malis rectoribus pęnam futuram & mortem perpetuam.

*1.Reg.28.a* — *Myſtice.* — *† immolati* — *Mat.11.b* — *Rom.10.a* — *† obdormiuit*

## GLOS. ORDINAR. CAP. XLVII.

a Poſt hæc ſurre. Ad literam: Facta Dauid commemorat, de quibus liber Regum. & Paralipom. pleniſſime narrant.

b *Quaſi adeps.* Significat eum gratia ſpirituſſancti repletum, à carnalium conſortio vita & moribus ſeparatum.

c *Cum leo. lu. Ra.* Dauid ſignificat Chriſtum, qui leonem i. diabolũ, & vrſum i. Antichriſtum contriuit, & gigantẽ, ideſt ſathanam in funda & lapide ſpirituali ſtrauit. ſ. ſenſu ſcripturarum, & ſciẽtia legis, & populum Dei ab hoſtibus i. malignis ſpiritibus liberauit: cui ab hoſtium cæde reuertenti, mulieres, ideſt ſanctæ animæ decantant, & decem milium victorem prædicant, quia omnes hoſtes tam ſpirituales, quam corporales perfecte ſuperauit. Dauid quoq; noſter oleo lætitiæ præ participibus ſuis in regem vnctus, oẽs hoſtes eccleſiæ contriuit. Eccleſiaſticũ quoq; ☞ mini-

*1.Reg.17.d* — *Ibid.18.b* — B

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et inuocauit dominum omnipotentem in oppu. hoſtes. *1.Reg.7.*

b In oblatione viri inuiolati. *i. in oblatione ſua. Dicitur enim ibidem: Tulit autem agnũ lactantem vnum, & obtulit illum holocauſtũ integrum domino: Dicitur autem hic Samuel vir inuiolatus, quia per auaritiam vel aliud vitium à rectitudine iuſtitiæ non diſceſſit.*

c Et in. de cœlo dominus, & in ſonitu magno &c. *1.Reg.7.*

d Et ante tem. finis vitæ ſuæ & ſeculi. *i. reuelationis annorum ſuorum.*

e Teſtimonium præbuit in conſpectu domini & Chriſti. *i. Saulis in regem vncti. 1.Reg.12.a. dicens: Loquimini de me coram domino & coram Chriſto eius, vtrum bouem cuiuſquam tulerim &c. Et ſubditur ibidẽ: Et dixerũt, Nõ es calumniatus nos &c. ideo ſubdit:*

f Pecunias & vſq; ad calcia. &c. *i. vſque ad rem minimam.*

g Et poſt hoc dormiuit. *1.Reg.25.a. Mortuus eſt autem Samuel &c.*

h Et notum fecit regi. *ſ. Sauli, cui dixit mortem ſuam imminere in craſtino, dicens. 1.Reg.28.c. Cras aũt tu & filij tui eritis mecũ &c.*

i Et exaltauit vocem eius de terra in prophetia. *Apparuit enim quaſi ſurgens de terra ad denũciãdum Sauli mortem ſuam & populi. Sequitur. n. ibi: Sed & caſtra Iſrael tradet dominus in manus Philiſtijm, ideo ſubditur: Delere impietatem gentis &c.*

## NICOL. DE LYRA. CAP. XLVII.

Poſt hæc ſurrexit. *Hic conſequenter ponitur laus patrum tempore regum, qđ propriè incipit à Dauid, in quo regnum fuit ſtabilitum. Et diuiditur in tres partes. nam primò ponitur laus patrum tranſmigrationem Babylonis præcedentium. ſecundò tempore tranſmigrationis exiſtentium, cap.49. ibi: Præter Dauid. tertiò tranſmigrationem ſequentium, ibi: Quomodo amplificemus Zorobabel. Prima in tres, quia primò de regibus aliquibus loquit. Secundò de prophetis aliquibus, ſeq. cap. Tertiò ad loquendum de regibus reuertitur, ibi: Ezechias. Prima in tres: quia primò ponitur Dauid commendatio, ſecundò Salomonis laus & vituperatio, ibi: Poſt ipſum. tertiò Roboã fatuitas, & Ieroboam enormis præuaricatio, ibi: Et finem habuit, vt virtutes bonorum magis eluceſcant iuxta vitia malorum. Circa primum dicitur:* C

eſt propheta. Et cognitus eſt in verbis ſuis fidelis, quia vidit † Deum lucis. Et inuocauit dominũ omnipotentem in oppugnando hoſtes circumſtantes vndique, in oblatione viri † inuiolati. † Et intonuit de cœlo dominus, & in ſonitu magno auditam fecit vocem ſuã: & cõtriuit principes Tyriorum, & oẽs duces Philiſtijm. † Et ante tempus finis vitæ ſuę & ſeculi teſtimonium præbuit in conſpectu domini & Chriſti. Pecunias & vſq; ad calciamenta ab omni carne non accepit, & nõ accuſauit illum homo. Et poſt hæc † dormiuit, & † notũ fecit regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ, & exaltauit vocem eius de terra in prophetia delere impietatem gentis.

*† dominũ*

## CAP. XLVII.

*a ¶ Qui Dauid de adulterio Bethſabee & nece Vriæ corripuit.*

Poſt hæc ſurrexit Nãthan propheta in diebus Dauid. Et quaſi adeps ſeparatus † à carne, ſic Dauid à filijs Iſrael. Cum leonibus luſit quaſi cum agnis, & in vrſis ſimiliter fecit, ſicut in agnis ouium in iuuentute ſua. Nunquid non occidit gigantem, & abſtulit opprobrium de gente? In tollendo manum in ſaxo fundæ, deiecit exultationem Goliæ, vbi inuocauit dominum omnipotẽtem. Et dedit in dextera eius tollere hominẽ fortẽ in bello, & ex altare cornu gentis ſuæ. † Sic in decẽ milibus glorificauit eum, & laudauit eũ in benedictionibus domini, in offerendo illi coronã gloriæ. Contriuit enim inimicos vndiq;, & extirpauit Philiſtijm cõtrarios vſq; in hodiernũ diem. Contriuit cornu ipſorum vſq; in æternũ. In omni opere dedit confeſſionem, ſancto & excelſo in verbo gloriæ. De omni corde ſuo laudauit dominũ, & dilexit Deũ qui fecit illum, & dedit illi contra inimicos potentiã. Et ſtare fecit cantores contra altare, & in ſono eorũ dulces fecit † modos. Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora vſq: ad conſummationẽ vitæ, vt laudarẽt nomen ſanctũ domini, & amplificarent mane Dei ſanctitatem. † Chriſtus

*1.Reg.7.c* — *† 1.Re.12.a* — *† votum* — *† eſt* — *† 1.Reg.18* — *† modulo* — *† Spiritus*

K Poſt hæc ſurre. Nathan propheta. *ad dandum populo virtutis exempla.*

l In diebus Dauid. *vt patet 2. li. Reg. in pluribus locis. Et ſubditur de Dauid.*

m Quaſi adeps ſeparata à carne. *ſic Dauid à filijs Iſrael. In ſacrificijs. n. Deo oblatis pro peccato, & ſacrificijs pacificorum quæ non totaliter cremabantur, adeps ſeparatim ad honorem Dei cremabatur: de cæteris carnibus vna pars erat ſacerdotum, & alia offerentiũ in hoſtijs pacificis. In ſacrificijs autem pro peccato totum erat ſacerdotum, excepto eo q̃ erat incenſum. per hoc autem intelligitur, q licèt totus populus Iſrael ſeruiret Deo, Dauid tamen multo deuotius alijs.*

n Cum leonibus luſit quaſi cũ agnis &c. *i. ita faciliter eos interfecit, ſicut agnos. 1.Reg. 17.d. Veniebat leo vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos & percutiebam &c.*

o In iuuentute ſua. Nunquid non occidit gigantem &c. *ſcilicet Goliath, vt patet. 1. Reg.17.*

p Et abſtulit opprobrium de gente ſua? *nã Goliath exprobrabat eis eo q nullus audebat cum eo pugnare ad certamen ſingulare.*

q Et dedit in dextera eius tollere hominem. *ſ. de vita præſenti per mortem.* D

r Sic in decem milibus glorificauit eum. *ideſt laudari fecit. 1.Reg.18.b. Percuſſit Saul mille, & Dauid decem milia &c. Et quia ipſe ſolus pro decem milibus computabatur. 1. Reg.18.*

s Et laudauit eum in be. do. *i. laudabilem eum fecit ex bonis quæ ſibi tribuit.*

t In offerendo illi coronam gloriæ. *i. conferendo ſibi dignitatem regni præ cæteris fratribus ſuis maioribus.*

u Contriuit enim inimicos vndi. *vt patet 2.Reg.5. & 8.*

x Contriuit cornu ipſorum. *i. ſuperbiã eorum, & poteſtatem deiecit.*

y In omni opere dedit confeſſionem ſancto. *i. Deo, qui eſt ſanctuſſanctorum.*

z In verbo gloriæ. *ideſt gloriam de omnibus bonis ſibi attribuendo. Cætera patent vſque ibi:*

a Et ſtare fecit cantores contra altare. *ſ. holocauſtorum, vbi canebant laudes diuinas, quando offerebatur ibi ſacrificium.*

b Et in ſono eorum &c. *quia fecit pſalmos, quos canebant cantores in muſicis inſtrumentis.*

c Et dedit in celebrationibus &c. *quia diuinum cultum augmentauit in ſacerdotibus, Leuitis & cantoribus. 2.Paral.25.*

d Et ornauit tempora &c. *ideſt ſolennitates, quæ fiebant diuerſis anni temporibus.*

e Et amplificarent mane Dei ſanctitatem. *laudibus & hymnis.*

f Chriſtus purgauit peccata ipſius. *ſic habent libri correcti. Licèt enim Chriſtus ſecundum humanitatem poſt Dauid fuerit, tamen ſecundum diuinitatem eſt æternus. Heb.13.b. Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe & in ſecula. Vnde & autor huius libri ſup. 24. tractauit de incarnatione ſapientiæ increatæ, vt ibi dictum fuit: & ſic loquitur hic Chriſtus, qui eſt ſapientia increata.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ministerium in domo Dei, quę eſt ecE cleſia, ordinat, & officia ſingulorũ ad laudandũ Deũ diſpenſat: vt in oĩ loco dñationis eius omnis creatura benedicat dñm. Bene autẽ dicitur, ꝙ Chriſtus purgat peccata Dauid, & exaltat in æternũ cornu eius, quia in alio nemo poteſt ſaluari. In eius nomine pœnitentia prędicatur & remiſſio peccatorũ in oẽs gentes. Ipſum aũt pp obedientiã crucis Deus exaltauit, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper oẽ nomen.

† recnie- tur in latitudine

Phil.2.a.

a *Poſt ipſum ſurrexit filius ſenſatus.* Myſtice, Salomon qui interpretatur pacificus, Chriſtum ſignificat, de quo dicitur: Orietur in diebus eius iuſticia, & abundantia pacis. Multiplicabit eius imperium, & pacis non erit finis &c. Qui templum Dei ædificauit i. eccleſiam de viuis lapidibus cõſtructã, vbi laus eius & gloria permanet in æternum, & dedit illi Deus diuitias Gentium, quia pñtẽm cęli & terrę contulit, & magnificauit eum ſuper reges terræ, & ſup oẽs ſanctos exaltatus eſt Chriſtus: qm̃ nullus æquabitur dño in filijs Dei: & vniuerſa terra deſiderat videre vultum regis noſtri. i. eccleſia catholica. vñ: Tibi dixit cor meũ: exquiſiuit te facies mea, faciem tuam dñe requiram. Huic oẽs munera offerunt. vnde: Adorabũt eum oẽs reges, oẽs gentes ſeruiẽt ei. Bona vero Salomonis, bonos q ſũt in eccleſia ſignãt, mala aũt malos. Sicut in vna area bonos ſignificãt grana, malos vero palea.

Myſticè

Pſal.71.a.
Iſa.9.b.
Pſal.26.c.
Pſal.71.c.

3.Reg.12.e b *Vt faceres imperium biper.* Quia decẽ tribus ſecutæ ſunt Ieroboam, & duæ Roboam: de Ephraim fuit Ieroboam, qui prius in decem tribubus crudeliter regnauit.

F c *Et reliquit poſt.* Myſtice. Roboam qui interpretatur latitudo populi, ſignificat malos eccleſiæ prælatos, qui ingrediũtur latam & ſpacioſam viam quę ducit ad mortem, per quã multi ambulant. Anguſtam vero quæ paucorũ eſt & ducit ad vitã, ingredi detrectãt. Relictoq; ſanctorũ patrũ cõſilio iuuenum deſideria & adulationes ſequũtur. vnde: Væ terræ cuius rex puer eſt, & principes mane comedũt. Ieroboã vero ſignificat hæreticos, qui catholicæ fidei vnitatem hęreſibus ſcindunt, & ſubditos ſuos cultui dęmonũ tradũt. Interpretatur autem Ieroboam dijudicans populũ. Hæretici enim populum dijudicare videntur, cum errorem ſuum ſequi faciunt. Vnde Abias miſſus ad Ieroboam ait: Tolle tibi decẽ ſciſſuras: Hęc dicit dominus Deus Iſrael: Ecce ego ſcindam regnum Salomonis, & decem dabo tibi tribus. Porro vna tribus remanebit propter ſeruum meum Dauid &c. quia Ieroboam legis præcepta violando corrupit, & vna tribus cum ſobole Dauid remanſit; dum ſanctorum ſors iuxta apoſtolicam doctrinam in regula catholicæ fidei permanſit. Quia vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma.

Matt.7.b.
†3 Re.11.a
Eccl.10.c.
3.Reg.11.e
Eph 4.a

3.Reg.12.d d *Auertit gentem conſi. ſuo.* Credens ſcilicet conſilio iuuenum & dicens: Pater meus cecidit vos flagellis, & ego cędam vos ſcorpionibus.

a Et ſurre.

purgauit peccata ipſius, & exal- a b
tauit in æternum cornu eius. Et
dedit illi teſtamentum †regni, &
ſedem gloriæ in Iſrael. Poſt ip- c
ſum ſurrexit filius ſenſatus, & d
propter illum †deiecit omnẽ po- e f
tentiam inimicorum. † Salomon g
a ¶Quia fuit pax in diebus eius.
imperauit in diebus pacis, cui
ſubiecit Deus omnes hoſtes, vt
a ¶Templum.
cõderet domum in nomine ſuo,
a ¶Vtenſilia templi.
& pararet ſanctitatem in ſempi-
a ¶A Deo a quo poſtulauit ſapientiam.
ternũ, quemadmodum eruditus h
eſt in iuuentute ſua. Et impletus i
a ¶Flumen Dei repletum eſt aquis.
eſt, quaſi flumen ſapientia, & ter- k
a ¶Naturas rerum terrenarum. b ¶Salomon.
¶i multa diſpoſuit ænigmata.
ram retexit anima ſua. Et reple- l
ſti in cõparationibus ænigma- m
a ¶Per ſapientiam & fortitudinem.
ta, ad inſulas lõge diuulgatum
eſt nomẽ tuum, & dilectus es in
a ¶In canticiſcanticorum. b ¶In parabolis.
pace tua. In cantilenis & prouer-
a ¶Similitudinibus. b ¶Expoſitionibus.
bijs & cõparationibus & inter-
pretationibus miratæ ſunt ter- n
ræ, & in nomine domini †dei cui o p
eſt cognomen Deus Iſrael. Colle- q
a ¶Quia multiplicauit ei Deus aurum & argentum.
giſti quaſi aurichalcũ aurum, &
vt plumbũ compleſti argentum.
a ¶In ſenectute.
†Et inclinaſti femora tua mulie- r
a ¶Non fuit timor Dei ante oculos eius.
ribus. Poteſtatem habuiſti in cor s
a ¶Infamiam.
pore tuo. Dediſti maculam in t u
a ¶Quam prius habuiſti b ¶Filios.
gloria tua, & prophanaſti ſemen x
¶Dei.
tuum inducere iracundiam ad li
beros tuos, & in cæteris ſtulti- y z
tiam tuam, vt faceres imperium a
bipertitum, & ex Ephrem im- b
a ¶Non obliuiſcetur miſereri Deus, nec conti. in ira.
perare imperium durum. Deus c d
autem non derelinquet miſeri-
cordiam ſuam, & non corrum-
a ¶Quæ promiſit Iacob & Dauid.
per neque delebit opera ſua, ne- e
que perdet à ſtirpe nepotes ele- f
¶Iacob vel Dauid.
cti ſui, & ſemen eius qui diligit
dominum non corrumpet. De-
a ¶Reliquam ſcilicet partem quæ non ſecuta eſt Ieroboam.
dit autẽ reliquum Iacob, & Da-
¶V. e.
uid de ipſa ſtirpe, & finẽ habuit g
Salomon cum patribus ſuis. †Et h
reliquit poſt ſe de ſemine ſuo gẽ-
a ¶Stultum filium.
tis ſtultitiã, & minutũ à ſua pru-
¶A ſe.
dentia Roboam, qui auertit gen- i

e Poſt ipſum. *Hic proſequitur, de Salomone, cuius primo ponitur commendatio, cum dicitur: Poſt ipſum ſurrexit filius ſen. 3. Regum. 3. b. Dedi tibi cor ſapiens & intelligens, intantum, vt nullus ante te ſimilis ſibi fuerit &c.* G

† regum

d Et propter il. *ſcilicet Dauid.*

e Deiecit. *dominus.*

f Omnẽ potentiam ini. &c. *populi Iſrael.*

g Salomon imperauit in diebus pacis, *vt ædificaret templum domini, ad quod requirebatur pax populi propter magnitudinem expenſarum, & multitudinem operariorum, vt patet. 3. Regum. & 2. Paralipome.*

h Quemadmodum eruditus eſt &c. *à Dauid patre ſuo, qui dedit ſibi exemplar, & deſcriptionem omnium fiendorum in templo, vt habetur. 1. Paral. 28.*

i Et impletus eſt quaſi flumen ſapientia. *ex infuſione diuina.*

K Et terram &c. *diſſerendo de animalibus & iumentis greſſibilibus in terra, & diſputando de lignis à cedro quæ eſt in Libano, vſq; ad hyſſopum quæ egreditur de pariete, vt habetur. 3. Regum. 4.*

l Et repleſti. *Mutat modum loquendi de tertia perſona ad ſecundam.*

m In comparationi. ęnigma. *dilucidando ea reginæ Saba, quæ venit in nomine domini tentare eum in ænigmatibus. 2. Regum. 10. Cætera patent vſque ibi:*

n Miratæ ſunt. *i. habitatores terræ de his quę feciſti & dixiſti.*

o Et inno. &c. *ſcilicet Dei miratæ ſunt, ſcientes quòd omnia tibi data à Deo proceſſerũt.*

p Cui eſt cognomen Deus Iſ. *cognomen enim alicuius determinat nomen principale, ſic eſt in propoſito. Eſt enim Deus omniũ per creationem, ſed cognominabatur Deus Iſrael per ſpecialem cultum.*

- alias non habet De

q Collegiſti. *Hic conſequenter ponitur eius vituperatio, cum dicitur: Collegiſti quaſi aurichalcum aur. &c. Licèt enim hoc fecerit ex magna induſtria, tamen fuit auaritię nota, & maxime quia grauabat populum: hoc nõ obſtante, ꝙ aurum in multa haberet copia, ſicut dixerũt filio eius. 3. Reg. 12. a. Pater tuus duriſſimum iugum nobis impoſuit &c.* H

r Et inclinaſti femora tua mu. *3. Reg. 11. a. Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas. & ſequitur ibidem: Et auerterunt mulieres cor eius.*

s Poteſtatem &c. *id eſt ad implendum corporis tui voluptatem.*

t Dediſti maculam. *infamia.*

u In gloria tua. *quam habuiſti ante ex magnitudine ſapientiæ & virtutis tuæ.*

x Et in prophan. ſe. tu. *i. filium tuum abominabilem & odibilem feciſti demerendo.*

y Et in cęteris. *de populo Iſrael.*

z Stultitiam tuam. *induxiſti per effectum.*

a Vt faceres imperium &c. *nam propter eius peccata regnum eius fuit diuiſum in regnum Iſrael & Iuda. 3. Reg. 12.*

b Et ex Ephrem &c. *Fuit enim Ieroboam primus rex Iſrael de tribus Ephraim, vt habetur. 3. Reg. 11.*

c Imperium durum. *nam ad colendum vitulos aureos induxit populum. 3. Reg. 12. Sed quia propter merita Dauid remanſerunt filio Salomonis duæ tribus, ſequitur:*

d Deus autem non derelin. miſericordiam ſuam. *erga Dauid progeniem, ideo ſequitur.*

e Neque perdet à ſtirpe. *regia.*

f Nepotes electi tui. *ſcilicet Dauid quem elegit ad regimen. 1. Regũ. 16. Cætera patent ex dictis.*

†3. Re. 11. e

g Et finem. *Hic ponitur Roboam & Ieroboam vituperatio cum dicitur: Et finem habuit Salomon. 3. Reg. 11.*

h Et dereliquit poſt ſe de ſemine ſuo gentis ſtultitiam. *id eſt Roboam filium eius ſtultum.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Purgauit peccata ipſius. *ſcilicet adulterij, proditionis, & homicidij in facto Vriæ.*

b Et exaltauit in æternum &c. *id eſt poteſtatem & dignitatem regni, quod maxime verificatum eſt in Chriſto, cuius regni non erit finis. Lucæ. 1. c. & qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem, ad Roma. 1.*

i Qui auertit gentem conſi. ſuo, *relinquens enim conſilium ſenum, & adhærens conſilio iuuenum, qui ſecum nutriti fuerunt, reſpondit populo fatue*

a Poſt

¶ pulo fame



## GLOSSA ORDINARIA. CAP. XLVIII.

A

4.Reg.1.b E *T ſurrexit Elias propheta.* Qui duos quinquagenarios ab Ozia rege miſſos cęleſti igne combuſſit.

Myſticè
3.Reg.17.a
Ibidem.d

b *Qui induxit.* Myſticè. Fames trium annorum, verbi Dei & fidei trinitatis inediã figurauit. Quod filium matrisfamilias (expandens ſe tribus vicibus ſuper puerum) ſuſcitauit, Chriſtum ſignificat, qui per fidem ſanctæ trinitatis genus humanum ſuſcitauit à morte peccati. Duo quinquagenarij ad eum ducendum miſſi, cum militibus ſuis ſunt combuſti, tertius remanet incolumis. Quinquagenarius enim eſt cõfeſſio pœnitentiæ, quo declaratur remiſſio peccatorum. Iudæi nolentes Chriſtum Deum eſſe perfectum, nec principem pęnitentiæ, dicũt ad eum: Quinquaginta annos nõdum habes, & Abraham vidiſti? Ideo diuini ignis incendio extinguuntur. Tertius verò quia conuerſus ad fidem trinitatis, pęnitentiæ ſacramenta cognouit, indulgentiam meruit. Iuſſu Dei reges vnxit, & prophetam Eliſeum in vltionem inimicorum, dicẽte ſibi domino: Quicunque fugerit gladium Azahelis, occidet eum Iehu: & quicunque fugerit gladium Iehu, occidet eum Eliſeus &c. Non quòd Eliſæus homicida fuerit vel tyrannus, ſed diuina vltio vnicuique reddit ſecũdum opera ſua. Aliquando per reges, aliquando per prophetas, alios mucrone, alios tranſuerberat gladio linguæ. vnde: Dolaui eos in prophetis, occidi eos in verbo oris mei. Elias ſubleuatus in cœlum aſcenſionem domini ſignificat. Notãdum autem ꝙ Elias in curru aſcẽdit, homo enim purus adiutorio egebat alieno. i. Angelico, qui nec ad cœlum Æreum per ſe aſcẽdere poterat, quem naturæ infirmitas grauabat. Chriſtus autem non curru, neque ab Angelis leuatur, qui enim fecerat omnia, ſuper omnia ſua virtute ferebatur.

Ioh.8.g
3.Reg.19.c.
Oſe.6.b
4.Reg.2.b
†abeſacti ſunt
Elie & Eliſei Chriſtus prefertur in aſcenſu.
Gen.5.d

B Enoch tranſlatus vſque ad cœlum aereum, Elias ſubleuatus, quos aſcenſionis ſuæ prænuncios, & teſtes voluit habere, vnum ante legem, alium ſub lege, vt quandoque veniret qui cœlos veraciter penetraret. Vnde & ordo per quędam incrementa diſtinguitur. Enoch tranſlatus, Elias ad cęlum ſubuectus, vt poſtea ueniret q nec tranſlatus nec ſubuectus cęlum Æthereum ſua virtute penetraret.

Act.1.b

c *Elias qui in tur.* Cum non ſit diſcipulus ſuper magiſtrum, Eliſeus rogat Eliam di. Fiat ſpũs tuus duplex in me. Sed niſi myſteriũ obſeruaſ nõ eſt oportuna

Luc.6.f
4.Reg.2.b
†3.Re.19.c
†4.Re.2.b

a ¶Reliquit ſubaudis.
tem conſilio ſuo, & Ieroboam fi- a
a ¶In cultura aureorum vitulorum, quos fecit à populo adorari.
lium Nabath, qui peccare fecit
Iſrael, & dedit viam peccandi b
a ¶Decem tribus Ephraim uel poſteris regibus.
Ephraim, & plurima redundaue- c
runt peccata corũ. Valde.n. auerte d
a ¶Ne irent in Ieruſalem, vel vt ducerentur captiui in Aſſyrios.
b ¶Vt inueniret nouas nequitias.
runt illos à terra ſua. Et quæſiuit e
a ¶In aduentu Chriſti, ipſe enim conuerſos ad ſe defendit & liberat ab omnibus peccatis.
omnes nequitias vſquedum per- f
ueniret ad illos defenſio, & ab g
omnibus peccatis liberauit eos. h

## CAP. XLVIII.

a E T ſurrexit Elias propheta, i
quaſi ignis, & verbũ ipſius k
b quaſi facula ardebat. †Qui l
a ¶Quia clauſit cœlum tribus annis & ſex menſibus, ut non plu. ſuper ter.
induxit in illos famen, & imitan- m
a ¶Sacerdotes Baal.
tes illum inuidia ſua †pauci facti
ſunt. Non.n. poterãt ſuſtinere prę n
cepta domini. Verbo domini o
continuit cęlũ, & deiecit à ſe ignẽ p
terræ. Sic amplificatus eſt Elias in q r
mirabilibus ſuis. Et quis poteſt s
ſimiliter gloriari tibi? Qui ſuſtu- t
¶Suſcitaſti.
liſti mortuum ab inferis, de ſorte mortis in verbo domini Dei,
qui deieciſti reges ad perniciem, u
& confregiſti facile potentiam
a ¶Quia regi ægrotanti prædixit, quod de lecto ſuo non ſurgeret ſanus.
ipſorum, & glorioſos de lecto x
ſuo: Qui audiſti in Sina iudiciũ, y
a ¶Vbi. ſ. cum Deo locutus eſt, & vidit viſiones in monte Oreb. ¶Alias Croeb.
& in Oreb iudicia defenſionis. z
a ¶Azahel ſuper Syriam, & Iehu ſuper Iſrael.
† Qui vngis reges ad pœniten- a
¶Eliſeum. ſ.
tiam, & prophetas facis ſucceſ- b
¶In cœlum. ſ.
ſores poſt te. † Qui receptus es c
in turbine ignis, in curru equo- d
a ¶Qui venturus eſt ante diem iudicij ſecundum Malachiã prophetam, vt conuertat corda pa. ad fi.
rum igneorum: Qui inſcriptus e
es in iudicijs temporum, lenire
iracundiam domini, conciliare
cor patris ad filium, & reſtituere tribus Iacob. Beati ſunt qui f
te † viderunt, & in amicitia tua g
decorati ſunt. Nam nos vita h
viuimus tantum, poſt mortem i
autem non erit tale nomen no-
a ¶Hic eſt. ſ. b ¶Ne videretur ab hominibus.
ſtrum. Elias qui in turbine k

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *pulo fatue & dure, di. Pater meus cęcidit vos flagellis, ego autem cędã vos ſcorpionibus, pp qđ receſſerũt ab eo decẽ tribus. 3. Re. 12.*

a Et Ieroboam filium Na. qui pec. *Per idololatriam, vt dictum eſt.*

b Et de. viam pec. Ephraim. *i. ſuis ſucceſſoribus, eo ꝙ idololatriam introduxit primus.*

c Et plu. re. pec. ip. *Abyſſus enim abyſſum inuocat. ideo ex idololatria declinauerunt ad vitia multa & enormia.*

† iudicijs

d Valde e. a. *i. iſta peccata enormia fecerunt eos captiuari longe à terra ſua. 4. Reg. 18.*

e Et quæſiuit omnes ne. *Tribus Ephraim ad inſtinctum Ieroboam.*

f Vſque dum per. ad il. de. *i. licentia Cyri regis perſarum, vt poſſent redire libere in Iudæam, quæ licentia fuit publicata non ſolum in Babylonia, ſed etiam in regno Perſarum, & Medorũ, in quibus regnabat Cyrus. 1. Eſdr. 1. Et in illis terris erant multi de regno Iſrael captiuati, ſicut patet de Tobia, qui fuit captiuus in Niniue, & Gabelus in Rages ciuitate Medorum, vt habetur Tob. 1.* C

g Et ab om. pec. *i. à captiuitate eius inducta pro ſuis peccatis.*

h Libe. eos. *Ipſe Cyrus quantam fuit in ſe, tamen pauci de decem tribubus redierunt, quia plures ſatis remanſerunt detenti amore vxorum quas ibi acceperant, & prolis quam genuerant, & poſſeſſionum quas acquiſierant, propter quod dicunt Hebræi, q. illi de decem tribubus non redierunt de captiuitate, quia quod modicum eſt quaſi nihil reputatur, vt habetur. 2. Phyſicorum.*

† Philoſo.

## NIC. DE LY. CAP. XLVII.

E T ſur. Eli. *Hic conſequenter interſeritur laus quorundam prophetarum, & primò Eliæ, ſecundò Eliſæi, ibi: Elias qui &c. Circa primum dicitur:*

Diuiſio

i Et ſur. Eli. pro. qua. ig. *i. ardens zelo Dei. vnde dixit. 3. Reg. 19. c. Zelo zelatus ſum pro domino exercituum &c.*

K Et uerbum ip. qua. fa. ar. *Accendendo auditores ad amorem diuinum.*

l Qui in. in il. fa. *i. in regnum. 3. Reg. 17. a*

m Et imi. illum in. ſua pau. fa. ſunt. *ſ. ſacerdotes Baal. qui quærebant per ignem exaudiri in conſumptione ſui holocauſti, ſicut elias. 3. Reg. 18. f. Et quia non potuerunt, à populo interfecti fuerunt.*

n Non e. po. ſu. præ. do. *i. eius reſiſtere voluntati. qui mortem eorum præcepit per Eliam.*

o Ver. do. con. *Tribus annis & ſex menſibus à rore & pluuia. Iac. 5. d.*

p Et de. à ſe ig. *i. orationis ſuæ virtute fecit ignem ad terram de cęlo deſcendere ſuper holocauſtum ſuum. 3. Reg. 18. f. & 4. Reg. 1. c. ſuper duos quinquagenarios principes.*

†3 Re.17.a

q Sic am. eſt Eli. *id eſt declaratus laude dignus.*

r In mi. ſu. *id eſt in miraculis ad preces eius factis, ideo ſubditur:*

s Et quis po. ſi. gl. *q. d. valde pauci.*

t Qui ſu. mor. ad in. *ſ. filium viduæ Sareptanæ quem ſuſcitauit à morte.*

u Qui de. re. ad per. *id eſt Achab. cui dixit. 3. Reg. 21. f. In loco hoc in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuũ. Et Ochoziam, cui dixit. 4. Re. 1. d. Quia miſiſti nuncios ad conſulendum Beelzebub Deũ Acharon, ideo de lectulo ſuper quẽ aſcendiſti non deſcendes, ſed morte morieris.* D

x Et gl. de le. ſuo. *i. duos quinquagenarios principes miſſos ad eum ab Ochozia iacente in lecto ſuo. ſuper quos fecit ignem deſcendere, vt dicitur ibidem.*

y Qui au. in ſi. iu. *i. ſecretum Dei conſilium quo ſeptem milia virorum reſeruauerat, qui non coluerant Baal: Elia tamen opinante ſe ſolum fidelem remanſiſſe. 3. Reg. 19.*

z Et in o. iu. de. *id eſt diuinæ vltionis, quibus dominus præcepit Eliæ inungi Eliſæum in prophetam, & Azahel in regem Syriæ, & Iehu filium Namſi in regem Iſrael ad interfectionem idololatrarum. 3. Reg. 19.*

a Qui un. re. ad pœ. *i. ad punitionem idololatrarum. Et eſt repetitio eius quod dictum eſt de Azabele & Iehu ad maiorẽ expreſſionẽ.*

b Et pro. ſa. ſuc. *ſ. Eliſæum & Ionam, quem ſuſcitauit Elias, vt prædictum eſt.*

c Qui re. es. *In Paradiſo terreſtri.*

d In turbi. ig. *4. Reg. 2. b.*

e Qui in. es in iu. tem. *i. venire temporibus ante iudicium, ad detegendum perfidiam Antichriſti. Malac. vlt. a. Mittam vobis Eliam prophetam, antequàm veniat dies domini magnus & horribilis, vt conuertat cor patrum ad filios &c.*

f Beati ſunt qui te ui. *videntes ſanctam conuerſationem tuã, & tuã audientes doctrinam.*

g Et in ami. tua de. ſunt. *Decore virtutum.*

h Nam nos vita viuimus tantum. *i. in vita præſenti habemus famam.*

i Poſt mortem autem non erit tale no. no. *ſ. quale tuum, quia nec vita noſtra, nec doctrina, nec facta, ſunt tuis ſimilia.*

K Elias. *Hic ponitur laus Eliſæi, Et ad continuationem cum parte præcedenti præmittitur: Elias &c.*



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

tuna petitio. Elias enim Chriſtū ſignat caput noſtrū. Eliſeus verò corpus eius, i. eccleſiam: dat Elias petendi optionem, & Chriſtus inquit: Petite, & dabitur vobis. Petit ergo Eliſeus, i. populus Chriſtianus. Fiat ſpiritus tuus duplex in me, id eſt duplex gratia ſpiritusſancti in remiſſionem, ſ. peccatorum, & collationem virtutum. Chriſtus verò remiſſione peccatorum nō eguit, qui peccatum nō habuit. Opera autem virtutum facit. Si uideris inquit Elias, quando tollar à te erit quod petiſti, ſi autem non uideris, nō erit. Qui. n. rectæ fidei oculos in eum ponit, & fideliter credit paſſionem, reſurrectionem & aſcenſionem, petitionis ſuæ fructum accipit. Proiectus eſt mortuus in ſepulchrum Eliſæi, & ad tactum oſſium eius reuixit. Qui. n. firma fide tāgit mortem Chriſti, particeps eſt eius reſurrectionis. vñ: Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me, non morietur in æternum.

Ioh.11.c

a *In Eliſæo.* Qui orauit di. Fiat ſpiritus tuus duplex in me, & obtinuit. Vnde in patientia & virtute inſuperabilis fuit, qui in vita & in morte multa ſigna fecit.

b *Reli. eſt gens.* Quia domus Dauid & tribus Iuda & Beniamin, nō penitus abiecerunt culturam Dei, ſed alij eorum fuerunt idololatræ, ſicut Ioram & Achaz. alij adhæſerunt Deo, ſicut Ezechias & Ioſias.

c *Eze. mu.* Quod Ezechias fontē obturat, & riuum qui in medio terræ fluit, ne reges Aſſyriorum inueniant aquam. ſignificat, quòd ab hęreticis, & Gentilibus diuina ſint velāda myſteria. Quod Sennacherib Rex Aſſyriorum miſit manum validam in Ieruſalem per Rabſacen, vt euerteret eam, & orante Ezechia, & Iſaia cum populo ſuo, ciuitatem extinctis hoſtibus liberatam, in Para. plene oſtenditur.

Eſa.38.b

† rectus eſt, & in Eliſæo completus eſt ſpiritus eius. In diebus ſuis non pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum. Nec ſuperauit illum verbum aliquod, & † mortuū prophetauit corpus eius. In vita ſua fecit mōſtra, & in morte † mirabilia operatus eſt. In omnibus iſtis non pęnituit populus, & nō receſſerunt à peccatis ſuis, vſq; dū abiecti ſunt de terra ſua, & diſperſi ſunt in omnem terram, & relicta eſt gens perpauca & princeps in domo Dauid. Quidam ipſorū fecerunt quod placeret Deo, alij autem multa cōmiſerunt peccata. Ezēchias mūniuit ciuitatem ſuā, & induxit in medium ipſius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquā puteum. † In diebus ipſius aſcendit Sennacherib & miſit Rabſacē, & ſuſtulit manū ſuam cōtra illos, & extulit manum ſuam in Sion, & ſuperbus factus eſt potentia ſua. Tunc mota ſunt corda & manus ipſorum, & doluerūt, quaſi parturiētes mulieres. Et inuocauerūt dominum miſericordē, & expādentes manus extulerūt ad cęlum, & ſanctus dñs Deus audiuit cito uocē ipſorū. Non eſt cōmemoratus peccatorū illorū, neq; dedit illos inimicis ſuis, ſed purgauit illos in manu Iſaiæ prophetæ ſancti. † Deiecit caſtra Aſſyriorum, & contriuit illos Angelus † domini. Nam fecit Ezechias quod placuit Deo, & fortiter iuit in via patris ſui Dauid, quā mādauit illi Iſaias ꝓpheta magnus & fidelis in conſpectu † Dei. In diebus ipſius retrò redijt ſol, & addidit regi uitam. Spiritu magno vidit vltima, & conſolatus eſt lugentes in Sion vſque in ſempiternum. Oſtendit futura & abſcondita antequam euenirent.

a ¶Significat quòd myſtica fuit reſuſcita io mortui, qui proiectus in ſepulchro Eliſæi reuixit.
¶In captiuitatem.
a ¶Chriſtus. b ¶Redintegrans murum diſſipatum, & extruens turres.
a ¶Quia induxit aquam in ciuitatem.
a ¶De qua dicitur: Impetus lætificat ciuitatem Dei.
¶Hæc in li. Reg. & in li. Para. & in li. Iſa. plene exponūtur.
a ¶Ezechiæ. b ¶Per decem lineas. c ¶Id eſt oſtendit additam.
¶Prophetico. ¶Iſaias. ¶.i. vltima ætate futura.
a ¶Docendo, ſcribendo.
a ¶Chriſti aduentum, redemptionem humani generis & alia multa.

† rectus · † 4. Reg. 13.d · † ſua · † 4. Reg. 18.c · † Subiecit · † 4. Reg. 19.b · † domini

g In om. &c. & non re a pec. *ſ. idololatria & alijs malis.*
h Vſque dum ab. *Per regem Aſſyriorum. 4. Reg. 18.*
i Et relicta eſt gens perpau. *ſ. tribus Iuda Beniamin & Leui.*
k Et prin. *ſcilicet Ezechias, in cuius anno quarto decem tribus Iſrael fuerunt captiuatæ.*
l Qui. ipſo. *ſ. regum Iuda.*
m Fecerunt quod pla. de. *ſ. Ezechias & Ioſias.*
n Alij au. mul. com. *ſ. Ioram, Achaz, Manaſſes, & alij plures.*
o Ezechias. *Hic reuertitur autor ad loquendum de regibus, & primò de Ezechia, ſecundo de Ioſia, ſeq. ca. Prima in duas, quia primò ponitur laus Ezechiæ per ſe, ſecundò ſimul cum laude Iſaiæ prophetæ, ibi. Non eſt commemoratus. Circa primum dicitur: Eze. mu. armis, & victualibus.*
p Ciui. ſu. *ſ. Ieruſalem, quæ Metropolis erat in regno ſuo.*
q Et in. *ſ. fontem Siloe, quem fecit intra ciuitatem fluere, qui prius extra fluebat, vt ſic in ciuitate eſſet aquæ copia, & in exercitu regis Aſſyriorum penuria.*
r Et fo. *id eſt fodere fecit, vt fluxus fontis haberet canalem.*
s Et ædi. ad. *Recipiendam.*
t Puteum. *i. piſcinam magnam.*
u In die. *Ad deuaſtandum Iudæam.*
x Et miſit. *De Lachis in Ieruſalem. 4. Reg. 18. & ſubditur:*
y Et ſuſtulit manum. *Ezechiæ, & eius populo comminando.*
z Et ex. ma. *Cōminando deſtructionē regiæ domus, & templi, quæ erant in monte Sion.*
a Tunc con. ſ. cor. *Ex magno timore.*
b Et in. do. *Humiliter & deuotè.*
c Et ſan. do. *vocem ipſorum, quia fecit recedere de Iudæa regem Aſſyriorū per regē Aethiopiæ inuadētē regnū ſuū. 4. Reg. 19.*
d Non eſt con. *Hic ponitur conſequenter Ezechiæ laus ſimul & Iſaiæ, cum dicitur: Non eſt. ſ. dominus.*
e Pec. *id eſt ad puniendum ipſa per regem Aſſyriorum.*
f Sed pur. *i. per Iſaiam pro ipſis orantem ad Ezechiæ petitionem.*
g Deie. ca. *& ſubdit modum.*
h Et con. il. *quia vna nocte percuſſit in caſtris Aſſyriorū, centū octogintaquinq; milia pugnatorum, propter qđ Sennacherib fuit compulſus fugere turpiter ad terram ſuam, vbi filij proprij interfecerunt eū. 4. Re. 19. g*
i Nam fe. Eze. *Purgando Ieruſalem ab idololatria, & inuitando ſacerdotes leui. & populum ad diuinum cultū. 2. Para. 29. & 30.*
K Et for. *id eſt conſtanter.*
l Iuit in via pa. &c. *Imitando eū in bonis.*
m Quam man. *Cui humiliter obediuit Ezechias.*
n In die ip. *ſ. Ezechiæ & ſimiliter Iſaiæ.*
o Retro re. *ſcilicet decem gradibus in horologio Achaz, per preces Iſaiæ ad poſtulationem Ezechiæ.*
p Et ad. re. *Ezechiæ Iſaias denunciando, ſed Deus faciendo.*
q Vitam. *Prolongando eam quindecim annis. 4. Reg. 20. b.*
r Spiri. ma. ui. *i. gratia temporaꝫ nam Iſaias de conceptione Chriſti prophetauit di. Ecce virgo concipiet. Eſa. 7. c. Et de eius natiuitate dicens: Paruulus natus eſt nobis. Iſa. 9. b. Et de eius paſſione dicens: Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras &c. Iſa. 53.*
s Et conſolatus eſt lu. *Eius enim prophetiæ ſunt ad magnam conſolationem fideliū vſq; ad finem mundi.*
t Oſten. ſu. & ab. an. eue. *Vt captiuitatem futuram per regem Babylonis, & eius liberationem per Cyrum regem Perſarum, Iſa. 45. b. & alia multa valde.*

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. XLIX.

Memoria Ioſiæ. Memoriam Ioſiæ regis comparat operi pigmentarij, & mellis dulcedini, & organo muſicæ, quia fama virtutis eius et ſuauitas modeſtiæ, et ſtudiū reſtaurandi cultum Dei, oēm odorem et dulcedinem,

## NICOLAVS DE LYRA.

† Dei

a Et in Eliſæo com. *i. donum prophetiæ, & miraculorum. 4. Reg. 2. c. Spiritus Eliæ requieuit ſuper Eliſæum.*
b In diebus ſuis non per. *Vnde dixit regi Iſrael. 4. Reg. 3. b. Vade ad prophetas patris tui & matris tuæ. Et ibidem ſequitur: Si non vultum Ioſaphat regis Iudæ erubeſcerē, non attendiſſem quidem te, neque reſpexiſſem. Principes etiam miſſos ad capiendum eum à rege Syriæ non timuit, ſed in medium Samariæ eos duxit, ſuis precibus acriſia percuſſos. 4. Reg. 6.*
4. Reg. 20. b
c Nec ſu. *ſ. Comminationis vel adulationis ipſum à ueritate retrahendo.*
d Et mor. *Ipſum fuiſſe prophetam ſanctū oſtendit, nam mortuus in ſepulchro eius proiectus, ſtatim vt tetigit oſſa Eliſæi, reuixit. 4. Regum. 13.*
e In vi. ſua. *i. miracula oſtenſione digna, aquas Iordanis diuidēdo, & aquas Iericho ſanando, Naaman leproſum curando, & filium Sunamitis ſuſcitando. & plura alia, quæ 4. Reg. diffuſe tractantur.*
f Et in mor. *Nam mortuus mortuum ſuſcitauit, vt dictum eſt, moriens tribus vicibus Syriam percutiendam à rege Iſrael prædixit. 4. Reg. 13.*

g In

## CAP. XLIX.

Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris facta opus pigmentarij. In omni ore quaſi mel indulcabit eius memoria,

## NIC. DE LY. CAP. XLIX.

Memoria Ioſiæ. *Hic ponitur laus Ioſiæ regis cùm dicitur.*
u Memoria Ioſiæ in com. *i. in omni bono.*
x In omni ore quaſi mel in. *i. ſicut eſt ſuauis ad audiendum, ita dulcis ad referendum.*

a Et



dinem, & cantilenam ſuperat: quia cum Dauid dicere poterat. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Ioſias qui interpretatur fortitudo domini, Chriſtum ſignificat. De quo dicitur: Dominus fortis, dominus potēs in prælio. Et: Chriſtus ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Ipſe zelo Dei mundat terram Iuda & Ieruſalem ab omnibus abominationibus, qui ait: Zelus domus tuæ comedit me. Et habet vētilabrū in manu ſua, & purgat aream ſuam.

a *Præter Dauid.* Hi tres comparatione aliorum non dicuntur peccaſſe. Quod enim peccauerunt condigna pœnitentia doluerunt, & deuotione & pietate Deo placuerunt.

b *Incenderunt ele.* Quidam hunc locū in perſona Chriſti intelligunt. Ieremias enim interpretatur excelſus domini, qui deſtruxit regnum diaboli, & contrarias poteſtates, delens chirographum in cruce domini: vnde. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt &c. His autem deſtructis ædificauit eccleſiam Dei.

Pſ. 2. a

c *Ezechiel qui.* Myſticè. Ezechiel qui roboratus à Deo interpretatur, & in Babylone conuerſans peccatoribus prædixit captiuitatem, conuerſis & pœnitentibus veniam, Chriſtum ſignificat Dei virtutem & Dei ſapientiam, nos in captiuitate huius ſeculi viſitaſſe, peccatoribus pœnas, & pœnitentibus prædixiſſe remedia.

Myſticè · † gentes

d *In imbre.* Significat ꝙ prædicauerit ſuper peccatores venturā eſſe pluuiam vindictæ, & per viam mandatorum Dei gradiētibus promiſerit conſolationem miſericordiæ.

e *Nam & ipſe.* Quia Chriſtum ſignat, qui eſt imago Dei, vt quicunque crediderit in Deum, hic quaſi anulo ſignetur. vnde Aggeus: Ponā te quaſi ſignaculum, quia te elegi, dicit dominus exercituum.

Agge. 2. d

f *Et Ieſum fi.* Quia per gratiam Ieſu Chriſti, qui eſt rex noſter & ſacerdos: poſt captiuitatem diabolicæ oppreſſionis reędificatur eccleſia.

a Neemias

& ut muſica in conuiuio vini. Ipſe eſt directus diuinitus in pęnitētia Gentis, & tulit abominationes impietatis. Et gubernauit ad dominum cor ipſius, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem. Præter Dauid & Ezechiam & Ioſiam omnes reges peccatum commiſerunt: nam reliquerunt legem † altiſſimi reges Iuda, & contempſerunt timorem Dei. Dederunt enim regnum ſuum alijs, & gloriam ſuam alienigenæ genti. Incenderunt † electam ciuitatem ſanctitatis, & deſertas fecerunt vias † ipſius in mānu Ieremiæ. Nam malè tractauerunt illum, quiā ventre matris conſecratus eſt propheta, euertere & eruere & perdere, & iterum ędificare & renouare. Ezechiel qui vidit conſpectum gloriæ, quam oſtendit illi in curru Cherubim. Nam cōmemoratus eſt inimicorum in imbre benefacere illis, qui oſtenderunt rectas vias. Et duodecim prophetarū oſſa pullulant de loco ſuo, nam corroborauerunt Iacob, & rēdemerūt ſe in † fide virtutis ſuæ. Quomodo amplificemus Zorobabēl. Nam & ipſe quaſi ſignum in dextera manu Iſrael. Et Ieſum filium Ioſedech:

a ¶Quia docuit Gentem Iudaicam pęnitere ſuper peccatis ſuis.
a ¶Ad comparationem horum.
a ¶Sicut Ieremias prophetauerat & ſcripſerat.
a ¶Vnde: Ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes & ſuper regna, vt euellas & deſtruas & diſperdas & diſſipes, & ędifices & plantes.
a ¶In viſione.
a ¶Quia dignam memoriam poſteris reliquerunt.
a ¶Prædicatione ſua. b ¶Annunciantes populo verbum Dei, oſtenderunt ſe immunes crimine taciturnitatis.
a ¶Chriſtus qui eſt magiſter Babylonis, i. mundi.
¶Ducem populi Iſrael, qui regreſſus de Babylone reſtaurauit templum domini.
a ¶Sacerdotem magnum.

† reges · † potentis · † eius · † via

m Et deſertas fecerunt uias ipſius. *Nam ciuitate deſtructa nullus illuc veniebat.*
n In manu Iere. *id eſt ſecundum eius prophetiam, qui frequenter dixit eis ciuitatem deſtruendam, niſi ſe ſubijcerent regi Babylonis, Iere. 38.*
o Nam male tractaue. illum, qui à uen. matris conſecratus eſt pro. *ſ. Ieremiam, de quo dixit dominus Iere. 1. b. Antequàm exires de vtero matris ſanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te. Hunc autem malè tractauerunt, ponentes eum in lacu vbi non erat aqua, ſed lutum, vt ibi moreretur in anguſtia.*
p Euertere & erue. & perdere. *Ad hoc enim ecratus fuit propheta, vt denunciaret euerſionem ciuitatis & templi, & deſtructionem populi per Chaldæos.*
q Et iterum ædificare & renouare. *Per reges Perſarum. Et non ſolum hoc prophetauit de filijs Iſrael, ſed etiā de multis alijs gentibus & regnis, Iere. 1. b. Ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes & ſuper regna, vt euellas & deſtruas, diſperdas, & diſſipes, & ędifices & plantes &c. Conſequēter ponitur laus Ezechielis, cùm dicitur:*
r Ezechiel qui uidit conſpe. *Illa viſio ponitur Ezechielis cap. 1. quæ fuit ibi expoſita diffusè de quatuor regnis principalibus, & Deo omnibus præſidente.*
Ezechiel
s Nam commemoratus eſt. *id eſt in verbis prophetiæ ſuæ, Deuter. 32. a. Concreſcat vt pluuia doctrina mea &c. Ezechiel enim mala futura illis gentibus quæ filios Iſrael iniuſtè afflixerant prophetauit, & bona illis qui eos miſericorditer & iuſtè tractauerūt, vt patet eius prophetiam intuenti ſpecialiter à 21. cap. vſque ad 33. Conſequenter ponitur laus duodecim prophetarum ſimul, quorum tamen aliqui fuerunt ante tranſmigrationem Babylonis, & aliqui poſt, ſcilicet Aggæus, Zacharias & Malachias, propter quòd eorum laus ponitur hic cum eorum laudibus, qui fuerunt tempore intermedio, cùm dicitur:*
Duodecim prophetæ
t Et duodecim prophetarum &c. *Tum quia ſepulti fuerunt honorificè ad prolongationem bonæ memoriæ, tum quia veriſimile eſt, ꝙ ad ſepulchra eorum, ſaltem aliquorum fiebant miracula, ſicut dictum eſt de ſepulchro Eliſæi capit. præcedenti.*
u Nam corro. Iacob. *id eſt populum Iſrael in fide, & moribus, ſuis ſanctis exemplis & exhortationibus.*
x Et rede. *Se à pęna & culpa peccantium.*
y In fi. uir. ſuæ. *i. in fidelitate prædicationis ſuæ, de contingentibus nihil omittendo. Et hoc modo dicitur Ezech. 3. f. Ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti.*
z Quomodo. *Hic ponitur laus patrum, tempus tranſmigrationis ſequentium. Et ſecundò, per modum breuis recapitulationis laus quorundam præcedentium, ibi: Nemo natus. Circa primum dicitur. Quomodo amplificemus, id eſt dignè laudemus Zorobabel, & ſubditur ratio, cùm dicitur.*
a Nam & ipſe quaſi ſi. in dex. mani. *ſcilicet Dei.*
b Iſrael. *In datiuo caſu, i. populo Iſraelitico ad eius conſolationem. Ad intellectum huius ſciendum, quòd hoc accipitur de fine Aggei prophetę, vbi dicitur: In die illa dicit dominus exercituum: Aſſumam te Zorobabel fili Salathiel, & ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi. Sicut fuit ibidem expoſitum ſecundum Ra. Sa. contra iſtud quod dicitur de Iechonia auo Zorobabel, Iere. 22. f. Viuo ego dicit dominus, quia ſi fuerit Iechonias filius Ioachim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. Hic autem accipitur ſignum. & Aggei vlti. ſignaculum pro annulo, eo quòd antiquitus literę principum ſuis annulis ſignabantur, vt patet Eſther. 8. b. Eſt igitur ſenſus ſecundum Ra. Sa. quòd ſicut Iechonias fuit a Deo repulſus propter malitiam ſuam, ſic Zorobabel nepos eius Deo acceptus propter ſuam iuſtitiam, ſed ſicut dictum fuit Aggei vl. ſcriptura illa melius exponitur de Chriſto. Autor autem iſte qui fuit Hebręus, videtur ſequi expoſitionem Hebręorum. Poteſt tamen dici, quòd illa litera Aggei vlt. intelligitur de vtroque. De Zorobabel minus perfectè, qui ędificauit templum materiale, & perfectius de Chriſto, qui ędificauit templum ſpirituale, ſicut illud. 2. Reg. 7. b. Ego ero illi patrem, & ipſe erit mihi in filium, intelligitur de Salomone & de Chriſto, etiam ad literam, ſicut diffuſius ſuper epiſtolam ad Heb. 1. c. vbi hæc autoritas allegatur dicta de Chriſto.*
c Et Ieſum filium Ioſedech. *Qui fuit ſacerdos magnus &c.*

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et ut muſica in con. ui. *i. ſicut harmonia inſtrumentorum muſicorum valde delectat in conuiuio ſplendido & copioſo, ſic delectabilis eſt memoria Ioſiæ.*
b Ipſe eſt dire. di. in pœ. gen. *Nam gentem regni ſui induxit ad pęnitentiam de peccatis ſuis, & ad cultum vnius veri Dei deſtruēs cultū idololatriæ. 4. Reg. 23.*
c Et guber. ad do. cor. ip. *Id eſt cor Ioſiæ gubernationem regni totaliter ordinauit ad honorem Dei.*
d Et in die. peccatorum. *i. tempore quo regnabat idololatriæ peccatum, eò quòd pater ſuus Amon & auus ſuus Manaſſes fuerunt idololatræ maximi.*
e Corrobo. pie. *i. cultum Dei reſtituit, & firmiter ſtatuit obſeruandū.*
f Præter Da. *Superius poſitæ ſunt laudes patrum tempus tranſmigrationis præcedentium. Hic conſequenter ponitur laus eorum qui fuerunt tempore tranſmigrationis. Circa quod primò ponitur tranſmigrationis ſeu captiuitatis cauſa, cùm dicitur: Præter Da. & Ezechiam & Ioſiam omnes reges. tam Iuda quàm Iſrael.*
g Commiſerunt peccatum. *ſcilicet Idololatriæ aliquo modo. Non. n. Dauid excuſatur ab alijs peccatis, vt à peccato adulterij, homicidij, & proditionis in facto Vriæ, & à peccato iniuſtitiæ, dando medietatem hæreditatis Miphiboſeth ſeruo ſuo Sibæ. Nec Ezechias à peccato vanæ gloriæ, oſtendendo magnificentiam ſuam nuncijs regis Babylonis.*
h Nam reliquerunt legem altiſſimi. *ſcilicet Dei, cuius eſt infinita potentia.*
i Reges Iuda, & contempſerunt timorem Dei. *Sicut reliquerunt reges Iſrael.*
K Dederunt enim regnum ſuum alijs & gloriam ſuam alienigenæ &c. *Demerendo quòd alijs daretur, vtpote Babylonijs.*
l Incenderunt ele. ciui. ſancti. *ſ. Ieruſalem ad diuinum cultum electā, quæ fuit incenſa propter eorum demerita.*

m Et



a Qui

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Neemias* Conſolator Deus, vel conſolatus à domino. Hic
E Chriſtum ſignificat qui ait: Rogabo patrẽ meum, & alium
Ioh. 14. c paracletum dabit vobis. qui ędificat ciuitatem Dei. i. eccle-
Pſ. 146. a ſiam, & conſolatur mœrentes. vnde: Aedificans Ieruſalem
dñs, diſperſiones Iſrael cõgregabit. Qui ſanat con. cor. &c.

d Et Neemias in me. &c. *ſupple debet eſſe apud bonos.* G
e Qui erexit no. mu. &c. *euerſos à Chaldæis.*
f Et ſta. &c. & feras: *Neem. 7.*
g Qui erexit &c. *quia non ſolum muros Ieruſalẽ reparauit, ſed etiam intra muros plura ædificia.*

b *Nemo natus eſt &c.* Enoch, dedicatio: Hic Chriſtum ſignificat, qui ędificauit & conſecrauit eccleſiã ſanguine ſuo, qui ſine peccato venit in mundum, & cum gloria ſuſceptus eſt in cęlum. De quo dicitur: Speciosus forma præ filijs hominum. Et alibi: Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem.
Pſ. 44. a
Ephe. 4. b

c *Et Ioſeph.* Ioſeph ſicut Iacob pater eius terram promiſſionis deſiderabat, Ægyptum deteſtabatur, inſtruens nos, vt deſideremus terram viuentium, vt quieſcamus in pace.

d *Et oſſa &c.* Significat, ꝙ Ioſeph ante mortẽ ſuã prænunciauit fratribus ſuis. Deus viſitabit vos, aſportate vobiſcũ oſſa mea de loco iſto. Et hoc factũ eſt, quã filij Iſrael aſportauerũt ſecum oſſa eius de Aegypto, & ſepelierũt in Sichẽ, quę eſt Neapolis vrbs Samaritanorum.
Gen. vlt. d
Exo. 13. d
Ioſ. 24. g

e *Seth & Sem &c.* Seth filius Adam, & Sem primogenitus Noe, tã fide ꝙ̃ moribus hominibus ſui tpis prælati ſunt, in quibus Chriſtus ſignificatur, qui Deus & homo eſt, cui Deus dedit nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur &c.
† hi
Phil. 2. b

Qui in diebus ſuis ædificauerunt do- a b
mũ, & exaltauerunt templũ ſanctum c
dño, paratum in gloriam ſempiter- d
a nam. Et Neemias in memoria multi
¶Virtutes.
tẽporis, qui erexit nobis muros euer- e
a ¶Doctores vel opera.
ſos, & ſtare fecit pôrtas & ſeras, q ere- f g
b xit domos noſtras. Nemo natus eſt in h
terra qualis Enoch, nã et ipſe receptus i
a ¶Angelus ille eſt Chriſtus qui eſt gratia Dei pleniſſimus, de cuius plenitudine omnes accepimus.
c eſt à terra. Et Ioſeph q natus eſt homo k
princeps fratrũ, firmamẽtũ Gentis, re
a ¶Iudex. b ¶Apoſtolorum vnde: Nunciate fra. me. &c. ¶Chriſtiani: Ipſe eſt lumen ad reuela. gen. & glo. ple. tuę Iſra.
d ctor frãtrũ, ſtabilimentũ populi, & oſ
ſa ipſius viſitata ſunt, & poſt mortem l m
a ¶Prepoſtero ordine prius prophetas, poſtea patriarchas antiquos poſuit.
e prophetauerunt. Seth & Sem † apud n
homines gloriam adepti ſunt, & ſuper omnẽ animam in origine Adam. o

h Nemo. *Hic ꝑ modũ recapitulationis ponitur laus quorundam patrũ transmigrationem præcedentiũ. & primo ipſius Enoch, à quo incepit laudare patres in ſpãli, ſup. 44. ca. dicit igitur: Nemo nat. eſt &c. ſ. in oĩbus bonis conditionibus. Quilibet. n. ſanctus hẽt aliquã grãm ſpãlem à Deo, quã non habet alius, ſaltẽ in æquali & ſimili gradu ꝑ oĩa. ꝑꝑ qđ de quolibet confeſſore canit eccleſia: Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excel. &c.*
i Nam & ipſe &c. *noſtræ habitationis, & translatus ad paradiſum terreſtrem, vt dictum eſt ſuprà 43. c. Conſequenter ponitur laus Ioſeph, cum dicitur:*
K Et Ioſeph qui na. eſt hõ prin. fratrum. *.i. ad hoc natus eſt, vt eſſet princeps fratrũ ſuorũ, ꝑ hoc. n. conſeruauit prẽm & totam cognationẽ ſuam, Gen. 45. iõ ſubditur: Firmamentum Gentis &c.*
l Et oſſa ipſius. *nã filij Iſrael recedẽtes de Aegypto ea ſecũ portauerũt. Exo. 13. d. Tulit quoque Moyſes oſſa Ioſeph &c.*
m Et poſt mor. *i. Ioſeph fuiſſe verũ prophetã oſtenderunt. nã hoc prædixerat Gen. vlt. d. Deus viſitabit vos, aſportate vobiſcũ oſſa mea. Cõſequenter ponitur laus Seth filij Adæ, & Sem filij Noe, cum dicitur:*
n Seth & Sem apud ho. &c. *virtutis & præſidentiæ, ideo ſubditur:*
o Et ſu. om. aĩam in ori. &c. *ideſt ſuper omnem hominem ab Adã deſcendentem. Dicit enim hic gl. ꝙ iſti duo habuerunt dominium ſuper omnes homines ſui tpis, ſaltẽ pro aliqua parte vitæ ſuę: Seth ante diluuiũ, et Sem poſt ipſũ. Nõ. n. eſt veriſimile ꝙ toto tpe vitæ ſuæ habuerint dominium tale, quia non permiſiſſent mala ſic augmentari in terra.*

## NICOLAVS DE LYRA.

a Qui. *ſcilicet Zorobabel & Ieſus.*
b In diebus ſuis &c. *eam fundando tempore Cyri. 1. Eſd. 3.*
c Et exal. &c. *nam opus impeditũ per plures annos reſumpſerũt anno eius ſexto. 1. Eſdræ 6. Conſequenter ponitur laus Neemiæ, cùm dicitur:*
d Et

H

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. L.

SImon *Oniæ.* Ad homines in tempore peruenit, quia iſte Simon fuit filius Oniæ, qui de Simone cognomine iuſto
F natus eſt. Onias autem, vt Ioſephus refert, puſillanimis & auarus, Ptholemeo regi tributa non reddens, ad iracundiã prouocauit. Moriens autem Onias, Simoni filio ſacerdotiũ etiam reliquit, quo etiã mortuo filius Onias ſucceſſit. Fuit autem hic Simõ Pontifex Iudæorum, cum Ptholemæus Euergetes regnaret in Aegypto, in Aſia & Syria Seleucus. Patet vero Ieſum huius libri ſcriptorẽ, & hunc iſtum Simonem eiſdem fuiſſe temporibus, cũ vitam Simonis & mores tam expreſsè deſcribat Ieſus.

g *Putei aquarum.* Profunditates ſcripturarum, quæ in diuinis libris ſub figuris latẽt, ſed ore prædicatorum redundant, quaſi mare ad ſaturitatem plurimorum.
† ſuis

h *Et ingreſſum domus & atrij &c.* Quia in rudibus quos ſignat atrium, & in perfectis, qui ſignantur per domum

*ſapientiæ. Prima adhuc in tres: quia primò commendatur de ciuitatis & templi fulcimento. Secundò de virtutum ornamento, ibi: Quaſi ſtella. tertiò de diuini cultus augmento, ibi: Circa illum. Circa primum dicitur: Simon Oniæ fi. Iſte Onias non eſt ille de quo fit mentio. ij. Machab. iij. ſed fuit ante illum.*

## CAP. L.

¶Simon pone merorem, vel audi triſtitiam.
a SImon Oniæ filius ſacerdos ma- a
a ¶Verbi doctrinæ. b ¶Synagogam. ſeu doctores noſtris temporibus eccleſiam.
gnus, qui in vita ſu'a ſuffulſit domũ, & b
in diebus ſuis corroborauit templũ. c
a ¶Chriſti autem incarnatio, paſſio, reſurrectio in fide credentium ſacrata eſt.
Tẽmpli etiã altitudo ab ipſo fundata d
a ¶De vtroque populo venientes.
eſt, duplex ędificatio, et excelſi parie- e f
tes tẽpli. In diebus † ipſius emanauerũt g
b putei aquarũ, et quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum. Qui curauit h
Gentẽ ſuã, et liberauit illam à perdi- i
a ¶A peccatis, ſeruitute diaboli. b ¶Per gratiam Chriſti prędicatorum labor proficit. c ¶Numero credentium.
tiõne. Qui præualuit amplificare ciui k
tatẽ, q adeptus eſt gloriã in cõuerſatio l m
a ¶Ingreſſus domus & atrij eſt ordo doctorum.
ne Gẽtis, et † ingreſſum domus et atrij n o
a ¶Differentiam doctorum ſignificat, quibus ſpiritus largitur diuerſas gratias, diuidens ſingulis prout vult.
† amplificauit. Quaſi ſtella matutina p q

b Qui in vita &c. *ideſt templum, inueterata ipſius reſarciendo.*
c Et in die &c. *repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem expreſſionem.*
d Templi ẽt al. ab ip. *Non poteſt hic accipi altitudo prout ſignat profunditatem, ſicut dicitur Iobã. 4. b. Puteus altus eſt. Templum enim illud fundatum fuit per Zorobabel & Ieſum filium Ioſedech tempore Cyri: & per eoſdem conſummatum anno ſexto Darij, vt dictum eſt cap. præced. propter quod ſic exponendum eſt. Templi etiam alti. ab ipſo, ideſt reſarcita. & ad firmitatẽ reducta. erat enim expoſita ventis & pluuijs magis quàm partes cæteræ, propter quod indigebat reparatione.*
e Duplex ædificatio. *nam ibi reparanda erant aliqua de lignis, & aliqua de lapidibus.*
f Et excelſi pa. te. *quos fecit reſarciri in parte ſuperiori, vbi magis indigebant ratione prædicta.*
g In die &c. *nam aquæductum & piſcinam, quæ fecerat Ezechias, vt dictum eſt ſuprà ca. 48. reſtituit in meliorem ſtatum.*
h Qui cu. gen. ſu. *Iudaicam, ipſam inſtruẽdo debitè, & regendo.*
i Et liberauit il. à per. *ſcilicet peccatorum, vel à tribulatione circunſtantium aduerſariorum.*

## NIC. DE LY. CAP. L.

SImon Oniæ filius. *Hic vltimo ponitur laus Simonis Oniæ filij, qui ſcđ m oẽs hiſtoriographos fuit ſũmus pontifex Hebręorum tpe Ptolomæi Euergetis regis Aegypti. Illa verò quæ hic dĩr de laudibus eius. non hñr ex libris ſacræ ſcripturæ, tam canonicis quã non canonicis, qui de ipſo nullam videntur facere mentionem. Sed dicunt expoſitores aliqui huius libri, ꝙ Ioſephus eam narrat ſed vbi, non dicunt: propter quod reuolui librum Ioſephi, qui dĩr antiquitatis Iudaicæ, in quo ſperabam eam reperire: ſed de iſto nihil plus repperi, niſi ꝙ defuncto pr̃e ſucceſſit in ſacerdotij principatum. xij. libro, quod eſt mihi ſatis mirabile, nam ibi ſcribuntur facta notabilia pontificum aliorum illius temporis, Et de iſto cuius deſcribitur hic excellentia valde notabilis: nihil amplius quàm illud quod dictum eſt continetur. Præſens igitur capitulum in tres partes diuiditur. nã primò ponitur huius Simonis commendatio, ſecundò trium gentium deteſtatio, ibi: Duas gentes, tertiò ſcriptoris huius libri concluſio, ibi: Doctrinam ſapientiæ*
Simon oniæ filius.
† in ingreſſu
† amplificatus eſt.
Diuiſio

K Qui præua. ampliare. *aliàs amplifica. ci. numeroſitate habitantium, & copia victualium.*
l Qui adep. eſt glo. *ideſt virtutem & honorem.*
m In conuer. gen. ſuæ, *per meliorationem vitæ.*
n Et ingreſſum domus. *id eſt veſtibulum templi.*
o Et atrij. *ſacerdotum.*
p Amplificauit. *antiquata reſarciendo, & in melius reformando.*
q Quaſi ſtella. *Hic conſequenter commendatur de virtutũ ornamento, cum dicitur,*



a *In accipiendo ipſum ſtolam. &c.* Ordo prædicatorum accipien
A do ſtolam gloriæ, & veſtiendo ſe cõſummatione virtutum: iudicium dignitatis ſuę, & ornatum fidei, & veſtitum bonę operationis demonſtrat. Hæc enim debent in ſacerdotibus apparere, vt dignè poſſint docere. quia Cępit Ieſus fa. & do. & pro eis preces fundant.
Act. 1. a

o Et cu. in al. ſe. *per contemplationem cęleſtium.* C
p In accipiendo ipſum. *quaſi dicat ex prædictis patet, ꝙ dignus fuit accipere ſtolam gloriæ, id eſt tunicam hiacynthinam, qua ſolus ſacerdos ſummus vtebatur.*
q Et veſtiri eum &c. *id eſt ſuperhumerali & rationali & mitra & lamina ſacta quæ erant conſummatæ virtutis ſigna.*

b *In accipiendo autem.* Partes accipit de manu ſacerdotis, qui bonæ operationis actum exigit à miniſtris.
c *Et conſu.* Cõſummata oblatio datur excelſo regi, quãdo corpus Chriſti offertur Deo.
† refulſit
d *Effudit in fundamento.* In cõmemorationem Chriſti, qui eſt fundamẽtum eccleſiæ. Huius oblationis eſt odor ſuauiſſimus Deo omnipotẽti.
e *Tunc ex.* Chriſti ſacerdotes prędicationem exhibuerunt per paſſionem conſummatam. Ductiles tubę benedicuntur, quia prædicatores tantò creſcunt, quantò tribulationum malleis percutiuntur.
f *Tunc om.* Cum officium eccleſiaſticum, per miniſtros altaris agitur in memoriam Chriſti, populus ad laudem Dei prouocatus, proſternit ſe in faciem. id eſt cordis ſui exhibet humilitatem.
g *Dare preces.* Quia quidquid amore Dei agitur, corã Deo eſt oratio, & odor ſuauitatis. Quia omnis eccleſia ſatagit, vt pſeueret in prece, vſq; ad finem mundi, quando corpus Chriſti in incorruptione honorabitur, & membra capiti ſuo coniungentur.
† cypreſſus
h *Et rog.* Quia quidquid in vnitate fidei Deo offertur, apud eum recipitur, quidquid extra, impietati deputatur. Magnus fit in eccleſia ſonus, qñ orantibus ſacerdotibus, &
B benedicentibus, reſpondet omnis populus: amẽ: qui ſonus tam ad clamorem vocis, quàm ad deuotionẽ cordis pertinet. Homo enim videt in facie, Deus in corde.
1. Reg. 16. a
i *Tunc deſcen.* Cœtus ſanctorum exultans.
k *Extulit. in.* quãdo gratias agit, pro perfectione laboris in ſalute vniuerſi populi, tunc laudes multiplicat. orationem iterat, quia nunquam, à laudibus ceſſat.

a *Oſtendo.*

in medio nebulæ & quaſi luna plena a b
a ¶Doctrinæ verbo & baptiſmi ſacramento: hoc curant doctores modo. b ¶Quia in obſcuritate literæ relucet ſplendor ſapientiæ.
in diebus ſuis lucet. Et quaſi ſol reful- c
gẽs, ſic ille † effulſit in tẽplo Dei. Quaſi d
a ¶Scientia ſcripturarum per quam ſagittæ diuinorum teſtimoniorum.
ârcus refulgens inter nebulas gloriæ,
a ¶Sanguis martyrum in virore naſcentis eccleſiæ.
& quaſi flôs roſarũ in diebus vernis, & e f
a ¶Continentia & virginitas. b ¶Labentis ſeculi.
quaſi liliã quæ ſunt in trãſitu aquę, & g
a ¶Pura oratio. b ¶In claritate fidei.
quaſi thûs redolens in diebus ęſtatis.
¶Charitatis.
Quaſi ignis effulgẽs, & thus ardẽs in h i k
a ¶Paſſionis. b ¶Anima. c ¶Sapientiæ plena.
ignẽ. Quaſi vâs auri ſolidum orna- l m
a ¶Omni genere virtutũ. b ¶Lux fidei & affectus miſericordię.
tũ omni lâpide præcioſo. Quaſi oliua n
a ¶Altitudo perfectionis, odor bonę voluntatis, ſicut habent ſancti.
pullulãs, & † cupreſſus in âltitudine ſe o
a extollens. In accipiẽdo ipſum ſtolam p
gloriæ, & veſtri eum in cõſummatio q
a ¶Quia ſacerdotij ſui iura recte cuſtodit, vt ſubiectos recte doceat.
ne virtutis. In âſcẽſu altaris ſancti glo r
b riã dedit ſanctitatis amictũ. In accipiẽ s t
do autẽ partes de manu ſacerdotũ, & u
a ¶Primus opere & doctrina. ¶Vt imitentur.
ipſe ſtâns iuxta arã. Circa illum coro- x
a ¶Presbyterorum & eorum qui ſunt minoris ordinis, qui boni paſtoris ſequuntur exemplum.
na frâtrũ, & quaſi plãtatio cedri in mõ y z
te Libano, ſic circa illũ ſteterunt quaſi a
rami palmę, & oẽs filij Aaron in glo- b
ria ſua. Oblatio autẽ dñi in manibus c
a ¶Sic luceat lux veſtra coram hominibus &c. ¶Fidelium multitudine.
ipſorũ, côram omni ſynagoga Iſrael: d
c & conſummatione fungens in aram, e
amplificare oblationem excelſi regis, f
a ¶Chriſti ſanguinem offerendo.
pôrrexit manum ſuam in libatione, g
d & libauit in ſanguine vuæ. Effudit in h
fundamento altaris odorem diuinum
e num excelſo principi. Tunc exclama- i
uerunt filij Aaron in tubis † ductili- k
bus ſonuerunt, & auditam fecerunt
vocem magnam in memoriã coram
f † domino. Tũc omnis populus ſimul l
properauerunt, & ceciderunt in fa- m
ciem ſuper terram adorare dominũ
g Deum ſuum, & dare preces omnipo-
tenti Deo excelſo. Et amplificauerunt n
pſallẽtes in vocibus ſuis, & in magna o p
¶Eccleſia.
domo † factus eſt ſonus ſuauitatis ple-
h nus. Et rogauit populus dominum
excelſum in prece, vſq; dũ perfectus q
eſt honor domini, & munus ſuũ per-
i fecerunt. Tũc deſcendens manus ſuas r s
k extulit in omnẽ congregationẽ filio-
rum Iſrael, dare gloriam Deo à la- t
bijs ſuis, & in nomine ipſius gloria- u
ri. Et iterauit orationem ſuam, vo- x

r In aſcenſu. &c. *id eſt ſignauit.*
s Sanctitatis amictum. *id eſt amictus, accipiendo neutrũ pro maſculino: Sicut enim dictum eſt hæc ornamenta ſignificabant excellentiã ſanctitatis, quæ in pontifice debet eſſe præ cæteris: quia ſequeſter eſt, & medius inter populum & Deum.*
t In accipiendo &c. *i. decimam decimarum, quas accipiebant ſacerdotes à populo, & de illis decimam partem offerebant ſummo ſacerdoti.*
u Et ipſe ſtans. *i. ſemper paratus ad exercitium ſui officij.*
x Circa il. *Hic commẽdatur de diuini cultus augmento. Et primò in miniſtrorum collegio, ſecundò in toto populo, ibi: Tunc omnis. Circa primum dicitur: Circa illum co. i. ſocietas magna minorum ſacerdotum, & Leuitarum ſibi miniſtrantium.*
Diuiſio
y Et qua. *ſicut cedri in mõte Libano plantatæ ſunt in magna multitudine.*
z Sic circa il. *ſacerdotes & Leuitæ.*
a Quaſi ra. *i. ſicut rami palmæ circundant ſtipitem, ſic iſti pontificem.*
b Et omnes filij Aaron. *Iſti erant minores ſacerdotes, qui erant nobilius ornati, quam Leuitæ: nam habebant tunicas lineas, baltheos, & mitras.*
c Oblatio autem. *id eſt per manus ipſorum fiebat in altari holocauſtorum: ideo ſubditur:*
d Coram omni. *i. coram multitudine plebis, quæ non admittebatur ad videndum oblationem incenſi, quæ fiebat intra templum. vnde dicitur Lu. 1. Et omnis multitudo populi erat foris orans hora incenſi.*
e Et conſu. *per aram incenſi: Oblato namque ſacrificio in altari holocauſtorũ, quod erat ſub diuo, cremabãt thymiama ſuper altare incenſi in templo, & tunc erat ſacrificium conſummatum, vt habetur Heb. 9.* D
f Amplic. obla. *i. ad offerendum amplam & perfectam oblationem excelſo regi.*
g Porrex. ma. *i. liquidorum oblationem, & potiſſimè de vino, ideo ſubditur: Et libauit &c.*
h Effudit in funda. *nam vinum oblatum ſuper altare in odorem ſuauitatis domino decurrebat ad baſim altaris &c.*
i Tunc excl. *i. minores ſacerdotes.*
K In tubis. &c. *Dicit enim Ra. Sa. quod quando fiebat libatio de vino in magnis ſolennitatibus, minores ſacerdotes incipiebãt buccinare, & Leuitæ cantores canere.*
† productilibus
l Tunc omn. po. *Hic commendatur de diuini cultus augmento in populo, cum dicitur: Tunc omnis. laudare Deum ſecundum modum ſuum, ideo ſubditur:*
m Et ceci. in fa. ſuper. *ſcilicet humiliter & deuotè.*
n Et am. *i. amplè Deum laudauerunt.*
o Pſallen. in. *Leuitæ cantores.*
p Et in ma. *i. in templo. Et accipitur hic templum largè pro atrio ſacerdotum, in quo erat altare holocauſtorum.*
q Vſquedum perfectus eſt honor. *id eſt obſequium Pontificis & miniſtrorum ad honorem Dei.*
r Tunc deſcendens. *Pontifex Simon de altari.*
s Manus ſuas. *ad regratiandum domino, ideo ſubditur.*
t Dare glo. Deo. *ad benedicendum populo, ideo ſubditur.*
u Et in &c. *nam in nomine domini tetragrammaton, quod dicitur glorioſum, benedicebat Pontifex populum.*
x Et it. *qui toties paratus eſt dare quoties deprecatur humiliter & deuotè cum alijs* conditionibus

## NICO. DE LYRA.

*cum dicitur: Quaſi ſtella matutina, quæ clarior eſt cæteris.*
a In med. nebulæ. *q. d. etiam inter malos refulſit doctrinis & exemplis.*
b Et qua. *q. d. in eo nihil apparuit defectus & obſcuritatis.*
c Et quaſi ſol. *lumine ſuo illuſtrans alios, & ad feruorem charitatis inducens.*
† Deo.
d Quaſi ar. *diuerſis coloribus ſic iſte refulſit varijs virtutibus.*
e Et quaſi flos. *Tunc enim redolent maximè: per quod notatur diffuſio bonæ famæ. 2. Corint. 2. d. Chriſti bonus odor ſumus, in omni loco.*
f Et qua. *in quo notatur virtus caſtitatis.*
g Et quaſi thus. *in quo notatur virtus ſuę orationis, Pſ. 140. a. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.*
† auctus
h Quaſi ig. *fulgore doctrinæ.*
i Et thus. *exponatur vt prius.*
K Quaſi vas. *contentiuum ſapientiæ, quæ per aurum deſignatur.*
l Solidum. *per virtutem patientiæ.*
m Ornatum. om. *i. in oĩ genere virtutum.*
n Quaſi oli. *i. opera miſericordię multiplicans, nam oleum oritur de oliua, quod miſericordiam ſignificat, Lucæ. 10. f. Alligauit vulnera eius infundens oleum, & vinum.*

p Et cu.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

a *Oſtendere virtu.* Prædicare ſcilicet miſericordiam eius, qui dat nobis iucunditatem cordis, & pacem in temporibus æternis, vt omnes viri Iſraelitæ, & amatores regis æterni prædicent potentiam, & bonitatem Dei in liberatione populi ſui.

b *Duas gen.* Ruina duplex, Gentilitas. ſcilicet quæ idololatria polluta eſt, & conuerſatione vana.

c *Doctrinam.* Opus ſuum commẽdat, oſtendens, quàm vtile ſit legenti, meditanti, & operanti.

† cor.

d *Oratio te.* Melius ad totã eccleſiam refertur, quàm ad vnam perſonam, quia in ea multæ ſpecies tribulationum, & diuerſa ſolatia deſcribuntur.

## GLOS. ORDINARIA. CAP. LI.

CONfitebor tibi domine rex, et collau. &c.

e *Quoniam.* Ieſus Chriſtus adiutor & protector eſt ſponſæ ſuæ, qui tradidit ſemetipſum pro ea, vt liberaret eam à perditione originalis peccati.

f *Portis.* Hæc ſunt ora principum & tyrannorum, vnde minæ prodeunt & fraudulentiæ, quæ ſeruos Dei negare fidem compellunt.

Dan. 3. e.

g *Preßura flam.* hoc tribus pueris contigit in camino ignis corporaliter. Sed omnes ſancti ab æſtu perſequutionis liberantur ſpiritualiter.

h *Et vita. &c.* Quia vita carnis quotidie deficiendo ad mortẽ tendit. Mortem enim infernum vocat, quia mors carnis, primi peccati vindicta eſt, ſicut infernus peccantium animarum pœna perpetua.

a Circunde.

## NICO. DE LYRA.

B *conditionibus requiſitis ad exauditionem orationis.*

*a* Et plus ora. *Quod in aliquibus libris interponitur: Poſt rurſum. non eſt in libris correctis.*

*b* Deum omni. *id eſt creatorem omnium, & gubernatorem.*

*c* Qui magna fe. in. *In omni namq; terra apparent effectus Dei mirabiles & magni.*

*d* Qui auxit. di. no. &c. *alimentum & augmentum conferendo, & in vita conſeruando.*

*e* Et fecit no. ſecundum ſuam miſe. *peccata noſtra remittendo.*

*f* Det nobis iucun. cordis. *dona Spiritusſancti conferendo.*

*g* Et fie. pa. in die. no. in. *vt liberius ſibi ſeruiamus.*

*h* Per dies ſem. cre. Iſrael. &c. *i. vt filij Iſrael per alia regna diſperſi ſemper credant nobis adeſſe miſericordiam Dei, vt ſic magis deſiderent venire in Iudæam, & ſuper hoc Deum orent, ideo ſubditur:*

*i* Vt liberet no. in die. ſuis. *à Gentilium ſeruitute.*

† multis tribulationibus

*K* Duas Gen. *Hic conſequenter ponitur triũ Gentium deteſtatio, cum dicitur: Duas Gentes odit ani. propter mala quæ fecerunt populo Iſrael.*

*l* Tertia autem non eſt. *ſcilicet tãtùm quantum duas primas, ita exponunt aliqui. Sed videtur mihi per contrarium exponendum ſic: Tertia. ſ. Gens quam odio.*

*m* Non eſt Gen. *aliqua alia.*

*n* Quam oderim. *ſupple tantum quantùm ipſam, vt poſteà videbitur.*

*o* Qui ſed. in mon. *hæc eſt, Gẽs prima. ſ. Idumæorum ab Eſau deſcendentium, qui fuit dominus montis Seir Gen. 32. Et ſicut ille perſequutor fuit Iacob fratris ſui, Gen. 27. ſic Idumæi ab eo deſcendentes, perſequutores fuerũt filiorum Iſrael à Iacob deſcendentium.*

lẽs oſtẽdere virtutẽ Dei. Et † plus orauit Deũ omniũ, q magna fecit in omni terra, q auxit dies noſtros à ventre matris noſtræ, & fecit nobiſcũ ſecũdũ ſuã miſericordiã. Det nobis iucunditatẽ cordis, & fieri pacẽ in diebus noſtris, in Iſrael p dies ſempiternos, credere Iſrael nobiſcũ eſſe miſericordiã Dei, vt liberet † nos in diebus ſuis.

a Scilicet hæretica. b Vna & ſimplex, ſed diuerſis compoſita erroribus.

Duas Gẽtes odit anima mea, tertia autem non eſt Gens quam

a Prima. Scilicet. b Superbiæ.

oderim. Qui ſedent in monte

a Hiſpidi. Secunda. Tertia.

Seir, & Philiſthijm, & ſtultus populus q habitat in Sichimis, Doctrinã ſapiẽtiæ & diſciplinæ ſcripſit in codice iſto, Ieſus filius Sirach, Ieroſolymita, q renouauit ſapiẽtiã de corde ſuo. Beatus q in

a Meditando & opere implendo.

iſtis verſat bonis: q ponit illa in corde ſuo, ſapiens erit ſemper. Si enĩ hæc fecerit, ad oĩa valebit,

a Sapiẽtia. Per quã. ſ. ad regnũ peruenire valeamus.

quia lux Dei veſtigium eius eſt.

### *Oratio Ieſu filij Sirach.*

## CAP. LI.

a Dominus & rex eccleſiæ Chriſtus qui eſt caput & ſponſus eius.

CONfitebor tibi dñe rex, & collaudabo te Deum ſaluatorẽ meum. Confitebor nomini tuo, qm̃ adiutor & protector factus es mihi, & liberaſti corpus

a A perſuaſione idololatriæ; ne ſeruirem potius creaturæ quam creatori.

meum à perditione, à laqueo lin

a Perſuaſionibus. b Philoſophorum, hæreticorum.

guæ iniquæ, & à labijs operantium mendacium, & in cõſpectu

a Perſequutorum, vel fideliũ qui expectabant paſſionis meæ aduentum.

aſtãtium factus es mihi adiutor.

a A perſequutione.

Et liberaſti me ſecundum mul-

a Non merita.

titudinem miſericordiæ nomi-

a Perſequutoribus. ſ. qui ſæuiunt, vt deuorent plebem Dei ſicut eſcam panis.

nis tui à rugientibus præparatis ad eſcã, de manibus quærentium animã meã, & de † portis tribulationũ, quæ circundederunt me. A preſſura flãmæ quæ circundedit me, & in medio ignis non ſum æſtuatus. De altitudine vẽtris inferi, & à lingua coinquinata, & à

a Hæreticorum vel falſorum teſtium b Liberauit me, ſubaudis, ne ius inimicorum perueniret ad interitum animarum.

verbo mẽdacij, à rege iniquo & à lingua iniuſta. Laudabit vſq; ad mortem anima mea dominũ, & vita mea appropinquans erat in

*q* Et ſtultus populus qui habi. *Iſti ſunt Samaritani, quos rex Aſſyriorum adduxit de regno ſuo ad habitandum Samariam, & alia loca circa ipſam, vt habetur. 4. Reg. 17. & aliqui de iſtis habitabant in Sichem, vſq; ad tempus Chriſti, vt patet Ioh. 4. Et iſti ſemper fuerunt Iudæis cõtrarij, & infeſti, vt patet. 1. Eſdræ, & Neemiæ in pluribus locis: & magis quam alij poſt reditum captiuitatis Babylonicæ, quo tempore ſcriptus fuit liber iſte. Ideo dicuntur magis odioſi quã alij, qui illo tpe non leguntur Iudæis ſic fuiſſe moleſti, & quia magnam partẽ occupabant terræ Iudæorũ. Dicitur aũt hic populus ſtultus: quia cum dominũ colerent, alijs quoq; ſuis ſeruiebant. 4. Reg. 17.* C

† poſt rurſum

*r* Doctrinam. *Hic ponitur doctoris huius libri concluſio, cum dicitur: Doctri. ſap. quãtum ad cognitionem diuinorum.*

*s* Et. di. *quantum ad informationem morum.*

*t* Scrip. in co. *ad diſtinctionem Ieſu filii Ioſedech,*

*u* Hieroſoly. *Fuit enim Iudæus natione.*

*x* Qui reno. *Multa enim accepit de dictis antiquorũ, et maximè de prouerbiis Salomonis.*

*y* De cor. *i. per ſtudium cordis ſui: Vel quia non ab alio fuit ad hoc excitatus, ſed propria voluntate fecit, cum auxilio tamen diuino.*

*z* Beatus qui. *meditando & operando, ideo ſubditur: Qui ponit.*

*a* Si enim. *id eſt valens erit in omnibus ad ſalutem ſuam ſpectantibus, & etiã aliorum per ſuam doctrinam.*

*b* Quia lux. *i. ſapientia in hoc codice deſcripta quæ eſt quædam impreſſio diuini luminis.*

*c* Veſtigium eius. *i. via ad ipſum perducẽs.*

## NICO. DE LYRA. CAP. LI.

CONfitebor. *In hoc vltimo capitulo ſcriptor huius libri gratias & laudes reddit Deo, ſic procedens quod Deum primò laudat, ſecundò ad ſapientiam alios inuitat, ibi: Cum adhuc ſum iunior. Prima in duas: quia primò ponitur huius laudis inchoatio, ſecundò eius continuatio ibi, Laudabit vſque ad mortem. Circa primum dicit.* D

*d* Confi. tibi. *omnium per creationem.*

*e* Rex. *per eorum gubernationem.*

*f* Et collau. te de. *per ſpiritualem mei protectionem.*

*g* Confi. no. *confeſſione laudis.*

*h* Quo. adiu. *Protector in tentatione diaboli, & adiutor in promotione boni.*

*i* Et libe. cor meũ. *i. à vitio gulæ & luxuriæ.*

*K* A laqueo lin. *i. à vitio detractionis.*

*l* Et à la. o. menda. *pernicioſum.*

*m* Et in conſpe. aſtan. *ſ. Angelorum qui tibi aſtant. Dan. 7. c. Milia milium miniſtrabant ei, & decies milies centena milia &c.*

*n* Factus es mi. adiu. *contra hoſtes ſpirituales & corporales, ideo ſubditur:*

*o* Et liberaſti me. ſecun. mul. miſe. no. tui. à rugientibus &c. *1. Pet. 5. c. Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret.*

*p* A preſſu. *incentiuorum libidinis.*

*q* Quæ circum. me. *per fomitem exiſtentem in carne.*

*r* Et in medi. ign. *libidinoſi ardoris.*

*s* Non ſum æſtu. *per conſenſum mortalis peccati.*

*t* De alti. *id eſt de profunditate. Iob. 4. b. Puteus altus eſt &c.*

*u* Ventris in. *in qua parte ſunt damnati, ſed ad limbum patrum deſcendebant tunc ſancti.*

*x* Et à lin. *verbis ſcurrilibus & immundis.*

*y* Et à verbo menda. *pernicioſi.*

*z* A rege in. *à diabolo, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.*

*a* Et à lin. iniu. *i. calũniãte alios ſine cauſa. Et hæc oĩa referuntur ad illud quod ſuprà ponitur. Liberaſti me ſecundum multi. no. tui &c.*

*b* Lauda. *Hic conſequenter ponitur laudis cõtinuatio cum dicitur: Laudabit vſque ad mortem anima mea, i. per totam vitam meam.*

*p* Et Phili. *qui multum perſequuti fuerunt filios Iſrael: vt patet. 1. Regum. in pluribus locis.*

*c* Et vita mea ap. erat in infer. de. *ſupple niſi mihi affuiſſet diuinum auxilium.*

q Et ſtulĩ

a Circunde-



A a *Circunde.* Videns eccleſia ſe ab hoſtibus circundari: & humanũ deeſſe ſolatium, à Deo quærit adiutorium, à quo eſt omne bonum: cui attribuit, quòd liberatur ab inimicis.

Pſal. 24. b.

b *Cum adhuc.* In iuuentute vel pueritia maxime præualẽt vitia. Vnde: Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorã. meas ne memineris. Cum adhuc. Poſt communẽ eccleſiæ orationem, refert quomodo ab infantia quæſierit ſapientiam.

c *Priuſquam ob &c.* Signat ſe ante errorem pueritiæ, vel iuuẽtutis deſideraſſe ſapientiam, & à domino poſtulaſſe, & vſq; ad nouiſſimum perſeueraſſe.

d *Tanquam præ.* Decorem ſapientiæ cõparat præcoquæ vuæ, vt oſtendat iucũditatem apud eam eſſe, Præcoqua enĩ vua dicitur eo q cito matureſcat.

e *Conſi. ſum.* Prius dicit ſe conſiliũ iniſſe, vt faceret illam: deinde zelo boni exardeſcere: poſtea animam ſuam in ea colluctari, & in faciendo eam ſe cõfirmatum. Et intelligere primum eſſe cõſilium, vt ſecernatur à malo bonũ. Bonum deinde volendum, vt ametur bonum. Poſtremo ſtudium boni operis adhibendũ, & aſſidue. Sic enim cõfirmatus perueniet ad fructum ſapiẽtiæ. Vnde ſapientia ait. Meum eſt conſilium & æquitas, prudẽtia mea & fortitudo, in vijs iuſtitiæ ambulabo, & in medio ſemitarum iudicij, vt diligentes me ditem.

Pro. 8. b.

f *Venter meus.* Commotus ad pœnitentiam per ſapientiæ notitiam.

g *Propterea.* Ad perfectionem ſapientiæ peruenire, non eſt humani ſtudij, ſed diuini muneris.

† oberrarẽ

B h *Dedit enim mihi domi.* Bona merces eſt lingua erudita: quæ fecit fratres inſtruere & corrigere.

a Lætetur

## NICO. DE LYRA.

*a* Circundederunt me vndique. *Spiritus maligni qui tentant ex omni parte.*

*b* Et non erat qui adiuuaret. *ſcilicet ex hominibus, ideo ſubditur.*

*c* Reſpiciens eram.

*d* Memoratus ſum miſericordiæ tuæ domine. *quæ ſemper parata eſt adiuuare.*

*e* Et cooperationis tuæ. *quia liberaſti ſperantes in te per homines, ſicut liberauit filios Iſrael per Cyrũ regem Perſarũ de Babylonica captiuitate. & in talibus Deus cooperatur hominibus, ſed quando liberat per ſeipſum, immediate eſt liberator, & operatur ſolus.*

*f* Et libe. eos de ma. gentium. *idololatrarũ.*

*g* Exaltaſti ſuper ter. habi. meam. *concedendo mihi vitæ proſperitatem.*

*h* Et pro morte defluenti. *id eſt corporali, ad quam omnes homines fluunt, ex quo ſunt nati. Sapien. 5. c.*

*i* Deprecatus ſum. *vt habeam finem bonum.*

† agnitionem.

*K* Inuoca. do. pa. do. mei. *i. meſſiæ, de cuius generatione æterna, & temporali locutus eſt autor iſte. ſupra. 24. ca.*

*l* Vt non derelin. me in die tribu. meæ. *id eſt in die mortis meæ.*

*m* Et in tempore ſuperborum. *id eſt dæmonum, qui tunc maxime impugnant hominem, eo quòd ſi tunc euadat manus eorum, non poſſunt vltra eum impugnare.*

*n* Lauda. no. tuũ. aſſidue. *id eſt horis ad hoc ordinatis.*

† eruditã

*o* Et collaudabo il. in confe. pec. meorum. *nam oratio humilis ante Deum eſt exaudibilis. ſupra 35. b. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, ideo ſubditur.*

inferno deorſum. Circundederũt me vndiq;, & nõ erat qui adiuuaret. Reſpiciẽs eram ad adiutoriũ hominum, & non erat. Memoratus ſum miſericordiæ tuæ dñe, & cooperationis tuæ, quæ à ſeculo ſunt: quoniã eruis ſuſtinẽtes te domine, & liberas eos de † manibus

a Doctrina & miraculis.

Gentiũ. Exaltaſti ſuper terram habitationem meã, & pro morte de

a pœnis tranſitorijs.

fluenti deprecatus ſum. Inuocaui

a Ieſu Chriſti. Vel Deum.

dominũ patrem domini mei, vt nõ derelinquat me in die tribula

a Præſenti vita in qua impij ſuperbiunt.

tionis meæ, & in tẽpore ſuperborum ſine adiutorio. Laudabo no

a In vnitate fidelium.

nem tuum aſſidue, & collaudabo

a Peccati vel laudis. b Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam ex. do. vo. &c.

illud ĩ cõfeſſione, & exaudita eſt oratio mea. Et liberaſti me de per

Alias eruiſti. a Præſentis vitæ.

ditione, & eripuiſti me de tempo

a Peccatum meum.

re iniquo. Propterea cõfitebor, &

a Benefaciendo, bene loquendo.

laudẽ dicã tibi, & benedicã nomẽ dñi. Cũ adhuc iunior ſum priuſquã † oberrarẽ, quæſiui ſapiẽtiã palã in oratione mea. Añ tps poſtulabã p illa, & vſq; in nouiſſimis ĩquirã eã, & florebit tanq̃ pcox vua. Lætatũ eſt cor meũ in ea, ambula

a Affectus. Mandatorum Dei.

uit pes meus iter rectum, à iuuen

a Quia parum ex me profeci.

tute mea ĩueſtigabã eã. Inclinaui

a Qui petit accipit: & qui quærit inuenit.

modicè aurẽ meã & excepi illã.

a In voluntate mea.

Multã inueni in meipſo ſapiẽtiã,

Deo non mihi.

& multũ pfeci in ea. Dãti mihi ſa

a Laudando gratias agendo.

piẽtiã dabõ gloriã. Cõſiliat⁹ ſum enĩ, vt facerẽ illã, zelatus ſum bonũ, & nõ cõfundar. Colluctata eſt anima mea in illa, & ĩ faciẽdo eã

a Pijs precibus Dei quærendo auxilium.

cõfirmatus ſũ. Man⁹ meas extẽdi

a Totis viſceribus in illa meditando.

in altũ, & in ſapiẽtia eius luxit aĩa mea, & ignorãtias meas illuminauit. Animã meã direxi ad illam,

a Illuminatæ mentis.

& in † agnitione inueni eam. Poſ-

a Amatoribus ſapientiæ. b Mundum. Beati mundo corde, &c.

ſedi cum ipſis cor ab initio, pp

a Ab ea quæ dicit: Ego diligentes me di.

hoc nõ derelinquar. Vẽter meus

a Quia omnis diſciplina in præſenti amara eſt.

conturbatus eſt, q̃rendo illã: ppea

a Sapientiam.

bonam poſſidebo poſſeſſionem. Dedit enim mihi dñs linguam † mercedẽ meã, & ĩ ipſã laudabo eum. Appropiate ad me indocti,

*q* Et libe. me de perditione. *gehennæ.* C

*r* Et eripuiſti me de tem. &c. *id eſt præſentis vitæ, in quo regnat iniquitas.*

*s* Propterea confitebor. *humiliter peccata mea.*

*t* Et lau. di. ti. *in oratione deuota.*

*u* Et benedicam nomen do. *id eſt bonum dicam.*

*x* Cum adhuc. *Hic conſequenter ad Deum laudandum alios inuitat: Et primo facto, exẽplum ſui inducens, ſecundo, verbo: ibi: Appropiate. Circa primum dicit: Cum adhuc iu. ſum. id eſt tempore quo ſenſus ſunt viuaces.*

*y* Priuſquam oberrare. *per vitia intellectũ obſcurantia.*

*z* Quæſiui ſapientiam &c. *deuote & humiliter deprecando, vt aperiret mihi theſauros veritatis ſuæ abſconditos:*

*a* Ante tempus. *ætatis prouectæ.*

*b* Poſtula. *pro illa conſequenda.*

*c* Et vſq; in nouiſ. inquiram eam. *per ſtudium & orationem, nam homo ſemper poteſt proficere in ea.*

*d* Et florebit. *in me ſe manifeſtando.*

*e* Tanquam præcox vua. *quæ præuenit generalem maturitatem.*

*f* Lætatum eſt &c. *nam meditationes ſapientiæ ſunt delectabiles valde.*

*g* Ambulauit pes &c. *iuſtitiæ per directionem ſapientiæ.*

*h* Inclinaui modicè aurem &c. *ad ſapientiæ doctrinam audiendam. Et dicit modicè, quia licèt in acquirendo ſapientiam ſit magnus labor, tamen reſpectu boni magni, quod inde prouenit, eſt modicus reputandus.*

*i* Multam inueni &c. *à Deo mihi cõceſſam: ideo ſubditur.*

*k* Danti mihi &c. *ſibi totum attribuendo.*

*l* Conſiliatus ſum &c. *nam ſapientia quæ eſt Dei donum, non eſt tantum ſpeculatiua, ſed etiam practica.* D

*m* Zelatus ſum bo. &c. *coram Deo.*

*n* Colluctata eſt &c. *ſcilicet ſapientia. nam in acquiſitione eius eſt quædam colluctatio animæ.*

*o* Et in faciendo &c. *nam habitus per exercitium operis confirmatur.*

*p* Manus meas extendi in altum, *i. opera mea vel animam meam per rectitudinẽ intentionis direxi in Deum.*

*q* Et in ſapientia eius luxit. *luce cognitionis diuinorum, & etiam humanorum. Quod autem ſubditur:*

*r* Anima mea &c. *non eſt in libris correctis.*

*s* Animã meam direxi ad illam. *acquirendam & impiendam.*

*t* Et in agnitione. *meæ mentis illuminatæ.*

*u* Inueni eam. *à Deo mihi datam.*

*x* Poſſedi cum ipſis. *ſcilicet effectoribus vel illuminatoribus ſapientiæ.*

*y* Cor ab initio. *à iuuentute eam diligendo, & eam exquirendo.*

*z* Propter hoc non dereli. *ab ipſa ſapientia, quæ dicit. Ego diligentes me diligo, Prouerb. 8. b.*

*a* Venter meus. *i. animus meus.*

*b* Conturbatus eſt quærendo illam. *nam in principio antequam eius initium habeatur, anima quandam difficultatem patitur.*

*c* Propterea bonam poſſidebo poſſeſſionem. *nam ipſa acquiſita facit delectabiles meditationes, & etiam operationes et locutiones: ideo ſubditur:*

*d* Dedit. n. mihi dñs linguam. *ad proferendum verba ſapientiæ diſpoſitam, ideo in aliquibus libris ſcribitur: Linguam eruditam: ſed li eruditam non eſt de textu: eſt enim quædam gloſſa interlinearis inſerta textui per ſcriptores.*

*e* Mercedem meam, & in ipſa &c. *id eſt per quam poſſum acquirere mercedem æternam fideliter docendo & humiliter exorando, ideo ſubditur: Et in ipſa lau. eum*

*p* Et exau. eſt oratio mea. *in ſpe firma: Et ſic intelligitur de hoc quod ſubditur:*

*f* Appropiate ad me indoc. *Hic conſequenter inducit alios ad ſapientiam verbo. di. App. ad me indo. vt efficiamini docti.*

q Et libe.

a Et congrega-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

a *Letetur anima*. Magna eſt iucunditas cordis, ſi recordatur miſericordiam ſuperni iudicis.

## NICO. DE LYRA.

*a* Et congregate vos in domum diſci. *nam plus auditores ſimul magis proficiunt, quàm vnus ſolus: quia quod vnus non capit à magiſtro, alius capit: & ſic poſſunt vtiliter adinuicem conferre.*

Eſa. 15. a.

*b* Quid adhuc retar. *q. d. hæc retardatio eſt nociua, dicente poeta. Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.*

*c* Et quid dicitis in his. *q. d. non habetis excuſationem huius tarditatis.*

*d* Animæ veſtræ ſitiunt vehementer. *Nam omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, vt dicitur in principio Metaphiſicæ: licèt iſtud deſiderium per occupationem circa inutilia in aliquibus retundatur.*

*e* Aperui os meum & locutus ſum. *i. paratus ſum gratis vos docere propter Deum, ideo ſubditur.*

*f* Comparate vobis &c. *& patet. Sed quia poßet ſe aliquis excuſare propter difficultatem acquiſitionis ſapientiæ, ideo hoc remouet dicens.*

*g* In proximo eſt enim inuenire eam. *quantum ad eius principia, quæ ſunt per ſe nota: Et inducit exēplum de ſeipſo, di.*

*h* Videte oculis veſtris: quia modicum laboraui.

a ¶Eccleſiam, vbi vera diſciplina dicitur.
& cōgregate vos in domum diſciplinę. a b
Quid adhuc retardatis, & quid dicitis
a ¶Verbum Dei.
in his? Animæ veſtræ ſitiunt vehemen- c d
a ¶Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non ha argen. venite emite.
ter. Aperui os meum & locutus ſum. e
¶Materiali.
†Comparate vobis ſine argento ſapien- f
a ¶Rigorem ſuperbiæ.
tiam, & collum veſtrum ſubijcite iugo,
& ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam.
a ¶Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum.
In proximo eſt enim inuenire eam. Vi- g h
a ¶Interioribus. b ¶Quia ex me parum profeci.
dete oculis veſtris, quia modicum labo
a ¶Iucunditatem ſapientiæ.
raui, & inueni mihi multam requiem. i
¶Ergo.
Aſſumite diſciplinam in multo nume- k
a ¶Diuinæ eloquentię. ¶Senſum.
ro argenti, & copioſum aurum poſſide l
a te in ea. Lætetur anima veſtra in miſe- m
a ¶Qui ingratus eſt confunditur.
ricordia eius, & non confundemini in n
a ¶Non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam.
¶Dum lucem habetis, credite in lucem, vt ſitis filij lucis.
laude ipſius. Operamini opus veſtrum o
a ¶Iudicij. b ¶Remunerationem æternam.
ante tempus. & dabit vobis mercedem p q
a ¶Iudicio. ¶Metemus non deficientes.
veſtram in tempore ſuo. r

laboraui. *reſpectu magnitudinis boni conſecuti, ideo ſubditur.* F

*i* Et inueni mihi multam requiem. *id eſt ſapientiæ iucunditatem.*

*K* Aſſumite diſciplinam in multo numero argenti. *i. illam præponentes multæ pecuniæ numeroſitati. Sap. 7. a. Tanquam lutum æſtimabitur argentū in conſpectu illius.*

*l* Et co. au. poſ. in ea. *id eſt eius poſſeſſio melior eſt multo auro, Sapien. 7. a. Omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua.*

*m* Letetur &c. in miſer. eius. *ſ. Dei qui eſt ſapientia increata.*

*n* Et non confun. &c. *ſed magis honorabimini.*

*o* Operamini o. ue. *id eſt vobis à Deo iniunctum.*

*p* Ante tempus, *ſ. mortis, in qua ceßabit tempus meritoriæ actionis.*

*q* Et dabit vobis mercedem veſtram. *ſcilicet vitam æternam.*

*r* In tempore ſuo. *id eſt in tempore à Deo diſpoſito, qui attingit à fine vſque in finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter: Cuius nomen eſt benedictum in ſecula ſeculorum. Amen.*

*¶ Hic in aliquibus Biblijs ſolet poni Oratio Salomonis, quam non poſuimus, quia habetur. 3. Regum. 8. c. & 2. Paralipome. 6. c.*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES